


This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



E 112.

TAYLOR INSTITUTION.

BEQUEATHED

TO THE UNIVERSITY

BY

ROBERT FINCH, M.A.

OF BALLIOL COLLEGE.



CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE BORUSSICAE

CONTINUATA.

IOANNES LYDUS.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXVII.

IOANNES LYDUS

EX RECOGNITIONE

IMMANUELIS BEKKERI.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXVII.

CAROLI BENEDICTI HASE

p. I ed. Paris.

PROLOGUS
IN LIBRUM IOANNIS LYDI
DE MAGISTRATIBUS ROMANIS,

SIVE

COMMENTARIUS
DE IOANNE LAURENTIO PHILADELPHENO LYDO EIUSQUE SCRIPTIS.

COMMENTARII CONSPECTUS ET SUMMA.

1. *Institutum commentarii et partitio.*

Sectio 1. De Ioannis Lydi vita.

2. *Ioannis Laurentii Lydi ortus, et quo pacto rem publicam capessiverit.* 3. *Lydi senectus calamitosa.* 4. *Lydi scripta supposita vel deperdita.* 5. *Lydi scripta genuina quae exstant:* 1) *liber de Mensibus*, 2) *liber de Magistratibus Romanis*, 3) *liber de Ostentis.*

Sectio 2. Fata scriptorum Lydi medio aevo.

6. *Liber de Ostentis a Theophylacto Simocatta laudatus, a Beda Venerabili partim Latine versus.* 7. *quare saeculis* 7 *et* 8 *plerique interciderint Lydi codices.* 8. *Photii patriarchae testimonium de Lydo.* 9. *quare asperius de Lydo Photius.* 10. *Leonis Sapientis testimonium.* 11. *Latina versio huius loci emendata. Constantini Porphyrogennetae testimonium de Lydo.* 12. *Suidae testimonium.* 13. *testimonium scholiastae Veneti,* 14. *Codini.* 15. *an Ioannes Scylitza egerit de Lydo nostro.*

Sectio 3. Fragmenta scriptorum Lydi ante inventionem codicis Caseolini in bibliothecis passim exstantia.

16 *et* 17. *Epitome maior libri de Mensibus quot in codicibus exstet.* 18. *epitome minor.* 19. *fragmenta quattuor libri de Ostentis. horum duo edita,* 20. *altera duo Graece inedita.* 21. *fragmentum unum libri de magistratibus, idque dubium.*

gnitatumque nova nomina, sed vocabula etiam cadentis iacentisve latinitatis (quibus nunc ideo utimur quod iis nullum fere apud probatos auctores prorsus respondeat) a me quoque, ne cui videar in verbis esse curiosior, hic duntaxat, ubi nihil periculi est, tanquam propria et usitata usurpari.

Tametsi de vita quidem auctoris brevior esse potero, quod 2
quae ad se pertinerent, ea in libro de Magistratibus fuse ipse p. III
persecutus est. ideo relegatis studiosis Lydi ad librum illum adque *Indicem rerum et verborum*, hic summas rerum tantummodo capitulatim attingam, maxime, quantum fieri potest in re spinosa, temporum ratione constituta, ex Huberti Giphanii Commentar. de Iustiniano imp. Noribergae 1640, 12, p. 178 sqq; Aegidii Perrini Vita Iustiniani Paris. 1576, 8; Harduini Numismatibus saeculi Iustinianei in Opp. Var. Amstelod. 1733, fol. p. 461 — 547; inprimis vero ex Io. Petri de Ludewig Vita Iustiniani Magni, Halae Salicae 1731, 4, Franciscique Balduini Iustiniano sive de Iure novo Commentariorum libris 4, Halae 1728, 8, et ex Nicolai Alemanni excursu de Praefectorum Praetorio sub Iustiniano temporibus, in notis ad ed. Historiae arcanae Procopii Lugdun. 1623, fol. p. 95 — 98; qui recusus est in ed. Reg. Procopii tom. 2 parte poster. p. 159—161.

Ioannes igitur *Laurentius*, a patria *Lydus* dictus, quod cognomen apud scriptores fortuito magis quam ratione invaluit, natus est Philadelphiae in Asia proconsulari, Fl. Longino Fl. Fausto Iuniore VV. CC. coss., anno a Christo nato 490; parentibus, p. IV
quantum coniici potest, inter municipes suos locupletibus et generosis. primo et vigesimo aetatis anno, Christi 511, Felice Gallo Fl. Secundiano (ut fortasse scribendum est pro Secundino in P. Relandi Fastis, Traiect. Bat. 1715, 8, p. 679, itemque apud reliquos eum consequentes: Lydus certe, de Magistrat. 3 26 p. 218 22, habet Σεκουνδιανοῦ) coss. Cpolin demigravit, inque sacro palatio inter memoriales esse coepit, et quod tum otio abundabat, philosophiae praeceptore uti Agapio Atheniensi, Procli discipulo; de quo Suidas ed. Kuster. t. 1 p. 22. neque diu tamen mansit in hoc statu. etenim per idem tempus Anastasius imperator praefectum praetorio iussit Zoticum Philadelphenum; cuius persuasu et inductu aliam in re publica viam secutus est, initiis quidem tam prosperis ut in cohortem sive officium patroni

receptus circa annum 512, ut videtur, celeriter non ad notarios
modo praefecturae perveniret sed ad pecunias etiam permagnas,
solidosque aureos conficeret e munere suo unius anni spatio ad
mille; idque iuste ac legitime, quemadmodum ipse asseverat
p. v 3 27 p. 219 19. nec minus commode ei cecidit quod in eodem
officio tum agebat patruelis eius Ammianus, cuius consiliis atque
officiis et alias saepe usus est et maxime in ducenda uxore tum
copiosa (dotis videlicet centum librarum auri) tum etiam probata,
qua 3 28 p. 221 6 negat quicquam fuisse castius. ascendit interim
ad primi chartularii locum, magno honore, neque unquam, ut
3 27 p. 220 2 scribit, ulli habito, quod adiutores actuarii ad hunc
gradum promoventes eum ultro elegerunt stipendiumque an-
nuum constituerunt solidorum 24, adlectis duobus aliis, iisque
senibus, qui pecunia oblata idem munus obtinuerant. idque,
sive Zotici p. p. sive alius cuiuspiam Lydi patroni gratia tributum
ei est, quod suspicor, seu vere, quod ipse vult intelligi, ob
linguae Latinae perfectam scientiam, de qua praecipue gloriatur,
et omnino ob multiplicem eius doctrinam, non solum honorabile
ei fuit sed etiam quaestuosum. nam praeter personalia, quoti-
diana, suggestiones, quas conscribebat nomine adiutorum, ope-
ras et notariis et in secreto praefecturae exceptoribus magnas
dedit (v. ib. 3 27 p. 220 20), sicque si minus publicae, fami-
liari certe rei compendioque suo maxime serviit.

* 3 Ac hactenus quidem omnia ei ex sententia: verum videtur
p. vi condicionis eius commutatio esse facta post a. 518, quo Anasta-
sius Augustus mortem obiit, vel propter patronorum mortem re-
cessumve a re publica, vel quod apud potentes homines sub-
offendit, vel quod sub Iustiniano universa praefectura concursu
calamitatum malaque quorundam administratione labefactata est
atque convulsa. ita cursum quidem officiorum recte tenuit, sub
praefectis praet. his, Marino Syro a. 519, Appione Aegyptio
a. 520, Demosthene a. 521 (quem laudat 3 42 p. 236 3), Theo-
doro et Archelao a. 524, Mena a. 528, Atarbio a. 529, Iuliano
et Ioanne Cappadoce a. 530, Phoca et Basso a. 533, Ioanne
Cappadoce iterum a. 534, Theodoto a. 541, Petro Barsame,
Fl. Cyro, Areobindo, Gabriele, Diomede, Hephaesto, aliisque
permultis, quod Iustinianus, ut fere fit, exhausto aerario reme-
dium, quod in moderatione erat ac parsimonia, in crebra quae-

rebat praefectorum commutatione. ad augustalitatem quoque atque adeo progrediente aetate ad corniculum pervenit, qui erat militantium in scriniis gradus cum amplissimus tum etiam florente praetorio maxime fructuosus: tribuebatur enim per annuum spatium, pro minorum officiorum honeste decursorum praemio, p. VII
hominibus bene meritis ac veteranis. sed Lydus, cum circa a. Christi 551 eo emersisset, praeter spem amisit totum illud, quod erat spe devoratum, cornicularium lucrum. incidit enim in miserabilem eversionem officiorum maximamque perturbationem disciplinae veteris ac diminutionem vectigalium, eo usque ut cum antea cornicularius suo anno ex sola actorum subscriptione caperet non minus mille solidos, Lydus confirmet 3 25 p. 218 3 se nihil post diuturnos labores quam vanum nomen consecutum, neque a principe neque ex completionibus (quae erant pars stipendii cornicularii constituti) accepisse numum ullum, denique omnem fere vitae superioris fructum perdidisse. ita librum de Magistratibus conscripsit summo cum stomacho atque iracundia incredibili, querelisque totum refersit: vid. 3 12 p. 206 1, 207 23 et 208 12. nec ita multum videtur luctus levatus esse eius illo solatio, quod, si minus stipendio, gloria certe ac laude auctus est, cum a collegis officiorum (3 27 p. 220 21 et p. 223 1) tum a praefectis ipsisque imperatoribus, idque maxime duobus decretis, altero pragmatico Iustiniani (3 29 p. 222 2), quo extollitur Lydi doctrina eximia, poëtica suavitudo, eruditio Latina, conferuntur p. VIII
beneficia quaedam, plura promittuntur, addito hortatu ut pluribus civibus porrigeret lucem ingenii; qua laude incensus per aliquod tempus est publice nescio quid professus, linguam Latinam, opinor, vel Graecam; altero honestae missionis (3 30 p. 223 15) anno 552, sedente in suggestu Hephaesto p. p., cum post annorum 40 mensium 4 militiam, transacto corniculo cinguloque deposito, sexagesimo secundo aetatis anno in palatium transiret, iuribus annonisque emeritorum fruiturus. quo in otio ad scribendum totum se contulit, fere tempore eodem quo Procopius Caesariensis, imperante etiamtum Iustiniano. cui an superstes fuerit Iustinumque iuniorem, qui successit a. 565, attigerit, haud scio: fuisset tum annorum 75. quae quidem sub eius nomine servata sunt, ea certe omnia sub Iustiniano scripsit.

4 Profecto enim in huius principis aetatem accommodare aliquis possit illud poëtae inediti et admodum elegantis:

ὡς δὲ θαλασσαίοισιν ἐν οἴδμασι νῆσος ἀνίσχει
δαιδαλέη σταχύεσσι καὶ ἀμπελόεντι κορύμβῳ
καὶ θαλερῷ λειμῶνι καὶ εὐδένδροισιν ἐρίπναις,
τὴν δὲ παραπλώοντες ἐπολβίζουσιν ὁδῖται
ἄλγεα βουκολέοντες ἁλικμήτοιο μερίμνης.

p. ix cuius imaginis saepe mihi venit in mentem tam in hoc tempus
intuenti, quod tanquam insula fortunata in mari infesto eniteat,
quam in historiae Byzantinae studiosos, ex luce Iustinianei sae-
culi in Heracliani caliginem subito incidentes. etenim ut sit
quamvis vituperabilis Iustiniani aetas aliis rebus, oculos tamen
perstringit obiecto splendore quodam non modo rei militaris sed
etiam literarum: habuit poëtas tolerabiles, philosophos non
omnino delirantes, rerum scriptores etiam luculentos. quorum
omnium in numero Lydum fortasse reponi oportet, quanquam
quae carmine scripserit non superant: scripsisse tamen constat
ex edicto imperatoris, p. 222 4, laudante suavitatem eius in
poëticis. verum quae feliciter interciderunt aut latent, ea sina-
mus quiescere. philosophiam Lydus certe attigit: vid. p. 219 4.
an scriptis editis illustrarit, ambigi potest. nam quod illi adscri-
bitur *commentarius in Theophrastum de sensu et phantasia* sive
potius in locum ex libro quinto Physicorum Theophrasti (v.
Harles. Bibl. Graec. vol. 3 p. 444 et Catalog. Biblioth. Reg.
Paris. 1739 fol. part. 2 p. 424), id aperte falsum est. commen-
tarius enim ille, qui exstat in cod. nostro Regio 1954, estque
p. x primo cusus a Victore Trincavello Venet. 1536 fol. una cum Ale-
xandri Aphrodisiensis Quaestionibus, referri debet non ad Ly-
dum nostrum sed ad Priscianum Lydum, qui simul cum Isidoro
Damascio Simplicio aliisque antiquae religionis philosophis Athe-
nis et imperio Iustiniani excessit, estque demum a. 533 a Chosroë
Persarum rege in orbem Romanum reductus: v. *Gibbon History
of the decline and fall* etc. vol. 4 *London* 1788, 4, p. 118 sq.
isque Priscianus Lydus quanto facilius cum Lydo nostro confundi
possit, quippe aequali suo et populari, hoc accuratius est ab eo
distinguendus. venio ad historica scripta Lydi nostri, quorum
duo sunt genera, altera, quae senex edidit, adhuc ex parte ex-
stantia, altera ab adolescente composita, quae penitus evanue-

runt nec fortasse sunt unquam in vulgus prolata. et adolescens
quidem scripsit 1) *laudationem Zotici* p. p. circa a. 512, patrono
tam probatam ut pro singulis versibus singulos solidos aureos de
mensa praefecturae Lydo numeraret (vid. 3 27 p. 219 21) reno-
vata Caracallae in Oppianum Octaviaeque, ut ferunt, in P. Vir-
gilium liberalitate. deinde 2) *orationem in laudem Iustiniani
Aug.* habitam coram legatis amplissimi ordinis ex urbe ad comi-
tatum missis (3 28 p. 221 14). ab imperatore etiam scribere ius- p. XI
sus est 3) *historiam prioris belli Persici,* quod susceptum vel
potius instauratum sub Iustino post insignem Perozae ad Daram
oppidum cladem (v. Procop. Pers. 1 13 sq. ed. Reg. Paris. 1662
tom. 1 p. 35—42) pace *aperanto* illa (eo enim Graeco nomine
a Latinis quoque auctoribus nominatur) a. 533 terminatum est.
quanquam non exploratum habeo exsecutum eum esse principis
mandata illiusque belli historiam revera perscripsisse. nec, cum
in aliis scriptis suis commemorandis quamvis multus sit, huius
certe usquam meminit. nec hercules tantopere eam desideramus
(si modo mediocre potest esse ullius antiquae historiae deside-
rium), quod nobilis nobis scriptor praesto est Procopius, qui
libro Persicorum primo prolixe satis eodem de bello nos edo-
ceat. atque haec quidem Lydus aetate ineunte ac media: pro-
vecta vero et extrema scripsit vel certe confecit illa.

De Mensibus librum: ut ipse loquitur, τὴν περὶ μηνῶν συγ- 5
γραφὴν infra p. 179 7, sive τὴν περὶ μηνῶν πραγματείαν p. 119 8
et p. 169 7, τὰ περὶ μηνῶν p. 184 15 et p. 254 19, τὰ περὶ
μηνῶν γραφέντα p. 127 22 et p. 178 1, τὰ περὶ μηνῶν τεθέντα p. XII
p. 128 17, τὸ περὶ μηνῶν p. 184 20. hunc distinxit (quantum
ex epitomis iudicamus, quae solae supersunt) quattuor tomis,
id est segmentis; inscripsit, ut Suidas auctor est ed. Kuster.
tom. 2 p. 131, Gabrieli p. p.: vide supra p. x. hoc in libro,
decurso totius anni spatio, festos populi Romani dies, quo quis-
que modo quamve ob causam agitatus esset, ab initio rerum Ro-
manarum usque ad Iustinianum Augustum diligenter persecutus
est, idque ex idoneis auctoribus, cum Graecis permultis tum
Latinis, Gavio Basso, Fonteio, Aquilino, Cincio, MVarrone,
Maximo, Visellio, Apuleio, MMessala, Cornelio Labeone, Se-
neca, Valente, Mummio, aliisque nunc vel omnino vel magna
ex parte perditis. quem si superstitem esse fortuna voluisset,

non minus probaremus (opinor) in eo copiam et literas et scientiam rerum veterum, quam in Fastis P. Ovidii, qui argumentum sibi simile sumpsit, varietatem et acumen et suavitatem ingenii. sed ille quidem liber totus interiit, extra duo in codice Caseolino servata folia, epitomasque praeterea item duas in bibliothecis passim exstantes Lipsiaeque a. 1794, 8, ex apographo Nicolai
p. XIII Schow, amplissimi viri atque doctissimi, typis descriptas. de quibus omnibus planius posthac dicam, itemque de secundo Lydi opere, DE MAGISTRATIBUS REI PUBLICAE ROMANAE, περὶ ἀρχῶν τῆς Ῥωμαίων πολιτείας, libris tribus post commentarios de Mensibus vulgato. id opus antequam hac editione typis mandatum est, per annos fere 800 delituit in uno solo (opinor) eoque male affecto codice, nec quicquam propius est factum quam ut prorsus occideret. tertium autem opus est post illa duo scriptum, DE OSTENTIS, περὶ διοσημειῶν, aeque ineditum praeter pauca quaedam; quo quicquid de aruspicina fulguralique populi Romani disciplina et universe de scientia auguratus doctrinaque Tusca tempore Iustiniani disci scirique poterat, quantumcunque erat, illud totum Lydus contulit. qui liber quo est magis abstrusarum novarumque rerum plenus adque priscas populi Romani caerimonias religionumque sanctitates intimas noscendas utilis, eo maiorem desiderat in legentibus dubitationem et acumen, quo novae post D. Augustum per gentes fusae superstitiones ab antiquissimis rei publicae institutis Etruscorumque praeceptis recte distinguantur. nec dissimulo omnino me dolere quod tam sero
p. XIV Lydus ad scribendos hos libros se applicaverit, annos natus amplius 60, labefactata iam ac vacillante memoriola, cuius imminutio cum in omni scriptore est incommoda, tum maxime in eo qui reconditas inque vulgus ignotas res unus tractet. adde illud, veteres, si quando in scribendo aliorum verba afferrent, memoriter plerumque nec ullo evoluto volumine ea loca esse in sua transferre scripta solitos, sententiae multo magis quam vocabulorum habita ratione. quae consuetudo tametsi saepe trepidationem doctis perturbationemque attulit, tamen ut universe summa codicum inopia et caritate totaque studiorum et vitae ratione excusari, ita in iis praesertim auctoribus absque magno metu ferri potest qui mente acri et vigente libros ediderunt suos. Lydum autem, obliviosum ac desperatum senem, fateor passim ea ad-

misisse quae relecto Virgilio Lucano Persio accuratius poni aptiusque potuissent.

Agnovit tamen et ipsius saeculum id quod est in illo, magnum studium rerum veterum, multam industriam, orationem literatae senectutis plenam; et Theophylactus Simocatta, qui post a. 628 de rebus Mauricii Caesaris scripsit, auctoritatem iam quandam videtur libro de Ostentis adiungere. verba eius haec sunt, Hist. ed. Reg. p. 186 B: *περὶ δὲ τῶν ἀνθρωπομόρφων καὶ* p. xv *Νειλῴων ζῴων καὶ τοῖς πάλαι ἱστόρηται. τίνος δὲ σημαντικὸν ἡ τούτων ἐνδημία καθέστηκεν, εἰπεῖν ἐθάρρησεν ὁ Λυδός, τῶν ἄλλων λίαν νεώτερος καθεστώς, ὃς κατὰ τοὺς χρόνους ἐγνωρίζετο Ἰουστινιανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος.* ad quem locum in cod. Graeco Vaticano 977, nuper Parisios translato, in quo Theophylacti historia continetur cum scholiis ineditis, haec leguntur: *σημείωσαι ὅτι ὁ Λυδός, ὁ περὶ κομητῶν καὶ ἴριδος καὶ λοιπῶν περὶ τὸν ἀέρα παθῶν ἑρμηνεύσας, ἐν τοῖς χρόνοις ἦν Ἰουστινιανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος.* ac sub finem eiusdem saeculi vel trans oceanum usque penetrasse Lydi volumina Beda Venerabilis in Britannia argumento est, qui partem libri de Ostentis contractam Latineque versam ante a. 735 sub titulo edidit: *Libellus de tonitruis, ad Herenfridum*, Opp. omn. ed. Colon. Agripp. tom. 1, 1612, fol. columm. 387—390; quem Herenfridum in praefatione rogat *ut ancora sancti sermonis vestri fideliumque vestrorum hoc opusculum ex sermone a fideli vestro in Latinum translatum, omnimodis ab invidorum inimicorumve detractionibus stabilitum atque illaesum permanere faciatis.* quo in loco pro verbis *ex sermone* scribe *ex Graeco*, sive *ex Graeco sermone.* deprompta autem ea esse ex libro de Ostentis, quod iam IAFabricius coniecerat (Biblioth. Latin. med. et inf. aetatis, ed. Mansi t. 1 Patav. p. xvi 1754, 4, p. 186), ipsemet cognovi instituta collatione: item animadverti opuscula proxime sequentia, *Pronostica temporum* et *De praecognitione copiae aut paupertatis futurae* (Opp. Bedae tom. 1 col. 390—391), indidem manare, praeter pauca quae vel male intellexit vel aliunde cursim arripuit Beda. sed haec alias pluribus: nunc quae Lydo medio aevo fortuna obtigerit, porro videamus.

7 Successerunt enim Heraclio Augusto exstincto turbulenta illa ac deplorata saecula, cum subito coorti Arabes Syriam Aegyptum

Africam Siciliam armis obtinerent, reliquasque populi Romani
provincias incursibus factis exinanirent. quem gravissimum lite-
risque nostris prope fatalem casum summi homines iudicioque
eruditissimi, IIReiske, IThBuhle aliique, califarum sultano-
rumque liberalitate ac beneficentia quodammodo levatum esse
opinati sunt, idque scriptis editis exposuerunt: *De principibus
Muhamedanis qui aut ab eruditione aut amore literarum et li-
teratorum claruerunt, Lipsiae* 1747, 4. *De studii Graecarum*
p. XVII *literarum apud Arabes initiis et rationibus.* Comment. Societ.
Scient. reg. Gottingens. vol. 2 p. 216. verum ut iam maxima
fuerit in quibusdam Mohamedanorum regibus benignitas, maxima
rerum suarum scientia, sicut fuit, tamen studia et artes, quae
erant Graecis monumentis disciplinisque tota Asia iam ab Ale-
xandri M. temporibus tradita ac conservata, necessario novis re-
ligionibus studiis moribus inductis graviter sunt affecta; quibus
semel sublatis et Arabica lingua indies latius fundi, et Graeca
primum ex optimatum, post etiam omnino ex usu consuetudine-
que hominum evanescere inque pauca Palaestinae Phoenices Sy-
riae interamnis monasteria compingi coepit. fit enim hoc in vi-
ctis nationibus, ut ad vincentium sermonem libentius se appli-
cent, nec magis in lingua quam in libertate patria tuenda acres
videantur. qua in conversione magnam librorum Graecorum fa-
ctam iacturam accurate explicaverunt AHHeeren, *Geschichte des
Studiums der classischen Literatur* vol. 1, Gottingae 1797, 8,
p. 98, et IGEichhorn, *Geschichte der Literatur* vol. 1, Gottin-
gae 1805, 8, p. 562; idemque uno Ioannis Epiphaniensis exem-
plo potest demonstrari. is Ioannes, qui fuit Agathiae Scholia-
p. XVIII stae Evagriique Epiphaniensis aequalis, ab isto laudatur in ex-
tremo libro quinto Histor. Ecclesiast. ed. Vales. p. 442 D, quo ex
loco patet sub a. 593, cum haec scriberet Evagrius, Agathiam
ac Ioannem nondum vulgasse suos libros. edidit tamen postea
historiam Ioannes, qua fugam Chosrois II, illius quem Cosru
Pervis barbare appellant, eiusque reductionem in regnum a. 591
a Mauricio Caesare factam subtiliter erat persecutus; eamque hi-
storiam Theophylactum Simocattam suspicor secutum esse libro
4 et 5 in digressione de Chosrois fuga ac reditu. atenim evenit
Ioanni id quod Lydo aliisque multis, ut Arabibus in eos ipsos
tractus effervescentibus, ubi pleraque eius exemplaria exstitisse

credibile est, illa fere omnia interirent. accedit, quod copiosa excerpta in Theophylacti historiam ex Ioannea tralata homines ad hanc describendam segniores reddere debuerunt. ita eius codices paulatim evanuerunt, praeter duos: horum alterum saec. 12 Cpoli inter Annae Comnenae manus fuisse video, quae interdum totos locos Ioannis, ut est sententiosus scriptor, usurpavit, eosque totidem verbis in narrationem furtim transtulit suam; alterum ipse deprehendi inter Vaticanos codd. Graecos Parisios transvectos, charta cariosa saec. 13 scriptum. quo in codice p. xix
quem solum atque unum superesse arbitror, aegre fero nihil quam primum operis *τόμον* superare, nec illum quidem integrum. ipsum auctorem alii cum Ioanne Antiocheno Scholastico patriarcha Cpolitano confuderunt, alii cum Ioanne Malela, alii aliter; nec reperire potui qui distinctius de illo ageret quam Henr. Vales. ed. Evagrii Annotat. p. 122: quippe Fabricius ipse Biblioth. Graec. vol. 6 p. 686 eum Ioannem Antiochenum nominat, quasi vero Evagrius (qui in loco ibi a Fabricio allato Ioannem appellat civem suum) Antiochia fuerit, non Epiphania.

Verum haec de Ioanne breviter perstrinxi, ut quemadmo- 8
dum Orientalium provinciarum saeculo 7 amissione libri complurimi simul evanuerint, uno exemplo explicarem. nec minus Lydi multa exemplaria eodem incendio conflagrare necesse fuit, praesertim si reputamus Syriam et Aegyptum, tum semper tum maxime sexto septimoque saeculo, receptacula fuisse magicae fatidicaeque disciplinae, philosophisque et astrologis refertas, certatim conquirentibus mathematicos ac fulgurales libros. ita raritatis codicum Lydi Arabicus tumultus videtur una esse causa; p. xx
altera fortasse, quod auctor suspectus esset de religione: capita enim eius ex aruspicina scientiaque augurali petita offendisse hominum animos infra patebit p. xxii et xxiv e Photii Leonisque Caesaris locis; quae quidem invidia quosdam, qui in monasteriis codices describebant, promptiores fortasse reddidit ad exstinguendam eius memoriam quam ad propagandam. tertia causa raritatis codicum Lydi est excerpendi studium, quod invaserat Graecos, ut quo quis esset magis varius et quaestionum plenus liber, eo maiorem breviantium turbam allectaret; qui quanta literis nostris detrimenta importarint, cum factis deflorationibus, ut illorum verbo utar, ipsa opera negligerentur, post Iustum

Lipsium (Var. Lect. lib. 3 c. 27 Opp. ed. Antverp. fol. t. 1 p. 63) multi sunt conquesti. sed priusquam recognoscam quot epitomae ex tribus Lydi libris saeculo 9 et deinceps confectae nostris in bibliothecis passim extent, ut magis appareat quo pacto una cum aetatibus hominum Lydi scripta sensim evanuerint, auctores Graecos, qui etiam post tumultum Arabicum Lydi mentionem fecerunt, conservatis temporibus uno in conspectu
p. XXI hic omnes ponam. sunt autem opinor hi sex, Photius, Leo et Constantinus Caesares, Suidas, scholiasta Venetus in Homerum, et fortasse Codinus. horum Photius, cum a Michaële Caesare eius nominis tertio ante a. 858 Bagdadum ad Arabes missus bibliothecam ibi scriberet suam, in ea (cod. 180 ed. Hoeschel. Genevae Paul. Stephan. 1611 col. 405) trium librorum Lydi meminit, loco nobili, iam a Fabricio (Biblioth. Latin. t. 3 ed. Ernest. Lipsiae 1774, 8, p. 105) laudato. verba Photii haec sunt: *'Ανεγνώσθησαν* (cod. Reg. 1226 saec. 14, nondum collatus, item codex biblioth. S. Marci No. 451, nunc ad nos translatus, habent *'Ανεγνώσθη:* Reg. autem 1266, omnium quos habemus optimae notae, est hac parte mancus) *'Ιωάννου Λαυρεντίου Φιλαδελφέως τοῦ Λυδοῦ πραγματεῖαι τρεῖς, περὶ Διοσημείων* (sic), *περὶ Μηνῶν, περὶ 'Αρχῶν πολιτικῶν. ἀλλ' ἡ μὲν περὶ Διοσημείων, ὅσα γε κατ' ἐμὴν κρίσιν καὶ πεῖραν, οὐδὲν ἢ ἐπ' ὀλίγον διενήνοχε μύθων· ἡ δὲ περὶ Μηνῶν, εἰ καὶ πολὺ τὸ ἄχρηστον ἔχει, ἀλλ' οὖν πρὸς τὴν τῆς ἀρχαιότητος μάθησιν ἐπίχαρί τε* (f. *τι*) *καὶ λίαν χρειῶδες. ἡ δὲ περὶ πολιτικῶν 'Αρχῶν τοῖς περὶ τὰ τοιαῦτα μάλιστα φιλοτιμουμένοις οὐκ ἄκομψον παρέχεται τὴν ἱστορίαν.*

9 Idem Photius postquam de Lydi dicendi genere iudicium
p. XXII subiunxit suum, pergit in hunc modum, col. 408: *ἐστρατεύσατο δ' οὗτος ὁ ἀνὴρ ὑπὸ τοῖς ὑπάρχοις, ἄγων ἡλικίας κα, ἔτη δὲ μ δικολόγος ὤν, εἶτα καὶ ματρικουλάριος* (f. *κορνικουλάριος*)*· μεθ' ὃν χρόνον καὶ τὰς εἰρημένας λέγει συγγράψαι πραγματείας, καὶ τῆς βασιλικῆς αὐλῆς ψήφῳ βασιλέως ἀξιωθῆναι. χρόνος δέ, καθ' ὃν οὗτος ἐβίω, 'Αναστασίου ἥπτετο τῆς βασιλείας καὶ τὴν 'Ιουστίνου ἐπεραίου, μετρῶν καὶ τοῦ μετ' ἐκεῖνον 'Ιουστινιανοῦ. τὴν δὲ θρησκείαν ὁ ἀνὴρ ἔοικε δεισιδαίμων εἶναι· σέβεται μὲν τὰ 'Ελλήνων καὶ θειάζει, θειάζει δὲ καὶ τὰ ἡμέτερα, μὴ διδοὺς τοῖς ἀναγινώσκουσιν ἐκ τοῦ ῥᾴστου συμβαλεῖν πότερον οὕτω νομίζων θειά-*

ζει ἢ ὡς ἐπὶ σκηνῆς. quod universum iudicium si cui durius videatur, reputet is secum Photium, ut erat natura asper atque invidus, ne patribus quidem pepercisse; multum esse in S. Ioannis Chrysostomi criminibus percensendis; S. Irenaeo falsas argumentationes, Gregorio Nysseno distributionem parum aptam, aliis alia obiecisse, eoque nomine iam a theologis saeculi superioris minus esse probatum. potuisse denique eum qui grandes ac perfectos scriptores integros legeret, Ctesiam, Theopompum, Agatharchidem, Memnonem, Polybium, Diodorum Siculum, Dionysium Halicarnassensem, Appianum, Arrianum, in tanta optimorum copia eos qui sunt secundo loco despicere. nos autem, qui antiquis illis aut omnino aut magna ex parte caremus, utinam quomodo nunc Lydi, sic mox Nonnosi, Iulii Africani, p. XXIII
Praxagorae, Cephalaeonis, Eunapii, Malchi, Candidi Isauri, Olympiodori, Dexippi, Phlegontis Tralliani, Pamphilae, Cononis, Helladii eruditas uberrimasque historias insperato casu in lucem proferri videremus: profecto et magna esset nostra in illis legendis voluptas, nec desideraretur moderatio in iudicandis.

Leonis autem de Lydo locus exstat in Tacticis illius ter im- 10
pressis, primo Latine tantum, ex versione Checi, Basileae, 1554, 12. ibi in extremo epilogo operis, pagina non notata (quod paginis editionis suae nullos adiecit numeros Checus), videtur libri de Ostentis mentio fieri. post eadem Tactica Graece edidit Ioannes Meursius, Lugduni Batav. 1612, 4, adiuncta Checi Latina versione: ibi tamen nomen mentioque Lydi plane e Graeco excidit. postremo eadem vulgavit Ioannes Lami sexto Opp. Meursianorum volumine, Florentiae, 1745, fol. ex Laurentiano bibliothecae Mediceae cod., multis quidem locis emendata, minus tamen in nostro: is ibi, col. 917, sic se habet: *τὴν δὲ ἀστρονομίαν οἱ περὶ τὰ μετέωρα σχολάζονται* (f. *σχολάζοντες*), *σοφίᾳ τε καὶ ἐπιστήμῃ τῆς τῶν ἀστέρων ψηφοφορίας διαφέρονται* (f. *διαφέροντες*), *περί τε τὸν Πτολεμαίου κανόνα καὶ περὶ τὴν αὐτοῦ* p. XXIV
λεγομένην Τετράβιβλον καὶ περὶ ἕτερά τινα τῶν Χαλδαϊκῶν παρασημειώσεων, προσέτι δὲ καὶ τὴν τοῦ Ἀράτου περὶ τῶν Φαινομένων διαγόρευσιν ... Ἰωάννου τοῦ Λυδοῦ καθημερινήν τε καὶ μηνιαίαν παρατήρησιν. τὰ δὲ τῆς γενεθλιαλογίας ὅσον ἐν τοῖς εἰρημένοις παρέσπαρται, ὡς ἀπόβλητα τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας ἡ ἡμετέρα ἀποτρέπεται βασιλεία. cui textui adiecit Lami antiquam

illam iam a Nicolao Rigaltio Antonioque Possevino (Harles. Bibl. Gr. vol. 7 p. 702) vituperatam Checi versionem, eiusmodi: *in astrorum ratione* (supple *consuli debent* aut tale aliquid) *qui caelestia corpora scrutati sunt, quique in astrorum ortu atque obitu, conversionibus planetarum operam suam collocant, qui Ptolemaeum diligenter cognoscunt, et Chaldaicas quasdam observationes, Arati Φαινόμενα, Ioannis Lydi diurnam menstruamque observationem tenent. genethlialogias autem, quae iis in libris sparsae sunt et ab ecclesia dei reiiciuntur, nos nostro quoque regno expellimus.*

11 Quae sunt, ut levissime dicam, mire versa. debuissent sic: *in astrorum ratione, qui caelestibus rebus operam dant, doctrinaque et scientia siderei computi praestant, et in Expedito Ptolemaei canone, in Quadripartito quod vocant eius, in certis*
p. XXV *aliis Chaldaeorum notationibus, ad haec in Arati Apparentium descriptione* (hic aliquid deest, ut Lami indicat): *Ioannis Lydi quotidiana menstruaque observatione. quaecunque vero ex genethliologia* (sic enim hanc vocem Vitruvius lib. 9 c. 4 ed. Rod. Berolini 1800, 4, p. 219) *sunt in his quos diximus libris aspersa, ea, ut reiecta ab ecclesia dei, aversatur maiestas nostra.* etenim recte observavit Ioannes Suicerus (in Thesauro Ecclesiastico, t. 1, Amstelaed. 1682, fol. column. 669) vocem *βασιλεία* iam inde a Constantinianis temporibus usque ad perditam Graeciam propriam füisse imperatorum Orientalium appellationem, ita ut ipsi de se *ἡ ἡμετέρα βασιλεία* sive *ἡ βασιλεία μου*, alii ad illos *ἡ βασιλεία σου*. sic, ut omittam exempla a Suicero citata, S. Cyrillus Hierosolymitanus ad Constantium Caes. Cateches. ed. Prevot. Paris. 1608, 4, p. 549, et S. Chrysostomus de statuis Opp. ed. Savil. t. 6 Etonae 1612, fol. p. 602 lin. 13, *πρὸς τὴν σὴν βασιλείαν:* item Georgius Alexandrinus in vita Chrysost. Opp. Chrysost. ed. cit. t. 8 p. 231 lin. 5: *τῷ προστάγματι τῆς σῆς βασιλείας*. alia exempla habet Ducangius Glossar. Graec. t. 1 Lugd. 1688, fol. col. 179. quam significationem verbi *βασιλεία* miror multis non in mentem venisse interpretibus, velut Checo
p. XXVI hoc loco; item Conrado Rittershusio in versione S. Isidori Pelusiotae lib. 4 epist. 143 ed. Paris. 1638, fol. p. 493 B, ubi verba *καὶ τὴν ἐν κυρίῳ ὑγείαν καὶ σωτηρίαν τῆς εὐσεβοῦς ὑμῶν βασιλείας*, hoc est *integram in domino valetudinem salutemque piae*

maiestatis vestrae, reddidit: *necnon sanitatem et salutem pii ve-
stri imperii.* item Richardo Montacutio in celebrata epistola
quam Divi Iuliani volunt esse, Opp. S. Basil. t. 2 Paris. 1618,
fol. p. 993 A: *ἅπερ τῇ ἐμῇ βασιλείᾳ ἁρμόζει*, sive ut in Bene-
dictin. ed. legitur Opp. S. Basil. t. 3 Paris. 1750, fol. p. 123 B:
ἅπερ τῇ ἐμῇ πρέπει βασιλείᾳ. sed ut revertar ad Leonis locum,
videor mihi inde perspicere primum, Lydi librum de Ostentis
Cpoli apud mathematicos neque improbatum fuisse illis tempo-
ribus nec fortasse tantopere infrequentem: nam nominatur com-
muniter cum Quadripartito Ptolemaei Phaenomenisque Arati, fre-
quentissimis sane in bibliothecis tum cum haec scriberet Leo,
qui imperator factus est anno 886. neque sequenti saeculo li-
brum de Magistratibus ex usu manibusque hominum prorsus eva-
nuisse, auctor est Leonis filius, Constantinus Porphyrogenneta,
qui imperavit ab anno 912 ad annum 959. namque eius memi-
nit in libro de Thematibus, novissime edito in Anselmi Banduri p. xxvii
imper. Orientali, t. 1, Paris. 1711, fol. p. 5 B, lib. 1 c. 2:
*οἱ δὲ λεγόμενοι Τουρμάρχαι εἰς ὑπουργίαν τῶν στρατηγῶν ἐτάχθη-
σαν· σημαίνει δὲ τὸ τοιοῦτον ἀξίωμα τὸν ἔχοντα ὑφ᾽ ἑαυτὸν στρα-
τιώτας τοξοφόρους πεντακοσίους καὶ πελταστὰς τριακοσίους καὶ
δεξιολάβους ἑκατόν· οὕτως γὰρ κεῖται ἐν τῇ βίβλῳ Ἰωάννου Φιλα-
δελφέως τοῦ καλουμένου Λυδοῦ.* ad quem locum vide Banduri
notas imper. Orient. t. 2 p. 6. locum autem ex libro de Magi-
stratibus deprомptum esse nihil dubito, quanquam hodie ibi non
supersit: verum suspicor fuisse in duobus foliis illis quae in co-
dice inter fol. 43 — 44, post descriptionem legionis, ed. p. 84,
resecta sunt.

Venio ad Suidae testimonium de Lydo, ed. Kuster. Canta- 12
brigiae 1705, fol. p. 131; quod cum scholiastae Veneti Codini-
que loco huc reieci, quoniam Photio Leoni Constantino definitum
tempus est quo quisque scripserit, saeculum 9 et 10, Suidae,
scholiastae Veneto ac Codino non item. nam Suidas ut exsti-
terit 10 vel 11 vel 12 vel quolibet saeculo, illud certum est,
cum ipsius tum reliqua magna lexica, quae sunt generis eius-
dem, a tot possessoribus progressu temporum aucta suppleta
confusa esse, ut iam in illis quem constet a primo lexici auctore
proficisci locum vix inveniamus. quando igitur relata est in p. xxviii
Suidam haec de Lydo glossa? utique ante saec. 13: nam habe-

mus in bibliotheca codicem Suidae id aetatis, ubi hic locus legitur; qui codex est praestantissimus ille a Kustero nobilitatus, olim No. 1852, nunc inter mss Graecos 2625. locus autem est in ed. Kuster. ad hunc modum: Ἰωάννης Φιλαδελφεὺς Λυδός. οὗτος ἔγραψε περὶ μηνῶν βιβλίον α' καὶ περὶ Διοσημειῶν ἕτερον καὶ ἄλλων τινῶν ὑποθέσεων μαθηματικῶν. προσομιλεῖ δὲ ταῦτα Γαβριήλῳ τινὶ ὑπάρχῳ. quo ex loco duo intelligi licet, primo librum de Magistratibus iam tum coepisse evanescere: nam auctor huius glossae, quisquis est, eum ignorat. deinde, ut nunc certe legitur, Lydo praeter librum de Ostentis tribui alia quaedam Mathematica, de quibus auctores ceteri omnes silent. at enim suspicor primo scriptum fuisse καὶ περὶ Διοσημειῶν ἕτερον, nec quicquam amplius; postea, ut sunt glossae istae multis e centunculis consutis natae, respicientem aliquem ad argumentum multiplex libri de Ostentis, supra verba περὶ Διοσημειῶν adscri-
p. xxix psisse καὶ ἄλλων τινῶν ὑποθέσεων μαθηματικῶν: ea posthac annexa glossulae esse; locum autem esse sic vertendum: *scripsit de Mensibus librum unum; deque Ostentis, et de aliis rebus mathematicis alterum.* verum haec coniectura: illud manifestum est, Kusteri in nota esse erratum ibid. p. 131: *in cod. ms* 2432 [nunc 2381] *bibliothecae Regiae Parisiensis varia Ioannis huius Philadelphensis opuscula inedita continentur, veluti de Sortibus, de Terrae motibus, Diarium seu Ephemeris, indicans per totum annum ortus et occasus signorum, ex libris Claudii Tusci ad verbum graece versa;* περὶ Διοσημειῶν, *et alia.* nam quae leguntur in cod. nostro 2381 fol. 70 *recto*-79 *verso*, de sortibus, de terrae motibus ceteraque alia, ea nec varia opuscula sunt, nec e pluribus sed e solo de Ostentis, hoc est περὶ Διοσημειῶν, Lydi libro hausta. quanquam, quia sunt mirabiliter confusa, Kustero, qui diversa opuscula credidit, venia facile dari potest.

13 Homerum edidit vir immortalis memoriae Ioannes B. C. d'Ansse de Villoison, Venetiis 1788, fol. cum scholiis ex duobus Venetis unoque Hamburgensi codice. ibi p. 531 ad Iliad. Ω 617 hoc scholium legitur, descriptum ex cod. Venet. 453 a Vil-
p. xxx loisone litera B signato, qui codex nunc una cum altero 454 Parisios translatus est: ἔνθα, λίθος περ ἐοῦσα, θεῶν ἐκ κήδεα πέσσει] ἀκύρως. πῶς γὰρ ἡ λίθος πέσσει; Φιλήμων δὲ ὁ Κωμικός φησιν [sequuntur senarioli apud Villoisonem sic confusi]:

ἐγὼ λίθον μὲν τὴν Νιόβην, μὰ τοὺς θεούς, οὐδέποτε ἐπείσθην,
οὐδὲ νῦν πείθομαι, ὡς τοῦτ' ἐγένετο [hic perperam iterantur
verba, καὶ κήδεα πέσσει] ἀλλ' ὑπὸ τῶν κακῶν τῶν συμπεσόντων
καὶ τοῦ συμβάντος πάθους οὐδὲ λαλῆσαι δυναμένη πρὸς οὐδένα,
προσηγορεύθη διὰ τὸ μὴ φωνεῖν λίθος. ὁ δὲ Λυδός φησιν ὅτι
Ἀσσωνίδης ἐρασθεὶς αὐτῆς, μὴ πεισθεὶς [leg. πεισθείσης] τὸν οἶ-
κον ἐνέπρησεν. ἡ δὲ φεύγουσα εὔξατο λιθωθῆναι, καὶ ἐλιθώθη.
istum Lydum Villoiso Prolegomen. ad Iliad. p. XLVI not. (1) no-
strum putat, probabiliter sane. is enim Lydi locus, etsi hodie
non superat, tamen in libro de Mensibus potuit esse, cum ali-
quodpiam Niobes Cpoli collocatum simulacrum describeretur. in
scholia autem Villoisoniana fac recentissime illatum esse illum
locum: certe est ante saeculum 11, quo est is codex 453 per-
aratus.

Verum quo tempore in Codini Antiquitates insertum sit Lydi 14
nomen, id quidem multo minus potest firmari. habemus nimi-
rum duos a variis varie interpolatos libros, qui huic Codino,
incertae aetatis homini, tribuuntur, alterum de Officiis palatii, p. XXXI
alterum de Originibus antiquitatibusque Cpolis. his in Origini-
bus, ed. Lambec. Paris. e typographia Reg. 1655, fol. p. 19 A,
n. 36, mentionem Lydi fieri multi putant. in narratione enim
de statua quae ruens Himerium chartularium oppresserit, afferri
Ioannis alicuius philosophi auctoritatem, quod is scriptum inve-
nisset clarum quendam hominem sub hoc signo (vel per hoc
signum) vita functurum: iccirco postea Philippicum Caesarem
(is imperavit a. 712 et sq.) signum id eodem loco in terram de-
fodisse. Graece sic est: Ἰωάννης δέ τις φιλόσοφός φησιν ὅτι
εὗρεν ὑπὸ τούτου τοῦ ζωδίου ἔνδοξον ἄνδρα τεθνηξόμενον. ὑφ'
οὗ Φιλιππικὸς ὁ βασιλεὺς πληροφορηθεὶς ἐκέλευσε τὸ αὐτὸ ζώδιον
ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ καταχωσθῆναι. nec mehercule, si sic locum
interpretamur, sicut fortasse possumus, nempe Codinum hic pro
testimonio aliquem laudare Lydi locum, non, inquam, illud me
movet, quod in superstitibus hodie Lydi scriptis ea praedictio
nusquam legitur. erat forsitan in illis partibus libri de Ostentis
quae interciderunt; erat in libro de Mensibus: nec quicquam
profecto magis convenit in Lydum, religiosum et historicum et
in statuis describendis copiosum hominem, quam eiusmodi vati- p. XXXII
cinatio. sed ecce auctor recentior ille et barbarus, cuius fra-

gmentum in Collectaneis ad calcem Codini exstat, ed. cit. p. 90,
no. 182 et 183, quique istam ipsam historiam suo modo retra-
ctavit, longe aliter rem intellexit, Ioannem aliquem philosophum
praesentem fuisse, cumque exclamasset apud Demosthenem se
reperire vaticinium de clari cuiusdam hominis sub hoc signo in-
teritu, e vestigio ipsi esse a Philippico Caesare imperatum ut id
signum eodem loco defoderet; itaque esse factum, signum alia
ratione non potuisse deleri. *Ἰωάννης δέ τις φιλόσοφός φησιν ὅτι
μὰ τὴν θείαν πρόνοιαν οὕτως εὑρίσκω ἐν τοῖς Δημοσθένους συγ-
γράμμασιν, ὑπὸ τούτου τοῦ ζωδίου ἀποκτανθῆναι ἔνδοξον ἄνδρα.
ὃς καὶ παρευθὺ τῷ βασιλεῖ Φιλιππικῷ πληροφορήσας κελεύεται
καταχῶσαι τῷ αὐτῷ ζωδίῳ* [Lambec. Animadvers. p. 213 emendat
τὸ αὐτὸ ζώδιον] *ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ. ὃ καὶ γέγονε διὰ τὸ μὴ δέχε-
σθαι καταλύσεως.* id omne quam recte sic intellexerit iste au-
ctor, aliorum sit iudicium; nec res est tanti. hoc solum dico:
si in loco hoc nostri non fit Lydi mentio, fit multo minus in re-
liquis, quoties aliquem Ioannem Codinus laudat; nec ea quae
leguntur Collectan. p. 102, no. 205, de Ioanne *διακρινομένῳ,
καθὼς Ἰωάννης ὁ Διακρινόμενος λέγει,* qui alibi (p. 97 no. 196
p. XXXIII et p. 99 no. 199) omisso Ioannis nomine *ὁ διακρινόμενος* dunta-
xat vocatur (de quo scriptore exstat docta Lequienii Dissertatio
in Bandur. Imper. Orient. t. 2 p. 794), in nostrum Lydum apte
quadrant.

15 Restat postremo locus Ioannis Scylitzae, in quo Lydi mentionem fieri suspicati sunt nonnulli. is Scylitza historiam reliquit editione duplici, priorem vulgatam post a. 1057, cum praefectus esset sacrae vesti, alteram circa a. 1081, cum ageret palatii curam. ac priorem illam ferme integram rettulit in compendium suum historicum (vid. Harles Bibl. Gr. vol. 7 p. 724): alterius nihil est adhuc cusum praeter eam partem quae prioris editionis continuationem continet, impress. Paris. 1647, fol., ad calcem Cedreni. praeterea Montefalconius Biblioth. Coislin. Paris. 1715, fol., p. 207, ex codice Coisliniano praefationem vulgavit a Scylitza huic alteri editioni praefixam. ibi primum improbantur ab auctore Ioannes Siculus, Michaël Psellus aliique scriptores aetatis illius ut exiles et infantes, et qui res maioris momenti in historiis suis praetermiserint. postea pergit Scylitza hunc in modum, Bibl. Coislin. p. 208: *ὁ γὰρ Δαφνοπάτης Θεό-*

δωρος, Νικήτας ὁ Παφλαγών, Ἰωσὴφ ὁ Γενέσιος καὶ Μανουὴλ οἱ p. xxxiv
Βυζάντιοι, Νικηφόρος ὁ διάκονος [cod. sine articulo] ὁ Φρύξ,
ὁ Ἀσιανὸς Λέων, Θεόδωρος ὁ τῆς Σίδης γενόμενος πρόεδρος, καὶ
ὁ τούτου ἀνεψιὸς καὶ ὁμώνυμος ὁ τῆς ἐν Σεβαστείᾳ καθηγησάμε-
νος ἐκκλησίας, καὶ ἐπὶ τούτῳ Δημήτριος ὁ τῆς Κυζίκου, καὶ ὁ
μοναχὸς Ἰωάννης ὁ Λυδὸς οἰκείαν ἕκαστος ὑπόθεσιν προστησά-
μενος, ὁ μὲν ἔπαινον βασιλέως, ὁ δὲ ψόγον πατριάρχου, ἕτερος
δὲ φίλου ἐγκώμιον, καὶ ἐν ἱστορίας σχήματι τὸν ἑαυτοῦ ἕκαστος
ἀποπληροῦντες σκοπόν, πόρρω τῆς τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν πεπτώ-
κασι διανοίας. quo in loco viri docti in Ioanne Lydo monacho
nostrum sibi Ioannem visi sunt agnoscere. verum haud scio
quam recte. mitto de monachi nomine, cum Lydus noster quid-
vis potius fuerit quam monachus: sit hoc error Scylitzae. ceteri
vero omnes quos una memorat, de quorum quidem aetate con-
stat, quo tempore floruerunt? nempe omnes post imperium do- p. xxxv
mus Isauricae: Theodorus Daphnopata saeculo 9 aut posterius
(nam scripsit etiam vitam Theodori Studitae a. 826 mortui),
Nicetas Paphlago paulo post a. 880, Genesius circa a. 940, Leo
Asianus post 949; ut non sit probabile inter hos tamque recen-
tes poni scriptorem temporis Iustinianei. dein quae ait Scylitza,
nonne ea in eiusmodi scriptores potius cadere videntur qui prin-
cipis alicuius viri vitam, in qua elaborarent, sibi seposuerint, ut
Constantinus Caesar Basilii Macedonis avi, ut Anna Comnena
Alexii patris, quam in Lydum, qui antiquitates Romanas multo
est magis quam res Iustiniani ex proposito persecutus? quare
vel locum vitiatum esse, vel agi suspicor de quodam saeculi 10
scriptore Ioanne, et Lydo illo et monacho: hunc autem esse aut
omnino perditum aut certe adhuc et ineditum et ignoratum.

Post Cpolim a. 1204 a nostris hominibus captam, cum mul- 16
tis repentinis regnis undique exortis Graecia diuturnis dimicatio-
nibus flagraret, quemadmodum complurium aliorum, ita Lydi
quoque reliquos in Oriente codices absumptos esse credibile est,
praeter pauca eius et ieiuna excerpta, quibus, postquam urgen- p. xxxvi
tibus Turcis literata Graecia in Occidentem transfudit sese, bi-
bliothecae nostrae postremum perfugium praebuerunt. his de
excerptis singulatim nunc dicam. suspiciosum sane et multis
multorum erroribus perturbatum negotium, sed neque alienum a
re, et cui iam nunc quotidianis sum studiis assuefactus. horum

igitur excerptorum, quae quidem passim ab eruditis commemorantur (nam si qua forte adhuc delitescunt, de his agere non possumus), quemadmodum ex tribus Lydi scriptis manaverunt, sic tria omnino in codicibus passim genera supersunt, ex libris de Mensibus, de Ostentis, de Magistratibus. libri de Mensibus epitomae seu chrestomathiae (ut vocat Harles. Bibl. Gr. vol. 11 p. 440) duae sunt, una longior, ab ignoto aliquo, altera brevior a Maximo Planude confecta. illa longior tributa est in partes 4: prima docet de tempore generaliter, altera de die, tertia de Luna et mensibus generaliter; quarta menses suo ordine persequitur. haec epitome incipit a verbis *ὀρθῶς ἄρα οἱ μυθικὰ* [sic] *τὸν Κρόνον:* desinit, *ὁ δημιουργικὸς ἀριθμὸς ὀνομάζεται.* exstat, vel certe exstitit saeculis 17 et 18, in apographis quinque his.

p. XXXVII 1) in cod. 177 bibliothecae Barberinae (Barberianam vocat bibliopola in praefat. edit. Schowianae p. VI) saeculo 15 scripto: ex hoc exemplari reliqua omnia videntur manasse.

2) in cod. manu Leonis Allatii ante a. 1669 perarato: nam statuerat Allatius istam epitomen in Symmictis edere suis, sed ante quam consilium exsequi potuit, ex hac vita migravit, estque instrumento eius literario collegium Graecorum Romae potitum: ex illo autem Allatiano exemplari descriptum est Marinianum, de quo post.

3) in codice nostro Parisiensi no. 3084, olim Regio, Emerici Bigoti manu perarato: vid. Catalogum Manuscript. Bibliothec. Reg. ed. Paris. e typographia Reg. 1739, fol., part. 2 p. 606. ab hoc Emerico Bigoto, Rotomagensi, vita functo a. 1689, viro varia laude cumulato, qui exquisita sacrarum Graecarumque rerum scientia floruit, tota paene est Italia in literato labore peragrata, ita ut plurimos tum parum notos auctores e codicibus Ambrosianae Mediceae Romanarumque bibliothecarum describeret; quae exemplaria eius manu perarata apud nos etiam nunc exstant. quare, quanquam in cod. 3084 nota originis nulla sit, nihilo eum minus Romae descriptum esse suspicor, ex Barberino illo
p. XXXVIII quem no. 1 dixi; neque maior multo videtur inter eum et Allatianum, quem fere Schowius in editione expressit, discrepantia, quam quae esse solet inter duo exemplaria a

duobus eruditis viris ex eodem sed mendoso codice de-
scripta.

4) in exemplari aliquo a Petro Lambecio facto, cum circa 17
a. 1650 in Italia moraretur, item, ut opinor, ex codice
Barberino. nam certe assiduis Lydi laudationibus locisque
ex illo transscriptis Lambecius animadversiones in Codinum
suas refersit Paris. e typographia Reg. 1655, fol., p. 152
no. 26 et 27, p. 153 no. 28 et 29, p. 154 no. 31, p. 155
no. 32, p. 172 no. 63, p. 208 no. 154; unde patet eum in
manibus habuisse Lydum. et cum in epistola ad Francis-
cum Barberinum Cardinalem, eidem editioni praefixa, bi-
bliothecam ipsam Barberinam celebret p. III, *qua post Va-
ticanam nihil Roma perfectius habeat aut magnificentius,*
seseque ipsum p. v Romae *per integrum biennium in aula
Cardinalis commorantem plus in luce illa et strepitu aulico
quam in ullo academiae recessu et umbra profecisse* teste-
tur, nonne admodum credibile fit ibidem eum in Barberina
bibliotheca illum Lydi codicem offendisse? praesertim cum p. xxxix
haud sciam an usquam alibi huius epitomae Lydianae exem-
plar, unde suum sumeret, invenisset. etenim quod tradit
vir summus Nicolaus Schow in specimine operis περὶ μηνῶν
(*Bibliothek der alten Literatur und Kunst, herausgegeben
von TCTychsen und AHLHeeren,* fascic. 7, Gottingae
1790, 8, inter *Inedita* p. 22) et ex illo Harlesius (Biblioth.
Graec. vol. 4 p. 157 lin. 7), ex ms Regio Parisiensi inse-
ruisse Lambecium in Animadversiones ad Codinum loca illa,
qui potuit a. 1653? quod eo tempore nullus omnino erat
Regius codex, qui contineret haec fragmenta: nam Bigoti-
nus no. 3084 quem dixi, illatus in bibliothecam Regiam
a. 1706 est, una cum aliis codicibus amplius 450 eiusdem
originis (v. *Mémoire historique sur la Bibliothèque du Roi,*
in *Catalogue des livres imprimés de la Bibliothèque du Roi.
Première partie. A Paris, de l'imprimerie Royale.* fol.
p. XLV) multis annis post editum Codinum.

5) in exemplari quod ex literario instrumento Allatii descri-
pserat cl. abbas Marinius, interque schedas suas a. 1789
servabat. *advertit primum ad hunc Lydum,* ait vir cl. Ni-
colaus Schow (loco cit. *Bibliothek der alten Literatur* etc.

p. XL p. 23), *animum meum exemplar ex relictis Allatii chartis descriptum, quod clarissimus et eruditissimus abbas Marinius, archivi Vaticani praefectus, mihi perlegendum dedit.* idque exemplar, cum insignem eius valorem ac utilitatem perspiceret, cum codice 177 bibliothecae Barberinae (quem p. XXXVI no. 1 posui) contulisse sese Schowius ibidem ait.

Ita maiorem hanc epitomen, de qua iam dudum loquimur, quinque in exemplaribus exstare, vel exstitisse, intelligi potest.

18 Venio ad minusculam, quam in solis duobus superesse puto, uno cod. Palatino biblioth. Vaticanae no. 141, a Schowio l. cit. *Bibliothek der alten* etc. p. 23 memorato, altero nostro Regio no. 1409 (olim 1185, 1299, 3367) fol. 77 *recto*-84 *recto*. ex hoc Regio codice Salmasius locum de tribus Eryli animis hausit, ὅτι Ἔρυλον τὸν περὶ Ἰταλίαν — οἷον τῆς ὕλης, ἐστὶν (vid. not. et animadvers. in Epictet. et Simplic. Lugduni Bat. 1640, 4, p. 255): ex eodem Boivinus Chaldaïca oracula inserta in notas ad Nicephorum Gregoram ed. Reg. Paris. 1702, fol. est autem haec epitome in cod. Regio anonyma, in Palatino adscribitur Maximo Planudi. incipit ὅτι Ἔρυλον τὸν περὶ Ἰταλίαν: desinit
p. XLI in capite de fulgurum vi et causa, τῶν μέντοι κεραυνοβλήτων τὰ σώματα ἄταφα κατελίμπανον οἱ πάλαι, ἀδιάφθορα μένοντα· τῆς γὰρ ἐν αὐτοῖς ὑγρότητος ἀναρπαζομένης ὑπὸ τοῦ πυρὸς ὥσπερ ἀποπτηθέντα διαμένειν πέφυκεν. quam quidem epitomen haud scio an recte Schowius ibid. p. 23 scripserit cum prooemio operis finiri, hoc est, ex priore sola libelli parte hausisse Planudem, reliquam omnino non attigisse. etenim, ut hoc utar, quis non videt minoris epitomes caput illud de fulgurum vi, ὅτι τοὺς κεραυνούς φασι γίνεσθαι, ὅταν ῥῆξις νεφῶν γένηται· τῆς γὰρ παρακειμένης αὐτοῖς γεώδους οὐσίας ἐξαφθείσης κ. τ. λ., quod in p. 53 editionis Schowius suae retulit, excerptum esse non ex prima sed e postrema libelli parte, ubi breviator prior anonymus habet (ed. Schow. part. 4 mens. Decembr. c. 2 p. 127) τοὺς κεραυνοὺς οἱ φιλόσοφοί φασι γενέσθαι, ὅταν ῥῆξις νεφῶν γένηται· τῆς γὰρ παρακειμένης αὐτοῖς κ. τ. λ. ex quo apparet non continuisse sese in excerpendo principio libelli Planudem, sed ad media quoque vel ad extrema potius processisse, sic tamen

ut excerpta sua tum breviora sint quam altera, tum multo etiam
magis perturbata. ex ambabus autem epitomis editionem libelli
de Mensibus, de qua mox, Schowius confecit. p. XLII

Fragmenta ex libro de Ostentis, quae quidem doctorum 19
mentionibus enituerint, quattuor invenio, de tonitribus in dies
singulos, de terrae motibus, de ortu siderum, de tonitribus ge-
neratim. horum priora duo edita sunt. primum *de tonitribus in
dies singulos*, primo commemoratum ab Ioanne Meursio in notis
ad Leonis Tactica ed. Lugdun. Bat. 1612, 4, est pars de fulgu-
rali P. Nigidii Figuli libro, quam Lydus Graece versam in me-
dium libellum de Ostentis transtulerat. inscribitur in ipso Lydo
*Ἐφήμερος βροντοσκοπία τοπικὴ πρὸς τὴν σελήνην, κατὰ τὸν Ῥω-
μαῖον Φίγουλον, ἐκ τῶν Τάγητος, καθ' ἑρμηνείαν πρὸς λέξιν.*
inc. *εἰ ἐπὶ πάσαις τῆς διοσημείας παραδόσεσι τὴν σελήνην φαίνον-
ται.* des. *ταύτην τὴν ἐφήμερον βροντοσκοπίαν ὁ Νιγίδιος οὐ κα-
θολικὴν ἀλλὰ μόνης εἶναι τῆς Ῥώμης ἔκρινεν.* de hoc fragmento
vide virum cl. de Burigny, De vita et scriptis P. Nigidii Figuli,
Histoire de l'Académie des Inscriptions, tom. 29, Paris. 1764, 4,
p. 197. exstat, quantum comperi, in codicibus duobus, altero
Palatino, unde descripsit Meursius, ante annum 1612 Heidel-
bergae moratus; utque video ex catalogo mss Graecorum in bi-
bliotheca Palatina Electorali, a Friderico Sylburgio confecto (in
Miegii Monument. pietat. et literar. Francofurti ad Moenum
1701, 4, p. 92 sqq.), codex iste tum erat trecentesimus duode- p. XLIII
cimus inter Palatinos: eum arbitror adhuc alicubi latitare inter
Palatinos bibliothecae Vaticanae. 2) altero Veneto 324, fol.
284 *verso*-287 *verso* (vid. Graec. D. Marci Bibliothec. codd. mss
per titulos digest. praesid. Laurent. Theupol. Venetiis 1740, fol.
p. 149): is nunc Parisios translatus codex est. hoc autem P. Ni-
gidii Figuli quicquid est, Rutgersius edidit, ut mox dicetur: se-
cundum fragmentum libri de Ostentis, *de terrae motibus*, Scho-
wius vulgavit, ad calcem libri de Mensibus, p. 130. incipit:
ταῦτα μὲν ἄν τις πρὸς τὰς φυσικὰς ἐννοίας ἐνορῶν. des. ibid.
p. 134: *ἀναλόγως τοῖς κακοῖς εὐφροσύνη.* id fragmentum ex
postrema parte libri de Ostentis sumptum exstat in codicibus item
duobus, 1) uno bibliothecae Angelicae in coenobio S. Augu-
stini *alla Sapienza* Romae (v. Iugler Biblioth. literar. t. 1 Ienae,
1754, 8, c. 3 § 19 p. 289. Montefalcon. Diar. Italic. Paris.

1702, 4, p. 249), quo ex codice hoc fragmentum edidisse sese Schowius ait edit. libri de Mensibus p. 130. 2) altero Veneto p. XLIV 324, quem supra dixi: ibi legitur fol. 287 *verso*-288 *verso*.

Tertium fragmentum libri de Ostentis, idque graece ineditum, *kalendarium* est, de recessu reversionibusque siderum, illi non dissimile quod Ovidii Fastis praefigi solet. id kalendarium subiecerat Lydus extremo suo libro; utque fulgurum notationem ex Nigidio Figulo, ita stellarum ex Claudio Tusco illo sumpsit, qui a Servio ad Aeneid. 12 647 (ed. Burmann. t. 4, Amstelaedam. 1746, 4, p. 75) Clodius Tuscus nominatur. kalendarium inscribitur sic: *Ἐφήμερος τοῦ παντὸς ἐνιαυτοῦ σημείωσις ἐπιτολῶν τε καὶ δυσμῶν τῶν ἐν οὐρανῷ φαινομένων, ἐκ τῶν Κλαυδίου τοῦ Θούσκου, καθ᾽ ἑρμηνείαν πρὸς λέξιν.* incipit: *Ἰανουάριος. α΄. ὁ ἥλιος ὑψοῦται.* des. in ultimo anni die, *κρυφία ταραχὴ καὶ ἀνεμώδης· ἄρχεται ἀνίσχειν ὅδε* (f. *ὅ,τε*) *δελφὶν καὶ ὁ ἥλιος, εἰς ὕψος.* idque kalendarium Graece quidem ineditum est, ut dixi: Latine, a Leonico Thomaeo translatum, saepe vulgatum est, primum ex officina Hervagii ad calcem Iulii Firmici atque Quadripartiti Ptolemaei Latine versi, Basileae, 1533, fol., p. 79—84, sub titulo *Cl. Ptolemoei* (sic) *inerrantium stellarum significationes;* posterius in Uranologio Dion. Petavii, Lutet. Paris. 1630, fol., p. 92—101; postremum in nova editione Doctrinae p. XLV temporum Petavianae, t. 3, Antverp. 1703, fol., p. 54—59: exstat autem id kalendarium in codicibus bene multis.

1) in cod. Parisiensi no. 2381, olim Regio 2432, fol. 75 *recto*-76 *verso*. v. Catalog. impress. part. 2 p. 492. Kuster. ad Suidam t. 2 p. 131. item supra p. XXIX: is codex est saeculi 14, videturque antiquior quam subsequentes omnes.

2) in codice 177 biblioth. Barberinae, de quo supra p. XXXVI. Harles. Bibl. Graec. vol. 4 p. 157 lin. 30.

3) in codice Regio 1991 fol. 17 *verso*-24 *verso*, laudato sub no. 2137 a Ducangio Glossar. Graecitat. t. 2, Lugdun. 1688, fol., in indice auctor. column. 27, 31, 35 etc. is codex cum hoc kalendarium continet, tum alia multa astronomica; neque tamen opus Lydi *de terrae motibus eorumque signis,* quod Villoiso Prolegomen. ad Iliad. p. XLVI nota (1) in hoc codice esse scribit, in errorem inductus opinor a Catalogo

impresso nostro codicum Graecorum, p. 429, ubi Lydo no-
stro perperam tribuitur anonymi alicuius fragmentum de
terrae motibus, incipiens *Καθόλου τοίνυν περὶ τῶν ἐν τῇ γῇ
γινομένων σεισμῶν.* quod autem supra, p. XLIII, dixi fra-
gmentum Lydi de Terrae motibus, *ταῦτα μὲν ἄν τις πρὸς
τὰς φυσικὰς ἐννοίας*, id illo ex codice omnino abest: Cl.
vero Tusci kalendarium inest, inque Catalogo impresso ibid. p. XLVI
p. 429 ima, no. 4, his verbis commemoratur: *Anonymi
kalendarium sive ephemerides, in quibus astrorum ortus et
occasus* etc.

4) in codice Parisiensi no. 3084, olim Regio, a Bigoto Ita-
liam lustrante (v. supra p. XXXVII) ita perarato, ut epito-
men maiorem illam libri de Mensibus kalendario hoc nostro
subiecto terminaret.

5) in exemplari Mariniano superius memorato p. XXXIX,
Harles. loco cit. vol. 4 p. 157 lin. 22.

Quibus ex quinque codicibus quamvis duos Schowius Ro-
mae in manibus habuit, Barberinum videlicet et Marinianum,
tamen ad suam editionem kalendarium Tusci non adiunxit,
credo quod videret ad librum de Mensibus nihil pertinere. quar-
tum fragmentum libri de Ostentis, *de tonitribus generatim*, ae-
que ineditum illud quidem, in codicibus inscriptum esse solet:
*Ἰωάννου Λαυρεντίου Λυδοῦ, Φιλαδελφέως, ἐπὶ τῆς βασιλείας
ὄντος Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου καὶ Ἀναστασίου, περὶ βροντῶν.*
inc. *πολλῶν καὶ ὑπὲρ ἀριθμὸν ὄντων ὅσα τοῖς φυσικοῖς περὶ βρον-
τῶν ἐδόκει.* des. *ἀνὴρ δυνατὸς καὶ βαρὺς τοῖς πράγμασιν.* in-
venitur in codd. duobus, 1) in nostro Regio 2381, fol. 70
verso-71 *recto*, 2) in Veneto 324, fol. 282 *verso*-284 *verso*:
verum ibi titulo ita evanido, ut confectores Catalogi codd. Graec.
biblioth. D. Marci loco supra citat. p. 149 lin. 31 ultra priora p. XLVII
septem verba nihil potuerint extricare; isque titulus sic mutilus,
Ἰωάννου Λαυρεντίου Φιλαδελφέως Λυδοῦ, ἐπὶ τῆς βασιλείας ....,
ab Harlesio etiam Biblioth. Graec. vol. 4 p. 158 lin. 29 repetitus,
quo dixi modo ex cod. Regio 2381 supplendus est.

In libro denique de Magistratibus praeclare animadverti pot- 21
est plus temeritatem et casum quam ullam aliam causam ad scri-
pta veterum conservanda valuisse. nam libri de Mensibus, ut
modo exposuimus, epitomae duae exstant, libri de Ostentis

fragmenta quattuor. operis vero de Magistratibus adeo nihil per
fragmenta epitomasque ad nos pervenit, ut nisi qua singularis
fortuna Caseolinum codicem ex intima Graecia eruisset, tertio
isto ex Lydi scriptis fere toto careremus. neque enim audiendus
Ducangius Glossar. med. et inf. Graecitat. sub v. *Σιλεντιάριος*
column. 1371, ubi fragmentum affert ex libro *περὶ ἀρχῶν πολι-
τικῶν*. istum enim locum (opinor) ex Lambecii animadversio-
nibus ad Codinum ed. Reg. p. 208 no. 154 sumsit, ubi haec le-
guntur: *ratio autem nominis silentiariorum in excerptis ex Ioan-
nis Lydi libro περὶ ἀρχῶν πολιτικῶν haec habetur: ἐδόκει μὲν
p. XLVIII μηκέτι ἐπὶ ἀγορᾶς, ἀλλ' ἐν τῷ παλατίῳ τὴν βουλὴν συνάγεσθαι·
τὴν δὲ τοιαύτην σύνοδον κομβέντον ἔθος Ῥωμαίοις καλεῖν, ἀντὶ
τοῦ συνέλευσιν. σιγῆς δὲ τοῖς πολλοῖς βουλευομένοις δεῖ. διὰ
τοῦτο ἐκ τῆς περὶ τὴν σιγὴν σπουδῆς (σιλέντιον δ' αὐτὴν πατρίως
καλοῦσι) σιλεντιαρίους ἔκριναν ὀνομάζειν αὐτούς.* at vero ille
locus non libri de Magistratibus, sed libri de Mensibus est, ed.
Schow. p. 11 c. 9; unde suspicor insperato eo repentinoque libri
de Magistratibus titulo praeter veritatem se iactasse Lambecium,
neque magis illi quam reliquis mortalibus huius libri potestatem
tunc esse factam. glossae autem quaedam a Ducangio in Lexi-
con Graecitatis receptae, aque Fussio in notis p. 22 et 214 com-
memoratae, vere quidem ex libro de Magistratibus manant: ve-
rum eas qui scire potuit inde vel omnino Lydi esse? quoniam
nullum auctoris nomen additum iis est. nec praeterea in nostris
Graecis codicibus (sunt autem omnino ad quattuor milia) neque
in ullis aliarum bibliothecarum quamvis studiose tractatis catalo-
gis Lydo inveni tribui quicquam quod quidem ad librum de Ma-
gistratibus pertineret, praeter paucos versiculos in cod. Reg. 1630
(olim 2216 et 3502), fol. 100 *verso*, inscriptos *Ἐκ τῆς ἱστορίας
Ἰωάννου τοῦ Φιλαδελφέως*. qui sunt huiusmodi: *φασὶ γὰρ τὴν
Νέμεσιν τὰ γλαφυρὰ τῶν πραγμάτων εἰς τὸ ἔμπαλιν τρέπειν, ταῖς
p. XLIX ὑπερβολαῖς τῆς τύχης, ὥς φησι Νουμήνιος, τῷ ἑαυτῆς τροχῷ τὴν
ἰσότητα ἐπάγουσαν. ὅθεν ὁ Μεσόδμης οὕτω πως πρὸς αὐτήν·
Ὑπὸ σὸν τροχὸν ἄστατον, ἀστιβῆ, χαροπὰ μερόπων στρέφεται τύχα.*
quorum locorum priorem Numenii Pythagorici arbitror (de quo
Harles. Bibl. Gr. vol. 1 p. 854 et vol. 3 p. 179) a Lydo etiam de
Mensib. part. 3 c. 11 p. 45 16 commemorati. postremi versus ex
Mesomedis sive Mesodemi sive Mesimedis sive Mesodmae (tot

enim modis scribitur, Harles. Bibl. Gr. vol. 2 p. 130) carmine nobilissimo in Nemesin sunt, in cod. Reg. 2532, olim 3221, cum modorum musicorum signis exstante. totum autem hoc fragmentum a Boivino sibi communicatum Burettus Actis Paris. Acad. Inscript. t. 5, Paris. 1729, 4, p. 189, e cod. 1630 quale ante rettulimus tale vulgavit, nisi quod pro οὕτω πως legit vel correxit οὕτω που. idque fragmentum, si modo fuit, in parte perdita libri de Magistratibus fuisse necesse est: certe in his quae hodie exstant non invenitur.

Ad haec igitur septem tam disiuncta tamque lacera fragmenta 22
renatis literis quinque potissimum eruditi viri eo consilio ut ederent (non loquor de uno qui vertere voluit) accesserunt. nullus tamen ad omnia coniuncta, sed fere ad singula singuli. primus p. L
Ioannes Meursius, ut erat reconditarum literarum amator, ante a. 1612 Heidelbergae ex cod. Palatino 312 descripsit Nigidii Figuli ephemeridem, de qua superius dixi. verum cum aliis rebus abstraheretur, consilium eius edendae abiecit, inque notis ad Leonis Tactica (Lugd. Batav. 1612, 4, p. 447) ita ait: *Checi codex hic citat etiam Ioannis Lydi* Diurnam menstruamque observationem. *intelligit vero eo nomine Nigidii Figuli de tonitruum per singulos menses et dies significatione librum, quem Lydus hic e Latina lingua in Graecam transtulit. exstat ipsum opus in bibliotheca Palatina, ubi nos ante quinquennium, cum illic ageremus inter peregrinandum, descripsimus, et edendum dedimus* Iano Rutgersio, *praestantissimi ingenii et multarum literarum iuveni.* neque diu post Rutgersius, etsi erat publicis negotiis distentissimus, traditas a Meursio sibi partes egit. namque in libros sex Variarum lectionum, Lugdun. Batav. 1618, 4, editos, Gustavoque alteri Suecorum regi (hoc est Gustavo Adolpho illi qui a. 1632 in Germania proelians oppressus est, cui erat a consiliis Rutgersius) inscriptos, totam Nigidii ephemeridem p. 247—260 rettulit, e Meursiano apographo expressam. quanquam neque in ipso opere neque in libro de vita sua (Lugdun. p. LI
Batav. 1646, 4) unde ephemeridem eam sumpserit indicavit. Meursianum autem apographum nihil minus videtur fuisse quam emendatum. nam Rutgersii certe textus innumeris repletus est erroribus. statim ab initio p. 247 lin. 1 pro ἐπὶ πάσης scribendum est, ἐπὶ πάσαις. lin. 3 legitur τὴν σελήνην οἶκον ἐπιλέξατο:

emenda *τὸν σελήνης οἶκον ἐπιλέξαιτο.* lin. 4 et 5 *ὥστε ἀπὸ τοῦ* ♋ *καὶ ἐνταῦθα τὴν ἐφήμερον ἀπὸ τῆς σεληνιακῆς νουμηνίας κατὰ τοὺς σεληνιακοὺς μῆνας λειψόμεθα τῶν βροντῶν ἐπίσκεψιν:* emenda *ὥστε ἀπὸ τοῦ καρκίνου καὶ ἐνταῦθα τὴν ἐφήμερον ἀπὸ τῆς σεληνιακῆς νουμηνίας διακοσμήσαντες, κατὰ τοὺς σεληνιακοὺς μῆνας ληψόμεθα τῶν βροντῶν τὴν ἐπίσκεψιν.* nec saniora sunt quae sequuntur: ut ephemeris illa, quemadmodum est apud Rutgersium, non tam vera Lydi nec germana quam vitiata prorsus et adulterina esse merito sit putanda.

23 Tertius autem ad vulgandum Lydi aliquid se applicavit acerrimus ineditorum librorum investigator, Leo Allatius Chius, cum Alexandri VII pontificatu bibliothecam Vaticanam custodiret. is et maiorem epitomen libri de Mensibus in cod. Barberino 177
p. LII (vid. supra p. XXXVI) in manibus videtur habuisse; et postquam bibliothecam Palatinam Heidelberga in urbem ipse transtulerat, minorem a Planude factam in cd. Palatino 141; nec minus primum et tertium fragmentum libri de Ostentis, nimirum ephemeridem Nigidii Figuli in Palatino 312, kalendarium Cl. Tusci in Barberino 177. quae an omnia edere voluerit, non constat: maiorem epitomen libri de Mensibus voluisse indicat indiculus *Συμμίκτων* eius, ab Andrea Peschiullio Romae 1668, 4, foras datus, a Fabricioque recusus Bibl. Gr. vol. 14 p. 1—21; ubi inter ea quibus librum quartum Symmictorum terminare statuerat Allatius, reperiuntur p. 6 no. 46 "*ex Ioanne Philadelphiensi excerpta, inc. Ὀρθῶς ἄρα οἱ τὰ μυθικὰ τὸν Κρόνον τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας·*" quod esse initium maioris illius epitomae p. XXXVI demonstravimus. sed Allatio a. 1669 post laboriosissime actam vitam exstincto, rursus crassa quaedam Vaticanae bibliothecae offusa caligo est, quod qui ei proxime successerunt, si minus a doctrina, certe ab industria eius multum aberant; nec illa in octo posteriores Symmictorum libros referenda ad 175 tam Graeca quam Latina opuscula, quorum pleraque ne hodie quidem lucem viderunt nec unquam videbunt, tum sunt e scriniorum tenebris ab eo
p. LIII eruta. item instrumento literario eius inchoatisque commentariis, qui erant magno numero, infesta posthaec fortuna fuit, nisi si quos literati viri ab interitu vindicaverunt, velut apographum epitomae Lydianae ab eo factum; quod et vidit Romae Nicolaus Schow, et ad editionem libri de Mensibus recte adhibuit.

Fuit etiam qui animum ad Lydum intenderet Iosephus de 24 Iuliis, in bibliotheca Vaticana et in Collegio urbano de Christianorum persuasione propaganda Graecarum literarum interpres, homo doctus, cuius exstat brevis manuductio ad linguam Graecam, Romae 1681, 8. de hoc ita Raphaël Fabretti in Syntagmate de Columna Traiana Romae 1683, fol., c. 6 p. 153: "*rationem vero huius ritus* [circumducendi aratri in urbibus auspicato condendis] *primum vidi apud Ioannem Laurentium Lydum Philadelphiensem, nuper Latio donatum ab eruditissimo amico Iosepho de Iuliis, et iamiam e manuscripto apud ipsum, mutilo quamvis, publicam lucem inspecturum: ratio, inquam, haec est.* μετὰ δὲ τὴν ἐπὶ τῇ ἀναγορεύσει τῆς πόλεως τελετὴν ζεύξας ταῦρον μετὰ δαμάλεως περιῆλθε τὸ τεῖχος, τὸν μὲν ἄῤῥενα ἐπὶ τὴν τοῦ πεδίου πλευρὰν ζεύξας, τὴν δὲ θήλειαν ἐπὶ τὸ τῆς πόλεως μέρος, ὥστε τοὺς μὲν ἄῤῥενας τοῖς ἔξω γίνεσθαι φοβερούς, τὰς δὲ p. LIV θηλείας τοῖς ἔνδον γονίμους." quo ex loco constat, quod habuerit Iosephus de Iuliis, id aeque fuisse maiorem illam Lydianam epitomen: nam illa ipsa verba habet ed. Schow. part. 4 mense April. c. 6 p. 98, nisi quod ibi perverse γονίμοις pro γονίμους. sed aliquis fatalis fuit casus, qui rursus eam epitomen, lucem ne aspiceret, impedivit. ut enim Allatium vidimus, item Iosephus de Iuliis, prius quam affectam editionem perficeret, obiit; fuitque adeo hoc Allatio infelicior, quod quae ipse commentatus in Lydum est, ea sive omnino ad nihilum venerunt sive certe adhuc latent; quae Allatius, cum in eruditorum hominum manus incidissent, si minus tota, attamen aliqua ex parte nobis se aperuerunt.

Etenim paulo iustiore fortuna octavo decimo saeculo Lydus 25 uti coepit. minus quidem in Gallia, Ludovici 15 principatu, cum Ioannes L. de Burigny, vir historicis scriptis notus, fragmentum libri de Ostentis, de tonitribus in dies singulos, Gallice vertere voluit, *Histoire de l'Académie des Inscriptions* tom. 29 p. 197, quoniam ea versio concepta magis est quam coepta, to- p. LV tumque consilium ad exitum non pervenit. magis in Italia, Pio sexto pont. max., cum nobili per has regiones peregrinatione Romam venit Nicolaus Schow Danus, clari nominis philologus, cuius singularem nostris in literis eruditionem iam tum testatae erant Heraclidis Allegoriae Homericae Gottingae 1782, 8, ab

illo editae; tum per ipsum Italicum iter vulgatae de charta pa-
pyracea Musei Borgiani docta commentatio, Romae 1788, 4, et
de numo Ulpiae Pautaliae ad Stephanum Borgiam Cardinalem
epistola, Romae 1789, 4. huic igitur, cum esset Romae, cla-
rissimus abbas Marini, tabulario Vaticano praefectus, monstravit
maiorem illam anonymamque libri de Mensibus epitomen, *ex
relictis,* ut Schowii verbis utar praefat. ed. p. 6, *Leonis Allatii
chartis descriptam.* qua perlecta Schowius, qui ineditam ani-
madvertisset, eius editionem illico meditari, eamque cum cod.
Barberino 177 (vid. supra p. XL) conferre, alteramque eiusdem
libri epitomen, quae a Maximo Planude facta dicitur, ex cod.
Palatino 145 item describere sibi coepit, ut exponit ipse in epi-
stola Roma Nonis Maiis 1789 ad Harlesium data; quam episto-
p. LVI lam Harlesius in Bibl. Gr. vol. 4 p. 157 inseruit. quodsi postea
Schowius cum illo tanto acumine, quale in papyro Borgiana
illustrata inque Hesychio Lipsiae 1792, 8, emendato declaravit,
curam cogitationemque aliquam in utraque epitome perpurganda
posuisset, omninoque studiorum nostrorum perrexisset tenere
viam, profecto epitomarum illarum editionem conficere potuit et
emendatam maxime, et cum cuivis Graecarum literarum stu-
dioso, tum inprimis nobis in hac opera nostra mirabiliter (opi-
nor) profuturam. sed ea omnia (dicam ut res est) paulo aliter
ceciderunt.

26 Etenim Schowius ut Havniam se rettulit, cum eximias eius
virtutes populares perspexissent, magno loco in regno esse, plu-
rimisque et honestissimis muneribus in se collatis scripta sua
continere, quaeque in animo habebat de antiquitate illustranda,
ea in aliud tempus differre coepit. at interim Lipsiae ex apo-
grapho eius in libraria Weidmanni cusus iam erat textus utrius-
que epitomae, adiuncto in fine capite de terrae motibus, ταῦτα
μὲν ἄν τις κ. τ. λ. quod secundum ex quattuor fragmentis libri
de Ostentis esse p. XLIII demonstravi; praefatio, emendationes,
p. LVII notae ex Dania summittendae summe exspectabantur. quas cum
diutius morari intelligerent librariae procuratores, ad extremum
desperantes de Schowio, statuerunt ut textus Graecus cum bre-
vibus capitum argumentis Latine scriptis, qualis iam esset im-
pressus talis ederetur, sine notis ullis, praeter paucas de lectio-
num varietate. additur insuper index; item praefatio. editio

prodit sub titulo eiusmodi: *Ioannis Laurentii Philadelphiensis*
Lydi Opusculum de Mensibus [quanquam potius scribendum
fuisset, Excerpta ex Ioann. Laurent. Philad. Lydi Opere de Men-
sibus] *ex codd. mss biblioth. Barberin. et Vatic. et fragmentum*
de Terrae motibus ex cod. bibl. Angelicae Rom. Graece edidit,
varietatem lectionis et argumenta adiecit Nicolaus Schow etc.
Lipsiae in libraria Weidmannia 1794, 8. huius editionis cen-
surae complures exstant *Erlanger Literaturzeitung* 1794 p. 542-
47, *Göttinger Gelehrte Anzeigen* 1794 part. 2 p. 1273—1276,
Jenaer Literaturzeitung 1794 part. 4 p. 515—517. cf. *Allge-*
meines Repertorium der Literatur für die Jahre 1791 *bis* 1795.
Erster Band. Erste Hälfte, Weimar 1799, no. 700. sed huic
editioni, etsi id secundissimum accidit ut ex auctoritate viri omni-
bus doctrinis ornatissimi Ch. Dan. Beckii vulgaretur, isque,
quatenus per procuratores librariae licebat, suas quidem partes p. LVIII
praeclare ageret, tamen, sicut ostendimus, commentarius et no-
tae, necessariae illae quidem propter rationem epitomarum,
omnino desunt. quae enim Lydus ex tot diversis voluminibus
eruit, ea cum a librariis tum a breviatoribus multis mendis adeo
sunt foedata, ut textum ea condicione, qua nunc est, perlegere
singulaque in eo intelligere nemo sane facile possit.

Velut, ut uno folio temere arrepto demonstretur quod dici- 27
mus, ed. Schow. part. 4 mens. Octobr. c. 1 p. 124 lin. 8 sqq.
leguntur haec: *ἐν τῷ ΒΟΥΣΤΙΩ (οἷον ἐν τῷ ὀψοπωλίῳ) εἰς τι-*
μὴν Τιβερίου οἱ σεβαστοφόροι ἐχόρευον· τὸν δὲ τοιοῦτον τόπον
οἱ ἰδιῶται Αὐγούστιον (l. *Αὐγουστεῖον*) *καλοῦσιν.* sed in notis
ad Codin. ed. Reg. p. 155 iam exstabat is locus a Lambecio pro-
latus; ibique recte legitur *ἐν τῷ ΓΟΥΣΤΕΙΩ:* quod confirmat
cum ipse Codinus Lydum exscribens p. 16 c: *τῇ πέμπτῃ τοῦ*
Ὀκτωβρίου μηνὸς ἐχόρευον οἱ ῥεγεονάρχαι [l. *ῥεγεωνάρχ.*] *ἐν τῷ*
Γουστείῳ ἤγουν τῷ ὀψοπωλίῳ, εἰς τιμὴν τοῦ βασιλεύοντος κατὰ
τὸν καιρόν· tum Suidas ed. Kuster. tom. 1 p. 377, sub v. *Αὔ-*
γουστος. Gustium autem sive forum cibarium quid fuerit Du-
cangius docet Cpoli Christiana. statim post lin. 18: *περὶ τοῦ* p. LIX
δουρίου ἵππου ὁ Εὐφορίων φησὶ πλοῖον γενέσθαι τοῖς Ἕλλησιν
ἵππον λεγόμενον· ἕτεροί φασι ΠΟΛΙΝ γενέσθαι οὕτω προσαγο-
ρευομένην ἐν τῇ Τροίᾳ, δι' ἧς εἰσῆλθον οἱ Ἕλληνες. et Scho-
wius ima pagina in lemmate huius capitis: *equum ligneum, per*

quem Troia expugnata est, Euphorion navem, alii urbem fuisse credunt. at quis non videt legendum ἕτεροί φασι *ΠΥΛΗΝ* γενέσθαι? quod castam esse lectionem tam sententiae concinnitate quam fabularum Troicarum explicationibus confirmatur. et paulo post p. 125 lin. 1: Ἀσκληπιοὶ τρεῖς λέγονται γενέσθαι, πρῶτος Ἀπόλλωνος τοῦ Ἡφαίστου, ὃς ἐξεῦρε μήλην· δεύτερος (Ἰσχύος τοῦ Ἐλάτου καὶ Κορωνίδος) ὁρίοις ἐτάφη· τρίτος Ἀρσίππου καὶ Ἀρσινόης τῆς Λευκίππου. οὗτος εὗρε τομὴν καὶ ὀδοντάγραν, καὶ τάφος αὐτῷ ἐν Ἀρκαδίᾳ. is locus partim depromptus est ex Clementis Alexandrini Cohortatione ad gentes (lib. 1 ed. Potter. t. 1 Oxonii 1715, fol. p. 25), partim vel e Cicerone, vel ex Graeco scriptore illo quem Cicero exscripsit de N. D. 3 22: *Aesculapiorum primus Apollinis, quem Arcades colunt; qui specillum invenisse primusque vulnus dicitur obligavisse: secundus secundi Mercurii frater; is fulmine percussus dicitur humatus esse Cynosuris: tertius Arsippi et Arsinoae, qui primus purgationem alvi*
p. LX (in Lydo tamen τομήν) *dentisque evulsionem, ut ferunt, invenit; cuius in Arcadia non longe a Lusio flumine sepulcrum et lucus ostenditur.* verba autem, δεύτερος ὁρίοις ἐτάφη, comple sic: *ΕΝ ΤΟΙΣ ΚΥΝΟΣΟΥΡΙΔΟΣ* ὁρίοις ἐτάφη. Fl. Clemens loco cit. p. 26 lin. 8:

Ζεὺς γὰρ κατακτὰς παῖδα τὸν ἐμὸν αἴτιος,
Ἀσκληπιόν, στέρνοισιν ἐμβαλὼν φλόγα.

οὗτος μὲν οὖν κεῖται κεραυνωθεὶς ἐν τοῖς Κυνοσούριδος ὁρίοις. sustineo me hoc loco, mendaque deinceps sequentia, quotquot sunt, non exsequar, quod satis demonstratum esse arbitror ad perpurgandum, prope dicam, ad legendum libellum de Mensibus opus esse aliorum auctorum collatione, cum antiquiorum, quos exscripsit Lydus, tum recentiorum, qui eo ex libro hauserunt, Suidae, Eudociae Augustae, Codini, scholiastarum aliquot, glossarum denique lexici Cangiani, quatenus huc pertinent, ex integro opere de Mensibus vel ex epitomis delibatae. quorum omnium investigationem si vel Schowius suscepisset vel Beckius, haud erat sane quod quisquam meliores interpretes requireret: sed horum alterum officia regia impediverunt, alterum studia diversa eaque clariora; quae adeo ornat, ut plane non fuisset pro-
p. LXI bandus, si ingenium, quo auctores illustrat liberae illius atque fortunatae Graeciae, in scriptore inclinatae consumpsisset. nec

memet ipsum hic consistere patitur praefationis institutum: quare si qua sunt praeterea quibus editio Schowiana emendari possit, sicut sunt, ea commodius in notis ad librum de Ostentis exponentur *).

Sed illuxit tandem aliquando laetior Lydo dies a. 1784, cum 28
Cpoli ageret Christianissimi regis ad portam Othomanam splendidus legatus, Gabriel Augustus de Choiseul-Gouffier, publicarum rerum scientia non minus quam gloria maiorum clarus, et in utramque academiam illo iam tempore cooptatus, cum in eam quae Inscriptionum vocabatur, eruditissimis acutissimisque hominibus maxime tunc florentem, tum in alteram, cuius glorioso labore et Francorum literae immortaliter illustratae sunt et incorrupta est sermonis nostri integritas constanter conservata. is nobilissimus vir, liberalium artium omnisque humanitatis laude commendatus, cum in primo iuventutis flore et maximarum rerum cursu esset, iam tunc prae doctrinae studio delicias aspernatus Graeciam lustrare statuerat, et antiquorum hominum manes ac species interrogare, per tot urbium, Athenarumque ipsarum, caeca vestigia passim errantes. qua in peregrinatione quam cu- p. LXII
riosum sese exhibuerit politissimae vetustatis indagatorem, literatus homo in Europa nemo est qui nesciat. quamobrem mihi quidem dignus profecto videtur fuisse qui non Lydum nostrum, sed principem aliquem ex Graecis scriptoribus, maxime autem e poëtis, qui perierunt, ab inferis excitaret, Menandrum videlicet et Sophronem, vel Sophoclem aut Pindarum ex his quorum scripta non parum plura amissa quam retenta sunt. ad quem enim potius eiusmodi inventionem pertinere dicamus, quam ad eum qui non minori dicendi artificio quam cognoscendi peritia, quaecunque sibi Graeciam peragranti occurrerant, tam vividis coloribus expressit, ut omnes intelligerent nihil esse non oratoria tantum eius sed poëtica etiam facultate praestantius. verum

*) De Mensibus excerpta post Schowium Guil. Roetherus *recognovit atque emendavit, e Graeco in Latinum convertit et perpetua cum sua et Schowii tum Hasii et Creuzeri aliorumque adnotatione instruxit, indicemque copiosissimum adiecit*, Lipsiae et Darmstadii, a. 1827. codice is usus est Parisino 3084, adiutore Laurentio Nokkio, qui *multos mathematici argumenti locos ingeniosissime partim emendavit partim explanavit.*

fortuna hic etiam, ut saepe, parum aequa fuit. nam cum, ut
dictum est, Cpolim missus esset, dilectamque suam Graeciam
velut redintegrato amore complecteretur (eo melius quo publici
muneris auctoritas opportunior erat), haberetque secum eruditis-
simum hominem Ioannem B. C. d'Ansse de Villoison, is, ut erat
acerrimus antiquorum codicum investigator, Graecorum mona-
p. LXIII steria percupide quidem, sed frustra concursavit. cum autem ad
Bosporum in suburbano Graeci cuiusdam literati ex Constantini
Morusi principis affinitate libros quosdam veteres pertractaret,
invenit cum alios pretiosos, tum in primis unum Lydi opera de
Ostentis deque Magistratibus continentem. hunc statim illustris-
simo legato de Choiseul indicat; qui cum significasset se in de-
siderio esse eius codicis, eum paulo post a Constantino Morusi
principe dono accepit. erat enim is Constantinus Bei Morusi tum
ipse acuto et subacto ingenio, tum adversus literatos studio sin-
gulari; cumque paulo ante Valachiam summo cum imperio ad-
ministrasset, tunc in hortis ad Bosporum amoenissimis inque
mirifica librorum suorum bibliotheca felicitate magis stabili quam
unquam antea fruebatur. ita hos amplissimos viros, quos iam
sociaverat studiorum similitudo, tum magis etiam coniunxit Lydi
liber dono missus et acceptus, quemadmodum antiquis tempori-
bus, ad quae saepe animum illi referebant suum, claros homines
legimus xeniis ultro citroque datis amicitiam confirmasse.

29 Quanquam ne sic quidem Lydus statim lucem aspexit, quod
in consecuta regni Gallici eversione subitoque casu, quo Europa
p. LXIV omnis contremuit, nullus Lydo locus supererat. nam primum
ipse codicis possessor, coactus patriae fines fidelitati suae inter-
dictos longe respectare, aque legatione in exilium voluntaria vice
traductus, a Serenissima Augusta, quae tunc latissimum impe-
rium aquilonari plaga gloriose gubernabat, ut ad eam se confer-
ret honorificentissime invitatus est. quo cum secessisset, et ipsa
quanti eum faceret, quantum crederet, documenta maxima de-
dit; et filius item eius meliore fortuna dignus Paulus imperator,
cum esset liberali ac magno animo praeditus iustisque atque re-
ctis voluntatibus, amplissimum virum beneficiis plurimis ornavit,
afflictum erexit, extorri penates dignitatemque reddidit: manda-
vit demum supremam curam cum omnium bibliothecarum impe-
rialium tum academiae Caesareae, qua nihil usquam magnificen-

tius, nihil splendidius ab ullo superiorum saeculorum rege in liberalium artium commodum institutum est. ita cum esset in maximo imperio summus artium et omnis humanitatis arbiter et quasi procurator excitandis ac propagandis studiis electus, in nobilissimi muneris occupatione nihil temporis reliquum habuit quod Lydo impenderet, omnemque potius mentem cogitationem operam adhibere voluit, ut gratum animum, qualem postea in luculentis scriptis apud posteritatem professus est, talem iam p. LXV tunc in ipsa muneris gestione praesentes possent homines intueri.

Verum tandem, cum esset patriae et Gallico solo restitutus, 30 Lydi diutius neglecti serior cura animum subire coepit. etenim exoratus ab eo homo doctissimus Villoiso in se susceperat ut ad codicem feliciter inventum felicius edendum nomen et auspicia praeberet. sed priusquam eum foras daret, descriptionem Villoiso sui per Graeciam itineris perficiendam sibi duxit, quam publici iuris facturum sese cum saepe alibi spoponderat, tum maxime Prolegomen. ad Iliad. p. LIV; adque eam rem omnia consilia atque studia referre sua coepit. statuerat autem tunc denique ea prodere quae in recenti Graecia usquequaque observasset, cum iter confecisset in veterem, hoc est (verba ipsa sunt Villoisonis Prolegomen. l. cit.), cum auctores Latinos Graecosque singulos a capite ad calcem perlegisset, quaeque de omnibus rebus ad Graeciam Aegaeique maris insulas quomodocunque pertinentibus quisque scripsit, ea excerpsisset, referreque ac discernere et cum iis quae ipse vidisset conferre posset. magnum sane et singulare, dignumque tali viro consilium, et, si perfici potuis- p. LXVI set, in primis utile doctrinis nostris. sed quis nescit a. 1789 publicam rem Franciae in homines incidisse non tam commutandarum rerum quam evertendarum cupidos? suntque continuo tempora acerba atque gladiatoria illa consecuta, quibus cum omnes literae conticuerunt, tum maxime Villoisonianae, Graecae scilicet ac philologicae. itaque huius magni itineris non modo nihil edere, sed neque lectionem illam, qua ad scriptionem praeparare se volebat, absolvere, nedum de Lydo cogitare, variis casibus percussus potuit. neque magis, cum recuperata re publica respirasse homines visi sunt, illi quidem licuit placato rerum statu diu frui. etenim a. 1805 a. d. 6 Kal. Mai. paucos post

menses quam erat Graecae cathedrae in Collegio Franciae praefectus, virente etiamtum aetate repentino oppressus morbo est. cuius optimi sanctissimique viri immaturo obitu quantam civitas nostra in literis iacturam fecerit, tametsi homines historicos omnes, ubiubi sint, intelligere arbitror, tamen ego, quod ipsum novi, quod domum eius frequentavi, quod per aliquot annos continuos sermonum auditor, commentationum testis, studiorum mirator exstiti, acrius potui fortasse quam plerique perspicere. p. LXVII mitto hominem lingua Graeca, ut nullus unquam, lectione instructum; mitto librorum cognitionem, mitto inscriptionum: quis literis Italicis eruditior? quis in consuetudine dulcior, in docendo copiosior? memoria vero tanta erat et verborum et rerum, ut omnia quae unquam legerat meminisset. atque hic talis vir discessit a nobis, animo etiamtunc vegetissimo, annos vix natus 55; nec quicquam ex magnis operibus quae summo cum labore et diligentia inchoaverat, quaeque vitam illi dubio procul reparatura erant, spatiis exclusus iniquis relinquere potuit absolutum; desiderio autem incredibili affecit cum necessarios suos, homines summos, tum me ipsum, cui loco patris semper fuit. atque de illo, quoniam pro incomparabili eius erga me pietate paria persolvere nequeo, quod unum potui, haec cum lacrimis scripsi.

31 Vir autem illustris de Choiseul, ad quem redierat Lydi codex, editionem operum eius mihi tunc volebat committere. neque hercule erat ea provincia aliena a rationibus meis; neque, si vel maxime fuisset, recusassem, nempe ne diutius scriptore erudito nostrae literae carerent. sed accidit eo ipso tempore ut p. LXVIII a praefectis bibliothecae imperialis custodia Graecorum Latinorumque codicum mihi mandaretur. quod officium ut primum tenui, omnes curas cogitationes studia ad unam revocare rem oportuit, codicumque Graecorum omnium proximis superioribus annis ex variis Italiae oppidis eque urbe ipsa in bibliothecam congestorum notationes conficere, non quae nomina auctorum titulosque operum nudos haberent, sed quae aetatem virtutem argumenta codicum accurate indicarent, ut quicquid cuiusque auctoris inediti editive in singulis foliis manuscriptorum esset, uno aspectu cognosceretur. ita involavi in hanc operam non modo iussu praefectorum bibliothecae, sed impetu etiam acri

quodam animi ac voluntatis: taedium autem, quo facile intelli-
gitur eiusmodi laborem non carere, levabat atque adeo amove-
bat spes (quae non omnino me fefellit) me reperturum in his co-
dicibus abstrusa aliqua ac luce non indigna. sed interim depo-
nenda erat omnis de Lydo cogitatio. quare, quoniam ipse mu-
nere fungi meo non poteram, auctor fui ut liber de Magistrati-
bus separatim ederetur, curaque describendi vertendique eius
crederetur adolescenti ornatissimo Dominico Fuss Marcodurano;
qui relicta Germania, ubi felicissimum ingenium philologia ex- p. LXIX
coluerat, Lutetiae degens iam dum mihi erat officiis usu con-
suetudine iucundissimus. ille, ut est ardens et erectus ad
ornandas doctrinas nostras, sine mora negotium suscepit: opus
de Magistratibus descripsit, emendavit, vertit; librum de Osten-
tis mihi reservavit. continetur enim is liber in prioribus paginis
codicis Caseolini (sic appellati ex possessore, cuius maiores co-
mitum DE CASEOLO nomine usque a decimo saeculo annalibus
nostris celebrantur). de Caseolini igitur codicis origine aetate
condicione nunc dicam.

Inventus est circa a. 1785 propter Cpolim, ut supra demon- 32
stravi, Curucismae (is suburbanus est ad fretum pagus) in villa
Constantini Slutzaris, patricii viri, ubi libros Villoiso pertracta-
bat aliquammultos, partim cusos partim mss, ex magna Nicolai
Maurocordati bibliotheca superstites. erat enim is Ioannes Nico-
laus Alexandri F. Maurocordatus, e Scarlatorum gente, tum ex-
cellenti ingenio praeditus, quod scriptis compluribus declaravit,
tum librorum rariorum et veterum admodum studiosus. quare
cum circa a. 1722 sultani nomine in Valachia regnaret, e Grae-
corum monasteriis, quae in omni Oriente multa porro supersunt, p. LXX
in Thessalia praesertim et in monte Atho, vetustissimos quosque
libros cupide conquisivit. id erat ei tum perfacile factu propterea
quod et apud purpuratos permultum gratia, in Graecos autem
longe plurimum potentia valebat. ita brevi tempore magnae
librorum copiae est compos factus, cum impressorum tum maxi-
me manu exaratorum; quorum partim tunc intercedente Chri-
stianissimi regis legato Marchione de Villeneufve descripti, apo-
graphaque in Galliam ad bibliothecam Regiam missa sunt, ubi
adhuc servantur. eiusmodi sunt codd. Gr. no. 2619, 2641, 2642,
2668, 2649. conf. *Mémoire historique sur la Bibliothèque du Roi*

in Catalog. libror. impress. biblioth. Reg. part. 1 p. LXVI. ex
eadem Maurocordatina codicum copia IAFabricius prooemium ac
priora capita Demonstrationis Evangelicae Eusebianae literatorum
usibus praeter spem restituit, ut ipse auctor est praefatus Delectui
scriptorr. pro verit. relig. Christ. Hamburg. 1725, 4. eandem
bibliothecam et multi alii literis ac monumentis celebraverunt
et novissime editores Actorum literariorum Graece scriptorum
(Ἑρμῆς ὁ λόγιος ἢ φιλολογικαὶ ἀγγελίαι) Vindobonae, mens. Ian.
1811, 8, p. 19. sed Nicolao Maurocordato a. 1730 exstincto,
p. LXXI totaque familia eius perversa paulo post et spoliata (conf. *Sulzers*
Geschichte des Transalpinischen Daciens. vol. 3 Vindob. 1782, 8,
p. 37), omnis illa magno studio multisque imperiis Bucarestum
congesta codicum copia non levi literarum Graecarum detrimento
celeriter evanuit, praeter eos libros qui tum apud Slutzarin Cu-
rucismae asservabantur.

33 Inter illos igitur inventus est codex Caseolinus, principio et
fine mutilus, scriptus in membrana, folio minori (ut vulgo dici-
mus), nono saeculo vel decimo ineunte, lineis 31 in singulis pa-
ginis; litera grandi, nitida, ad sinistram reclinata, non absimili
illius quam Palaeograph. Graec. Paris 1708, fol., p. 274 no. 1
ex cod. Reg. 1962 (nunc 654) in aes incidit Montefalconius.
eadem litera scripti sunt codices bibliothecae nostrae complures
maximeque nobiles, Plato optimae notae no. 1807, Eusebius
no. 1430, Aristoteles no. 1853, Demosthenes no. 2934, item cod.
no. 1470 sanctorum vitas continens; quem ideo commemoro,
quod unus ex his libris tempus quo peraratus sit adiectum habet,
μηνὶ Ἀπριλλίῳ ἰνδικτιόνος (sic) η̄ ἔτους ϛ,τϟή· id exit in annum Chri-
sti 890 Leonisque philosophi principatum. tametsi in Catalogo
p. LXXII quidem impresso part. 2 p. 330 undecimo saeculo assignatur:
sed perperam. Leonis autem philosophi principatu velut hic
multique alii, sic fortasse etiam Caseolinus scriptus codex est.
in quo duo potissimum singularia, alterum, cum plerique huius
aetatis codices binis columnis scripti sint, in nostro uno tenore
lineas legi, alterum, pro tempore illo Leonis philosophi, scho-
lastico sane codicumque conficientissimo, insignes esse in illo
cum itacismos tum aliusmodi errores. atque non ignoro Graecos
Syllano tempore ε et αι, item ι et ει in sermone pressu oris et
sono aegre distinxisse, Iustinianeo ne ι quidem et η: id credo

obscurum non esse ex auctorum testimoniis, ex numis, ex inscriptionibus, e membranis pervetustis innumerabilibus. ego certe nullum vidi Graecum codicem, cum multos tractarim eosque veterrimos saeculorum 6 et 7, quin ibi offenderem quosdam itacismos.' tot autem quot in codice Caseolino, in nullo memini, huius certe aetatis. nam confunduntur non modo ι et ει, ι et η, η et ει, item β et υ, ε et αι, ο et ω, υ et οι, quae sunt menda vulgaria: sed interdum etiam, quod rarius vidi in codicibus ante tempora Comneniana, υ atque οι cum ι ει atque η: imo, quod rarissimum est in codicibus cuiuslibet aetatis, σ et ϑ, item ου et ω.

Alterum genus errorum non tam est ex pronuntiatione et p. LXXIII 34
incogitantia quam ex inscitia scribae natum; quae quanta fuerit inde potest cognosci, quod genitivos plurimos cum accusativis confudit, accusativos cum nominativis, quodque omnino in clausulis casibusque vocum prorsus iacet. nec minus in reduplicationibus perfectorum, in nominibus propriis, in vocabulis reliquis, in apicibus, in spiritibus; quod voces omisit lineasque integras (vid. varias lectiones textui edit. subiectas), ut perspicuum sit neque regulas grammaticae probe tenuisse eum, neque quid exararet semper intellexisse. tametsi codicem, unde suum duxerit, magnae vetustatis suspicor fuisse, saeculi fortasse 7 literisque ideo maiusculis. nam primo ν ἐφελκυστικὸν multis vocibus adhibetur etiam sequenti consonante. non me praeterit inveniri id in codicibus omnis aetatis bene multis. calligraphi tamen saeculi decimi in hac quidem re grammatices hodiernae leges iam studiosius sunt secuti: noster antiquam prorsus tenuit scribendi viam, qua illud ν verbis etiam non hiantibus interponitur ex certis oratoriisque praeceptis ad amplificandum complendumque vocis sonum. id opinor eum non temere sed ad exemplum sui codicis fecisse. p. LXXIV
deinde voces Latinas, si quae occurrunt, literis maiusculis scripsit. unde coniicio in antiquiore illo Graeca quoque fuisse maiusculis. sed pro Graecis maiusculis calligraphus scripturam ligatam sui saeculi substituit: pro Latinis non item, quod nesciebat scripturam ligatam Latinam; quare literas Latinas, qua forma erant in antiquo codice, eadem expressit in suo. postremo multa sunt eius menda, quae facilius admittuntur, si habes ante oculos codicem maiusculae scripturae quam si ligatae. fol. 31

verso, ed. p. 129 19, scripsit προβατορεύεται, quia in *ΠΡΟΣ-ΑΓΟΡΕΥΕΤΑΙ* facile confunduntur *Σ* et *Β*, *Γ* et *Τ*. fol. 39 *verso*, p. 150 9, λύλος pro *ΛΥΛΟC*, ratione simili. fol. 56 *recto*, p. 193 1, ῥονεῖσι: quippe in *ΙΩΝΙCΙ* primum *Ι* habuit pro *Ρ*. eiusdemmodi innumera sunt. quibus rebus omnibus inducor ut credam, saeculi circiter 7, ut praescripsi, fortasseque satis bonae notae fuisse illum codicem unde noster manavit. nostri autem menda Graecus aliquis saeculi 16 vel 17, ut ex scriptura colligo, corrigere est conatus, probabiliter nonnunquam, sed plerumque infelicissime: ea manus illa est quae in notis editionis p. 126 22, 189 17, 219 8, 223 13, 274 3, 251 14, 252 20 recentior nominatur. eadem in toto libro
p. LXXV de Magistratibus (nam librum de Ostentis non aeque retractavit) accentus et spiritus, in codice pro more saeculorum 9 et 10 negligentius notatos, superscripsit, quanquam in his quoque saepe erravit.

35 Hunc autem talem codicem tria olim Lydi opera continuisse non est dubium, hoc est, librum de Mensibus, de Ostentis, de Magistratibus. sed liber de Mensibus quidem nunc totus perditus est, praeter duo folia a corpore codicis abiuncta, adeoque affecta ut legi non possint. vixque sum ex literarum vestigiis illud expiscatus, agi ibi de festis rei publicae Romanae diebus a kal. Novembribus, ubi Iovi pulvinar, lectisternium, ludi Circenses, usque ad 3 Nonas eiusdem mensis, ubi est hiemis initium et maria clauduntur: vid. kalendarium Roman. auctum in WStukeley *Medallic history of Carausius Book* 2. London. 1759, 4, p. 63 ii dies incidunt, opinor, in p. 125 excerptorum ed. Schowianae. ex libro de Ostentis folia 37 supersunt, nempe 11 aeque a codice nunc separata et 26 adhuc consuta. subsunt libri de Magistratibus folia 59 consuta, 4 separata: summa 63. igitur, praeter ea quae plane abierunt, exstant hodie in fronte codicis
p. LXXVI folia abiuncta 13, in calce folia abiuncta 4, in medio folia 85 consuta, quae sola numeris notata sunt: in his liber de Magistratibus incipit fol. 27 *recto*. summa omnium foliorum est 102; quibus Lydi opera nunc sic continentur, ut liber de Mensibus totus desideretur praeter duo illa folia, librique de Ostentis desit circiter quarta pars, libri de Magistratibus circiter decima. quippe eius non solum ultima interierunt, sed ex consuta etiam colliga-

taque parte post fol. 44 folia exsecta duo sunt. omnia autem 102 folia illa madore ac vetustate valde sunt depravata, usque eo ut iam Villoiso scripserit (Prolegom. ad Iliad. p. 46) codicem mero magna ex parte ita corruptum esse, ut literarum ductus vix agnosci queant, inque cella vinaria potius eum quam in bibliotheca asservatum videri. quanquam ipsum corpus codicis paulo minus affectum est. multo magis vero abiuncta folia, lacera illa quidem et cariosa et partim penitus desperata; ut in legendis illis non minor hercle labor esse videatur quam in evolvendis interpretandisque Herculanensibus voluminibus, quorum aliquot Neapoli Parisios translata interdum inspexi et tractavi. quamobrem, sicubi error editori obiectus est in tam longo labore, est
ei, non dico venia danda (nec enim fieri potest ut in eiusmodi p. LXXVII
quantumvis expurgato opere non aliqua supersit macula) sed, quod rem difficillimam suscepit quodque sic perfecit, laus perpetua tribuenda.

Quid quod ipse editor, sicut textum corrigens non semel 36
mecum amicissime communicavit, ita impresso nunc opere, ut de nonnullis suspectis mihi locis quae viderentur dissererem, me rogavit. cuius amicitiae gessissem sane morem, suspicionesque hic meas aliquot adiunxissem: sed ea hic persequi non minus me vetuit huius commentationis institutum quam religio, ne libri de Magistratibus editio per me longius trahatur. quare quaecunque supersunt eiusmodi, quaeque annotaram de ingenio Lydi, de fontibus, de graecitate, de eruditione Latina, ea notis in librum de Ostentis reservanda duco. statui enim ad istius libri editionem animum conferre, quandoquidem Graecorum ex Italia nobis allatorum codicum, quibus impertivi integra horum annorum studia, paene ad finem adducti catalogi sunt, sumque solutior, ea opera profligata, factus. accedit ut qua singulari liberalitate vir illustris de Choiseul opus de Magistratibus suo impendio e tenebris
in lucem evocavit, eadem librum de Ostentis velit, aeque varium, p. LXXVIII
unde Iulius Obsequens, quique praeterea rem auguralem tractaverunt vel qui attigerunt, passim illustrantur. cura autem adhibebitur ut haec editio, quantum poterimus, locupletetur, cum commemoratione auctorum quos Lydus consecutus est, tum additione fragmentorum quorundam ineditorum eiusdem ferme argumenti, Vettii Valentis inprimis, cuius Anthologia apud nos

delitescit. non quod verear ne nudus Lydi textus doctis hominibus non iucundus sit futurus, vel quod putem iuveniles meos conatus esse tanti: sed ut omnes intelligant elaboratum esse in ista qualicunque opera, ut liberalitati illustrissimi fautoris, si minus ceteris rebus, diligentia certe responderetur. neque vero si qua sunt in libro de Ostentis minus perfecta, sicut sunt, icciro ab illo edendo deterrebor. nam ut universe Lydus minime sit cum summis aureae aetatis auctoribus comparandus, iis certe adnumerandus est qui totius eruditionis antiquae, cuius nos perexiguam, maximam habebant facultatem. quibus in auctoribus nihil fere tam leve tamque exile aut tenue reperiri puto, quod non alicuius aliquando momenti esse, quodve recte cum aliis colla-
p. LXXIX tum non aliquam vetustatis partem nova luce collustrare possit. quid quod mihi, in studia haec nostra intuenti, eiusmodi librorum editio, si qui adhuc latent, ad eos potissimum, ubiubi sint, videtur pertinere, quibus custodia codicum manuscriptorum mandata est. sic enim existimo, magnum esse in literis Graecis, atque adeo maximum, veteres emendare ingenio, explicare doctrina, naturam sermonis perscrutari. acuta tamen ingenia usquequaque haec possunt. illa vero, fragmenta inedita eruere, glossatores, scholiastas, auctores secundarios delitescentes quamplurimos in lucem vindicare, doctisque hominibus sic nova adiumenta comportare ad universae vetustatis intelligentiam, ea sine codicum copia nemo potest. hae praecipue sunt opinor partes nostrae, parum iucundae fortasse, sed utiles: quibus recte actis et satis officio nostro factum esse puto, et abunde praestitum existimationi vitaeque nostrae.

DOMINICUS FUSS LECTORI. p. LXXXI

Primae editioni Ioannis Lydi operis de Magistratibus rei publicae Romanae, quam mihi mandavit vir illustrissimus cuius e codice cuiusque munificentia nunc in lucem prodit, pauca haec de labore meo praefari non inutile iudicavi.

Codex, quo uno usus sum, tam male affectus est ut compluribus locis legenti prorsus sit desperandum, eiusque ut alia multa, sic ex opere de Magistratibus non pauca interierunt.
quae vero ex hoc ipso opere casus superesse voluit, ea, quamvis p. LXXXII
paulo quam ceterae reliquiae laetiorem sortem experta, multis tamen locis obscura tantum literarum vestigia, multis quoque ne haec quidem exhibent.

Quare prima mihi cura fuit textum, quoad fieri posset, integrum tradere. huic ingratissimo muneri pro viribus satisfacere cupiens, investigandis literarum reliquiis comparando et coniectando plurimum temporis insumpsi; quo quidem id assecutus sum ut nonnisi paucissima omiserim aut manca reliquerim, neque tamen, quod maxime cavendum putabam, temere quidquam in textum receperim. nec minorem curam textus emendationi impendi, multo difficiliori, tum quod uno tantum codice utebar, tum quod orationis distinctionem aut nullam aut perversam ple-
rumque reperiebam. vitia autem multiplicis generis passim tot p. LXXXIII
occurrebant, ut, sicubi sive mendam non deprehendero sive minus recte emendavero, vel propter corrigendorum ingentem copiam ab aequis lectoribus veniam sperare ausim. atque hoc loco nequeo quin Car. Bened. Hasio et Gregorio Georgiadi Zalyco Thessalonicensi, doctissimis viris, publice gratias agam: quippe

uterque emendatum textum legerunt, ab iisque admonitus non semel aut vitium aliquod non animadversum intellexi aut probabilius corrigere conatus sum. quae vero opere iam pridem typis excuso emendanda superesse vidi, ea una cum mendis typographicis ad extremum opusculi indicavi.

In vitiis autem corrigendis hanc fere rationem servavi:
p. LXXXIV emendationes, de quibus dubitari non posset, in textum recepi, ceteris in notis tantum propositis. in iisdem emendatas a me codicis lectiones notavi, exceptis quas nonnisi scripturae vitio laborare constabat. huius generis mendae in codice innumerae occurrebant, nullo passim inter eiusdem soni vocales diphthongosque discrimine servato. eandem sive ignorantiam sive negligentiam in accentu animadvertere licet, in quo saepissime peccatum; imo multis locis, ubi nunc desideratur, omnino defuisse videtur. ad *ν ἐφελκυστικόν* vero quod attinet, tametsi credere non ausim hanc literam non nisi eorum qui opus descripsere culpa ante consonantes non minus saepe atque ante vocales in codice reperiri, malui tamen, aliorum consilio, in re levioris momenti consuetum editorum morem sequi. ceterum textum in libros et capita divisum paragraphis insuper distinxi.

p. LXXXV Notis ad textum emendandum interpretandumque spectantibus alias, quibus res illustrarentur, addere constitueram: sed mox animadverti maius a me quam pro otio meo opus susceptum: itaque mutato proposito paucissimas huius generis notas inspersi. auctorum tamen loca a Lydo laudata quaesivi, repertaque aut notis inserui aut certe indicavi. praeter laudata autem loca alia quoque non addito auctoris nomine occurrunt, veluti verba *οὐδ' ἐν λόγῳ οὐδ' ἐν ἀριθμῷ* (p. 211 16), quae sunt pars oraculi quod affert scholiastes ad Theocriti Id. 24 v. 48; et verba *ἔδει δὲ χρημάτων* etc. (p. 246 17), quae patet e Demosthenis Olynth. 1 petita esse, ubi legitur *δεῖ δὴ χρημάτων* etc. quae duo sero animadversa hic annotare iuvat, ceteris, quae reperire potui, suo loco indicatis. est omnino Lydus multus in veterum scriptorum locis, quae, olim lecta, memoriae eius con-
p. LXXXVI fusa obversabantur, usurpandis. indicem quoque auctorum peculiarem adieci; quippe et indicem rerum eumque copiosum confeci.

Ad versionem autem quod attinet, fateor me, quamvis nihil non fecerim necubi me auctoris sententia fugeret, vereri tamen ne aliquoties a vero aberraverim. etenim non pauca occurrebant, quae quomodo potissimum verterem dubitavi. obscuritatis autem culpa partim ipsis rebus partim auctori tribuenda, cuius oratio perspicuitate minime commendatur. nam et verba quandoque parum usitata aut insolentiori, ut mihi quidem videbatur, significatione usurpavit; ut nonnunquam in vertendo potius rem ipsam quam solitam verborum vim respiciendam putaverim. horum verborum pleraque in indice rerum notavi, adiectis aliis nonnullis, quae vel in lexicis non inveneram vel aliam ob causam no- p. LXXXVII tanda arbitrabar. ceterum versio eo magis addenda videbatur, quod quae lectu digna opusculum contineret, ad eos potissimum pertinere apertum erat queis rarius curae est Graecarum literarum studium. eadem ut fida magis quam ut elegans esset, operam dedi, et in legendis verbis, cum utrumque praestare non possem, perspicuitati malui quam dictionis castitati consulere.

Exposui breviter quae laboris meae ratio fuerit, quibusque de Lydo bene mereri studuerim. equidem diligentiam mihi non defuisse scio: qua an operae pretium fecerim, aliorum fuit iudicare, quibus laborem meum publici iuris fieri placuit.

Scribebam Lutetiae, nonis Iul., anno 1811.

---

p. I

CAROLI BENEDICTI HASE
IN LIBRUM IOANNIS LYDI
DE OSTENTIS FRAGMENTUMQUE DE MENSIBUS
PRAEFATIO.

ARGUMENTA PRAEFATIONIS.

1. *Institutum editionis.* 2. *codex Caseolinus, nunc Regius.* 3. *eius condicio hodierna.* 4. *codicis prima folia lacera et corrosa.* 5. *pagellarum effigies cur passim sit proposita.* 6. *subsidia quibus usi sumus in principio libri restituendo.* 7. *quae adiumento fuerint in reliqua parte libri.* 8. *de interpretationis Latinae ratione.* 9. *de argumento ipsius libri.* 10. *mirabilia quaedam aut memoranda in hoc libello Lydi.* 11. *fragmentum libri De mensibus.* 12. *de ratione annotationum.*

---

1 Quod receperam in praefatione libri Ioannis Lydi de magistratibus Romanis, collaturum me animum ad editionem tractatus De ostentis, eiusdem auctoris, id aliquamdiu ne efficerem interdictum mihi putavi. etenim evenit ut, quantam antea optare vix essem ausus, tanta nec opinanti offerretur facultas vulgandi, quae spissa sane ad historiam Byzantinam illustrandam dudum haberem comportata. qua re semel instituta verebar ne reperirentur inter fautores studiorum meorum, praestantissimos atque amplissimos viros, qui censerent non esse eiusdem, cuius fidei lentum sit commissum negotium, antequam id conclusissem (quod utinam recte possem), novo me implicare. et profecto

hac religione obstrictum me putavissem, nisi exisset denique pri-
mum volumen collectionis novae Byzantinae. nunc, quoniam
profligata iam Leonis Diaconi et prorsus ad exitum deducta est
impressio (detur venia verbo novo), nec multum abest quin Mi-
chaëlis Pselli aeque absolvatur, pusillum laxamenti nactus edi- p. II
tionem libri Lydiani nolui amplius differre, ne (ut labilis flu-
xusque est rerum humanarum status) accideret aliquid quod rem
omnino interturbaret, utque antiquitatis Romanae studiosi cogni-
tione disciplinae auguralis, quantulacunque tandem ex Lydo peti
possit, ne fraudarentur. nec tamen minus, affecto quidem sed
non confecto mandato prioreque negotio, verecundum putavi re-
cens susceptum strictim transigere. itaque exemplar Graecum
cum sola interpretatione Latina, quae commentarii perpetui loco
esset, in has pagellas conieci: ab explicatione rerum me conti-
nui. sunt sane quaestiones infinitae, ad religiones Italiae vete-
ris rerumque divinarum antiquitates pertinentes, de quibus in
scriptione latiore atque ornatiore dici possit. sed harum rerum
tametsi ego quoque quasi silvam collegissem, nec minus rerum
Romanarum studio quam Graecarum oblecter, tamen partim
quaestionum ut alienas ab auctoribus Byzantinis, a quibus disce-
dere longius sine inconstantiae suspicione nullo modo possum,
hominibus excellentibus in hoc genere, subtilibus et acutis non
minus quam abundantibus eruditione, quibus aetas nostra recte p. III
gloriatur, tractandas reliqui: de capitibus aliis fortasse alio tem-
pore singulari scripto lingua vernacula ipse agam. in praesenti
primum de fonte instituto subsidiis editionis huius, deinde de
interpretatione Latina, tum de mirandis quibusdam aut memo-
rabilibus in hoc libello Lydi, denique de fragmento libri De men-
sibus, quod una prodit, postremo de notarum mearum ratione,
partite strictimque dicam.

Codicis Caseolini quae sit origo aetas condicio, quique fue- 2
rint casus, exposui in Prolegomenis libri De magistratibus Ro-

manis, p. LXI — LXXVII. nec quicquam fere mihi huc addendum est, nisi illud, non multo post editionem libri De magistratibus possessorem codicis, virum illustrem G. A. de Choiseul-Gouffier, cum valetudinis causa Aquisgranum secessisset, subito morbo oppressum bonis omnibus, et praesertim iis qui literis mitioribus politi sunt, tristissimum sui desiderium reliquisse. commemorabant cuncti et olim contigisse ei illud quod paucis, ut florens aetate, in summa fortuna atque potentia constitutus, pluris tamen
p. IV homo ingeniosus ac disertus studia et ingenuas artes quam bona illa fortuita facere sit visus. et tunc quoque ipsius iactura communis contigit Galliae, patriae eius, ubi amplissimis erat honoribus perfunctus, communis Graeciae, cuius insulas verbis descripserat exquisitissimis, atque adeo Russiae, apud cuius imperatorem Paulum magno fuerat loco; communis praecipue his qui artes elegantes colunt, literatisque omnibus, iisque inprimis quos ille non amicitia solum sed familiaritate etiam sua non penitus indignos iudicarat. accedebat quod obiens luculentam copiam inscriptionum signorum tabularum anaglyphorum, scriptiones a sese inchoatas perplures, chartasque cuiusque modi aedibus villisque diversis dispersas relinqueret; nec quicquam propius est factum quam ut ea, non sine literarum artiumque detrimento, prorsus dissiparentur. quanquam huic quidem incommodo et ab heredibus eius, viris summa dignitate praeditis, et ab administratione (ut aiunt) res interiores Franciae magnificentissime atque diligentissime procurante, occursum est sic, ut signa lapidesque literis insigniti paene cuncta in museum Regium trans-
p. V ferrentur, codices manu scripti si qui erant (erant tamen pauci) in bibliothecam Regiam. ita denuo in manus meas venit Lydi codex, olim Caseolinus (sic appellatus ex priore possessore maioribusque eius, quod comitum *de Caseolo* nomine annalium monumentis celebrantur), nunc Regius. cuius de specie ac statu, postquam in bibliothecam nostram illatus est, etsi

aridum sit et exile id argumentum, tamen necessario pauca subiungam.

Dixi in Prolegomenis ad Magistratus, p. LXXV sq., codicem 3
membranaceum, IX vel X saeculi, continuisse olim tria Lydi opera, librum De mensibus, De ostentis, De magistratibus Romanis; sed cum iam ad Cpolim circa a. 1785 inveniretur initio et fine truncus, superesse ei hodie duntaxat folia 102; horum duo pertinere ad librum De mensibus, 37 ad librum De ostentis, reliqua ad Magistratus. ex illis 37 (De ostentis) 26 posteriora fuisse consuta numerata adiuncta ad corpus codicis; 11 priora, separata cum extra codicem tum inter se, adiecta fuisse in involucro quodam, absque numerali nota ulla. ea ego 11 folia, ut primum aggressus hanc editionem sum, disiecta temereque ia- p. VI
centia ita disponere ac numerare coepi, ut iubebant conspectus et summa operis p. 277 1 exposita. idque tam bene cessit ut, si exorsum libri p. 273 foliaque illa excipias quae in extremo capite de eclipsibus p. 285 2 exciderunt (quae tamen, quantum erat situm in nobis, Graece supplere conati sumus), item lacunam inter caput 15 et 16, p. 291 7, ut extra haec, inquam, nihil omnino ex toto libro mihi quidem in praesenti deesse videatur. conflictabar vero, tractans haec 37 folia, duobus praesertim incommodis, altero peculiari prioribus pagellis, altero generali, quo universus laborat codex. scatet enim mendis prope innumeris non modo in scriptura verborum, sed in spirituum queque et accentuum ratione, prima manu positorum, sed perverse plerumque. quamque sit vitiose scriptus, praecipue apparuit, ubi licuit eum, post c. 20, cum aliis codd. Veneto et Regiis conferre; qui, quamvis recentes, omnes tamen Caseolino emendatiores sunt.

Alterum incommodum, idque longe maius, erat, ex 37 fo- 4
liis librum De ostentis continentibus praesertim 10 priora esse la- p. VII
cera, madoreque et vetustate adeo affecta ut ea potissimum respexisse videatur vir multiplici doctrina insignis et cum in omni

genere literarum Graecarum tum vero in palaeographia apprime eruditus, d'Ansse de Villoison, cum scriberet Prolegomena ad Iliad. p. XLVI codicem Caseolinum vino ita corruptum esse ut literarum ductus vix agnosci quirent, eumque in cella vinaria potius quam in bibliotheca asservatum esse videri. et ipse arbitrabar olim, intuens primas pagellas, earum verba omnia in integrum restituere opis non esse nostrae. sed (ut fit) ipsa difficultas incendebat ad tentandum. ita foliis (ut c. 3 dictum est) suo ordine collocatis, primo quae legi poterant descripsi cuncta. deinde ex his qualibuscunque reliquiis sententiam aliquam expiscari, restituere verba, lacunas ingentes explere conatus sum, spatii exactissima ratione habita. qua eadem ratione (opinor) in legendis monumentorum veterum inscriptionibus, itemque in restituendis libris Herculanensibus, est utendum. tametsi (haec contra me ipse dico: quippe quantum difficultatis accedit lectioni,
p. VIII tantum probabilitati restitutionum mearum adeoque auctoritati editionis detrahitur) in Herculani voluminibus titulisque lapidariis legendis minus, nisi quid me fallit, operosus inanisque labor est. fac evanuisse aliquot unciales literas: cum sint inter se aequales paene omnes magnitudine, ex areola vacua, qua patet, de evanidarum numero coniectura prope certa duci potest. in nostro codice, ad regulam et lineam quamvis perarato, versus quidem sive lineae in pagellis singulis nusquam pauciores sunt quam 30 aut plures quam 32: sed literarum numerus in singulis versibus differt plurimum, non minus certe quam in cod. rescripto bibliothecae capitularis Veronensis, testante viro summae diligentiae eruditionisque singularis, Friderico Goeschen, praefat. ad Gaii institutt. p. XXVI. in plerisque tamen versibus habentur literae quadragenae octonae aut quinquagenae: sed eae et cursivae fere sunt, et saepe in fine versuum paulo pressiores, et compendio scribendi uno et altero intermistae. exaratur eadem ipsa vox nunc suis literis nunc siglo. vel in lacuna trium literarum

explenda..., arduum saepe dictu utrum *KAI* legendum sit, an,
quod spatium non maius occupat, SEN, hoc est, ϗ (per si- p. IX
glum) ἐν. sic centies.

Quapropter, quoniam in argumento, quod totum coniectu- 5
rale est, alii aliter atque ego sentire possunt, praesertim ubi
propemodum desperata erant folia, eorum instar in parte supe-
riore paginarum huius editionis saepius excudendum curavi, se-
cutus exemplum viri summi Gustavi Hugonis, Ictorum nomina-
tissimi, in fragmento Domitii Ulpiani Iur. civil. anteiustinianeo
t. 1, Berolini, 1815, 8, p. 5—101; omissis quidem spiritibus
ac τόνοις, qui plerumque in cod. temere sunt positi, sed serva-
tis lacunarum hiatibus literarumque evanidarum omnium inter-
vallis. ita, sicubi in electione verborum aut constructione erra-
verim, quod nimis crebro arbitror accidisse (nam negotium ma-
gnum est supplere folia eiusmodi; nec quicquam venit saepius
usu quam perlucente perperam apice, vel unica litera male lecta,
in pudendum trahi errorem), unusquisque supplementa mea,
ubique fere in textu uncinis [ ] indicata, ad iudicium proprium
poterit revocare. alterum etiam proposita hac effigie consecutus
sum, ut necesse non esset menda ex librarioli ruditate nata, quae p. X
innumera sunt eo in codice, ad oram editionis inve notis ubique
percensere; possemque, mendis ipsis supra ante oculos positis,
subter in textu transcripto lectiones eas tacite emendare. ita p.
288 23 *ενεργιας* fol. 6 *recto* lin. 11, *βλ]επει* lin. 12. — p. 291 16
fol. 7 *recto* lin. 9 *μαντιαν* et *απευθηνουσ*··· — *δαψιλιαν* p. 293 1
fol. 7 *verso* lin. 4, *συνελθουσιν* ibid. lin. 7. utque exemplis non-
nullis utar ex libro De mensibus petitis, *ισηδος* p. 113 15 fol. 1
recto lin. 19, *κτησαι* p. 116 4 fol. 2 *recto* lin. 10, *ετνη* pro *Αἴτνῃ*
ibid. lin. 12. haec et multa eiusmodi in effigie pagellarum non
incuriae meae aut culpae operarum, sed librarii inscitiae sunt
tribuenda.

Venio nunc ad subsidia quibus sum in constituendo textu 6

usus. qua quidem in re singulari fui fato: in partibus laceris
libri, ubi maxime opus fuisset, nullo alio codice sublevabar; ad
recensendas paginas paulo melius conservatas ad manum erant
complura adventicia adiumenta. quippe cum in fragmento De
mensibus, tum in foliis prioribus libri De ostentis, usque ad
p. XI c. 21, pessime habitis illis quidem, eram omnino omni externo
orbatus auxilio; nisi quod alicui usui fuerit C. Plinius maior,
cuius Historiam naturalem Lydus tum alibi tum maxime c. 6, 7, 8
exscripsit. in capitibus de eclipsi, de constellationibus, non-
nihil profeci ex I. Firmico Materno, eiusque libris 8 De mathesi
hodie exstantibus. ibique praecipue, hoc est in prioribus 20
capitibus libri De ostentis, intellexi quantopere opus esset notis
ad stabiliendas defendendas explicandas lectiones. nullus enim
locus est in hac libelli parte, quo in loco ambigi de vocabulo
possit, quin eundem tractarim compluriens, nec sine conficiente
causa statuerim. sed et explanare eiusmodi causas infinitum
fuisset neque huius temporis; et pugnaciter defendere coniectu-
ras aliis displicentes, ut fortasse possim si velim, certe non ve-
lim etiamsi possim, cum contentiones eiusmodi tam a moribus
meis quam ab hoc instituto sint alienissimae. inde ab exordio
capitis 21 longe diversam rationem secutus sum in constituendo
textu. nam cum in primis capitibus saepe sit a me compositus
magis quam transcriptus, oppidoque pauca habeat prorsus defi-
p. XII nita aut certa, reliqua post c. 20, quod erant in aliis etiam co-
dicibus, non in solo Caseolino, extra dubitationem iam sunt
posita.

7 Etenim institutio tonitrualis c. 21—26 reperitur item cum in cod. Regio 2381, fol. 70 *verso*, tum in cod. Veneto 324 (vid. Catalog. biblioth. Graecae Divi Marci, digest. praesid. Laurent. Theupolo 1740, fol. p. 149 C), qui per annos decem et sex penes nos, in bibliotheca Regia, identidem a me tractatus est, donec temporis flamma a. 1815 eum abripuit. PNigidii Figuli

Diarium tonitruale, quod proxime sequitur, editum iam exstabat in Iani Rutgersii Variis Lectionibus Lugd. Bat. 1618, 4, p. 247—260, mendose admodum; non ita tamen ut eius quoque comparatio cum codice nostro non usui mihi ad tollenda menda nonnulla nostri fuerit; quod patebit legentibus ex lectionum prope dicam infinita varietate, in ora p. 306—331 apposita. Tonitruale Fonteii, Diario Nigidii subiunctum p. 332 habetur in cod. Regio 2381 fol. 70 *verso*-71 *recto;* isque codex saepe laudatus in lectionum varietate, sub siglo *cod. Reg.* intelligendus est. Labeonis Observatio de fulminibus, p. 336— p. XIII
338, exstat item in cod. Reg. 2381 fol. 71 *recto;* alteraque commentatio eiusdem argumenti, quae continetur p. 338—348, in Regio (nunc Veneto) 324, quem memoravi. Disquisitio de causis terraemotuum, p. 348, cum item in cod. 2381 fol. 70 *recto,* tum in Regio 1991 fol. 1 *recto;* ita tamen ut is quem posterius nominavi, verbis plurimis immutatis aut praetermissis, epitomen potius quam fragmentum Lydi continere videatur. sequentia inde a c. 54 non solum in duobus, quos dixi, codd. exstant, sed impressa quoque sunt in edit. Schowiana opusculi De mensibus p. 130—134, vitiose admodum, quod menda codicis bibliothecae Angelicae, unde hoc fragmentum protulit in lucem, ingeniosus literisque perpolitus editor tollere omnia non quivit; quod mihi, compluribus codd. tanquam adminiculis uso, multo fuit facilius. postremo Calendarium vetus Romanum cum ortu occasuque stellarum, quod *parapegma secundum* Ptolemaei vocat Harles. Bibl. Gr. 5 291 A, quodque e scriptis Claud. Tusci ad verbum se expressisse Lydus ait p. 357, Latine iam cusum erat in Petavii Uranologio (Lutet. Paris. 1630, fol. 94—101) sub p. XIV
nomine Ptolemaei, per Nicolaum Leonicum e Graeco translatum. quam Leonici versionem passim retractavi: Graecum textum nunc primum edidi ex codd. tribus, nempe Caseolino, Reg. 2381 fol. 74 *recto*-75 *verso* (quem in notulis indicavi siglo illo, *Reg. A*),

et altero Regio 1991 fol. 17 *verso*-24 *verso:* hunc nominavi *Reg. B.* eorumque codicum omnium variantes partim apposui in ora, partim, ne nimis ista oppleretur, reieci in notas ad calcem textus.

8 His igitur auxiliis adiutus dedi operam textui recensendo lectionibusque colligendis emendandis, reiiciendis etiam quas oportebat. generatimque, quando utrobique rationes aderant aeque probabiles, potius ad cod. Caseolini ut antiquioris normam direxi editionem. νῦ tamen euphonicum sive ἐφελκυστικόν, quod nunquam ille non habet, ελαυνουσιν την, πασιν τοις, quodque antiquitas ponebat ubique (tot ea fuerunt quae grammatici iuniores, usumne secuti nescio an abusum, immutarunt), ne cuipiam fastidio essem, in vocibus non hiantibus sustuli. qua de
p. xv re videris quae vir egregius abundansque doctrina Fridericus Iacobs multa exsequitur Prolegomen. ad edit. Achillis Tatii p. xcv. capitum distinctionem a me factam (in cod. omnia uno et perpetuo tenore peraguntur) spero fore ut probet lector. quod ad versionem attinet, omnino haec duo volui consequi, primum ab auctoris, non ita luculenti, sententia ut ne aberraret; deinde ut loquendi morem suboleret eorum qui de veteribus super simili argumento scripta Latine reliquerunt. quapropter cum alia loca passim, tum maxime formulas solennes verbis Iulii Obsequentis reddidi illius qui libellum De prodigiis composuit, genere orationis usus satis Latino et probo (*Romani oris hominem* vocat Barthius ad Statii Thebaid. 5 86), sed verbis tamen paulo magis priscis interstincto. Claudii Tusci Calendarium vertens complura sum ex latinitate LIunii Columellae mutuatus, quem existimo vel ex ipso Tusco vel ex eodem fonte quo ille hausisse, libro undecimo praesertim. ex Calendariis item Romanis, a Iacobo Mazochio, Aldo Manutio, Carolo Sigonio, Raphaële Cyl-
p. xvi lenio, Grutero, Blanchino editis, quod nonnulla videntur vel a nostro Claudii Tusci vel indidem quo illud manasse, eorum quo-

que voces formulasque, de rebus astronomicis constitutas, in
versione, sicubi potui, frequentius adhibui. et omnino tenui
hanc consuetudinem, ut quaecunque pateret e Latino in Grae-
cum conversa esse, quemadmodum Campestrii commentata de
stellis crinitis p. 285 sqq, PNigidii Figuli Diarium tonitruale
p. 306, alia, ut in illis sermonem, qualis olim in Latino
fuerit, coniectura assequi et, quantum possem, repraesentare
conarer potius quam ut ea quae Lydus modo ineleganter modo
inscite et ridicule vertisset, item ad verbum annumerarem lectori.
velut, ut hoc utar, qui fieri potuit ut PNigidius Figulus, non di-
cam sana et tranquilla, sed tamen nondum prostrata atque se-
pulta re publica, notaret ad 16 Ian. si tonuerit, ab imperatore
populum Romanum vexatum iri? atqui hoc certe valent, ver-
bum e verbo, illa p. 322 24: ὁ δῆμος ὑπὸ τοῦ βασιλέως ταραχθή-
σεται. putemus in Latino fuisse, *a dominante, a principe,* qua-
les LSylla aut CMarius in rem publicam exstiterunt, idque a
Lydo fuisse versum verbis magis ad sua quam ad praeterita tem-
pora accommodatis. *Πέρσας* p. 286, 297, 336 verti *Parthos:* p. xvii
nam etiam p. 280 8 Crassus ἐπὶ Πέρσας ἐλάσαι dicitur, ut pateat
horum nomine illos intelligi. nec subibo (opinor) vituperationem,
quod usquequaque in restituendis Latinis sermonem ipsis aucto-
rum aetatibus usurpatum volui repraesentare.

Quanquam ne sic quidem (fatendum est enim) obtinere 9
potui ut non diceret aliquis desiderari in capitibus haud paucis
quasi colorem incorruptae antiquitatis. nimirum, si tempore rei
publicae primisve imperatoribus Campestrii, Figuli, Capitonis
vaticinationes confectas esse contendamus, mirari se quid causae
sit, quare neque Gallici nec Teutonici neque Germanici tumultus
aut belli mentio fiat ulla; quae tamen bella temporibus illis ma-
xime omnium diuturna atque periculosa putarentur. contra in
imperium Cpolitanum magis convenire res in Oriente adversus-
que Persas gerendas, quas assidue canant coniectores illi. verba

p. 295 18: ἐπὶ τὴν βασιλέως ἥξει χώραν, apertissime indicare Cae-
sarum firmas iam ac stabiles opes; αὐτῇ τῇ βασιλίδι καὶ τοῖς αὐτῆς
xviii τέκνοις, p. 346 15, vereri se ut aliter accipi possit quam de coniuge
imperatoris eiusque liberis. quae legantur p. 287 in. de bello Afri-
cano, tantum de Vandalis quantum de Poenis posse intelligi;
quae p. 347 4 (οἱ δῆμοι κ. τ. λ.), de Veneta Prasinaque factione:
quin imo quae p. 320 8 ad Decembr. 3, de carnis esu legibus ec-
clesiae interdicto; quae p. 332, de dissidio religionis causa exi-
stente. ego ad haec singula nihil habeo dicere: tantum abest ut
Lydi lucubrationes praeter modum extollere laudando, levareque
suspiciones atque ab illo removere velim. editoris proprium est
officium iudicare sine cupiditate, aut si ipse iudicium nullum in-
terponat, sic certe auctorem tradere in manus, ut in eo iudicando
elucere possit religiosi ac sapientis lectoris prudentia. tamen, ut
ad superiora illa queat lector aliquid respondere, subiiciam haec,
fortasse Lydum e libris haruspicinis ritualibusque selegisse ea
potissimum quae ad sua quoque tempora regionesque sibi pro-
pinquas accommodari quodammodo posse existimaret; praeter-
misisse autem consulto vetera illa admodum antiqua, spectantia
vel ad gentes Italiae, Aequos Latinos Samnites Picentes Tuscos,
p. xix vel ad administrationem rei publicae de comitiis auspicato edi-
cendis obeundis dimittendis, vel ad loca augurata Latii agrique
Romani, Albanum montem, lucum Maricae, armilustrum, aedes
urbanas. quae ut nobis fuissent acceptissima, ita Graecis homi-
nibus saeculi VI, rerum Italicarum incredibiliter rudibus, fastidia
ac monstra debebant videri.

10 Interdum quoque (opinor) res priscas vocabulis novis suo-
que tempore usitatis obscuravit. velut p. 309 10 in Nigidii Figuli
Diario tonitruali *res urbanas* vertisse videtur sic, τὰ τῆς βασιλί-
δος πόλεως, tametsi his postremis verbis Graeci saeculo Iustinia-
neo non Romam urbem sed Cpolim soleant designare. denique
minime mirum fortasse debet videri vel de Caesarum fato obscure

memorare Lydum, vel rarius mentionem facere caerimoniarum in deos, eumque silentium huiusmodi non tutum modo sed honestissimum quoque esse arbitratum. inquisisse in vitam Caesarum capitale erat (adi in primis Iulium Firmicum Astronomic. 2 33); neque illud, agere de caerimoniis pristinis, molestia sua carere debebat aetate Lydi. ad religiones, divinas illas quidem sed p. xx
novas, studio inflammato tunc rapiebantur plerique omnes; qui impium (nisi me fallo) reputassent proferre in lucem, quae ex pontificum libris eruisset aliquis de auspiciis cliviis, sacris novendialibus, lectisterniis faciundis, supplicationibus circa templa fana pulvinaria decernendis. quamobrem, opinor, haud sine gravi causa non nisi pauca, eaque obscura, antiquae persuasionis vestigia in excerptis suis reliquit Lydus. reliquit tamen, velut p. 288 10 de populi victi caerimoniis ad Romanos transferendis. item in fulgurum interpretationibus p. 342 — 348, ubi, si pauca exceperis, iam nihil erit causae quin credas sumptas illas esse ex libro vetere pontificio rituali fulgurali. quibus de libris, et omnino de fontibus unde hausit auctor noster, cum ea proprium opus desiderent, sintque non magis ambigua quam difficilia explicatu, conabor aliquando accuratius agere, eodem fere modo (si tamen possim) quo nuper vir summus AHLHeeren, cuius gloria longe clarior est quam ut nostro crescere possit testimonio, in commentatione De fontibus et auctoritate vitarum parallelarum Plutarchi, edita Gottingae 1820, 8. ac fortasse ad p. xxi
hoc caput antiquitatum Romanarum aliquam potis ero afferre accessionem. nam fragmenta, quantulacunque sint, veteres populi Romani religiones explicantia, LCincii Alimenti, Anysii, Elpidiani, Fulvii Flacci, Iunii Gracchi, Bebii Macri, Masurii Sabini, Nisi, Rutilii Gemini aliorumque anonymorum, collegi iamdudum undecunque, cum ex libris editis, maximeque e grammaticis, tum ex codd. manuscriptis Regiis bibliothecarumque aliarum, quotquot in itineribus meis Italicis potui perscrutari.

sed haec egent disquisitionis longioris: in praesenti (ut dixi superius) non modo abstinui ab excursibus huiusmodi, sed universe etiam in notis et ad Ostenta et ad fragmentum libri De mensibus summa data est opera ut essemus quam brevissimi.

11 Erant enim in cod. Caseolino folia duo abiuncta (hodie affixa ad reliqua sunt), continentia fragmentum libri De mensibus, non epitomae illius editae Lipsiae 1794, 8, a Nicolao Schowio, clarissimo viro et doctissimo, sed particulam ipsius libri, antequam a breviatoribus plurima resecarentur, turbarentur omnia, nec
p. XXII fere vestigium dispositionis pristinae relinqueretur. sunt eae pagellae aeque miserandum in modum et lacerae et vetustate detritae; ut, cum meditarer Prolegomena in librum De magistratibus (vide § 35 p. LXXV), putarem lectionem illarum ne tentari quidem posse. postea eodem identidem relatus, intuendo inquirendo ariolando passim expiscatus sum nonnulla; quae simul ac primum aliquid lucis fundere visa sunt, et alacritatem (ut fit) et facultatem maiorem attulerunt ad reliqua quoque persequenda. postremo haec deformata quamvis et paucula fragmenta libello De ostentis subiungere p. 113 sqq. non dubitavi. quanquam ratio quidem dissimilis fuit haec atque illa restituendi. in Ostentis cum fontes, unde hausit Lydus, saepius deprehendi, tum omnino tracta magis est et fluens oratio: sunt circuitus verborum longiores, ut, ubi constitisset de mente interpuncti, supplere continuationem totam orationis vel posse vel audere coeperim. in libro De mensibus oratio est et pressior et lita multis luminibus doctrinae (prout Lydi facultas ferebat), plena commemorationibus auctorum, et proinde, sicubi laborat lacunis,
p. XXIII difficilis ad restituendum. in redundante enim ac subinani loquendi figura, si ob casum aliquem desideratur membrum, affingi id potest ita ut probabilis et prope vera restitutio esse videatur. contra in genere dicendi referto rebus, fac narrationem rei, titulum libri, nomen solennitatis intercidisse; non ex alio codi-

cis loco sciri, non erui aliunde posse, quanquam divinas humanasque leges disciplinas religiones ritus historias veterum, quatenus literis eorum hodie continentur, probe teneas (tametsi in virorum sic doctorum numero minime ego me ponam): si ea te omnia deserunt, quo confugias? qui possis ariolari quae evanuerint? ita, licet plurimum sit temporis a me in hoc potissimum fragmento restituendo consumptum, non tamen arbitror multum me profecisse, illud unum pronuntiare ausus, me magno cum labore, diligentia, contentione animi ea in re esse versatum.

In notis, cum ad Ostenta tum ad fragmentum De mensi- 12
bus, uno solo loco longius fere quam voluntas fuit (nam potuissem paene in singulis vocibus) a proposito sum degressus, p. 393 sqq. ubi egi de varia significatione verbi ἀρχικός. alio loco institueram dicere de codicibus rescriptis bibliothecae Re- p. xxiv
giae. etenim cum egregius antiquitatis vindex Angelus Maius, tum casu et felicitate tum maxime acri atque attenta codicum Ambrosianorum perscrutatione, tot veterum opera in membranis palimpsestis latentia deprehendisset, ea ab interitu mirabiliter vindicata tantam exspectationem attulerunt repente omnibus, ut cum ubique tum certe Parisiis in bibliotheca nostra, antiquos utilesque libros item delitescere suspicarentur. quapropter non putavi esse alienum studiis meis colligere quae et usu quotidiano codicum, et diligentia quam a me exspectari maxime puto, potuerim eius generis in codicibus Graecis adhuc investigare. eaque erat in animo subiungere notis. postea vero, cum in molem iusti voluminis viderem excrescere, satius duxi conferre in scriptionem singularem, quae, ut spero, propediem prodibit, non quo credam ea esse tanti, sed ne in re quae nunc maxime in desiderio est rei publicae literariae inque ore et sermone omnium, nos soli Parisiis, bibliotheca copiosissima ac codicum refertissima, desidiosi inertesque esse videamur. verum ut ad notas revertar, si quando ibi locum vel interposui auctoris inediti vel p. xxv

editi emendavi, cum breviter egerim, non vereor ne sim vituperabilis hac parte. multo magis alibi; nec dubito esse restitutiones quae vel mihi ipsi paulo post forte sint displiciturae, qui, si per otium liceat, sperem in dies meliora praeteritis invenire. sed ut olim instruenda editione satis hercle temporis transmisi, ita nunc excudendae nonnisi tempora subseciva impendere potui, erepta scriptoribus Byzantinis, Psello, Georgio Hamartolo, chronographis variis, ad quos vulgandos omnem curam in praesenti atque operam confero. idque potissimum aut solum praestare interim volui, Lydi libello ut diutius docti homines ne carerent. quos oro ut hanc opellam boni consulant, et errata levicula, praesertim typica, si occurrant, accipiant aeque: titubatum enim non esse aliquando in his spinis, quis tam temerarius est ut audeat affirmare?

Scribebam Parisiis, Kalend. Maiis 1823.

ἸΩΑΝΝΟΥ ΛΥΔΟΥ.

ΕΚ ΤΩΝ ΠΕΡΙ ΜΗΝΩΝ. ed. Schow. p. 1

Α.

1. *ὀρθῶς ἄρα οἱ μυθικοὶ τὸν Κρόνον τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας ἀφανίζοντα ποιοῦσιν, αἰνιττόμενοι δήπου τὸν χρόνον πατέρα τε ἅμα καὶ ὄλεθρον τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ φυομένων γίνεσθαι.*

2. *θρίαμβον ὠνόμαζον οἱ Διονύσου θεράποντες τὴν πομπὴν ἀπὸ τῶν θύρσων καὶ τῶν ἰάμβων οἱονεὶ τῶν σκωμμάτων, ὡσανεὶ θυρσίαμβον· ἢ ἀπὸ τοῦ θροεῖν, κατὰ Πλούταρχον.*

3. *οἱ Λυδοί, φασίν, ἐφεῦρον τὸν οἶνον, καὶ οὐκ οἶνον μόνον ἀλλὰ καὶ τὸ συκῆς φυτόν.*

4. *μοῦστον τὸν οἶνον οἱ Ῥωμαῖοι ἔγνωσαν, ὅτι μυστήριον πρῶτοι Σαρδιανοὶ προσηγόρευσαν, ὡσανεὶ μύστην.*

1 *μυθικὰ* codex Vaticanus (V). 4 *ἐνόμιζον* codex Parisiensis 3084 (P). 9 duo fortasse fragmenta, alterum *ὅτι μυστήριον πρῶτοι Σαρδιανοὶ προσηγόρευσαν*, alterum *μοῦστον τὸν οἶνον οἱ Ῥωμαῖοι ἔλεγον ὡσανεὶ μύστην.*

EX IOANNIS LYDI
DE MENSIBUS LIBRIS
EXCERPTA
GUIL. ROETHERO INTERPRETE.

I.

1. recte igitur mythici Saturnum suos liberos devorare faciunt, significantes videlicet tempus gignere simul et interimere quae ab eo gignuntur.

2. Triumphum Bacchi ministri appellabant pompam, a thyrsis et iambis, id est dictis, tanquam thyrsiambum; aut a verbo *θροεῖν*, (id est clamare, tumultuari) auctore Plutarcho.

3. Lydos vinum invenisse dicunt, nec vinum solum verum etiam ficum.

4. Mustum vinum Romani noverant, quoniam mysterium primi Sardiau nuncupabant, quasi mystam, id est sacris imbutum).

p. 2 5. *Σαβῖνος ἐκ τῆς περὶ τὸν οἶνον γεωργίας φερωνύμως ὠνομάσθη· τὸ γὰρ σαβῖνος ὄνομα σπορέα καὶ φυτευτὴν οἴνου διασημαίνει.*

6. *Μεσσαπία ἡ Καλαβρία, ἀπὸ Μεσσάπου.*

7. *Λουκανίαν τὴν ἀλσωδεστάτην· τὸ γὰρ ἄλσος κατὰ στέρησιν λοῦκον οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσι, παρὰ τὸ ἀφεγγές, ὡς ἄξυλον τὴν ὕλην.*

8. *[ὅτι Ἔρυλον τὸν περὶ Ἰταλίαν, ὃν κατασχὼν Εὔανδρος ὁ τῆς μαντικῆς Καρμέντης υἱὸς ἔσχε τὴν χώραν, τρίψυχον γενέσθαι ὁ μῦθος αἰνίττεται φιλοσοφώτατα· τριπλᾶς γὰρ ἔχειν τὴν ψυχὴν δυνάμεις ὁ ἐν Φαίδωνι Σωκράτης παραδίδωσιν, ἡνίοχον μὲν τὸν νοῦν, ἵππους δὲ τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις. ταύτῃ καὶ χαλινῶσαι τὴν ψυχὴν θεσπίζει τὰ λόγια·*

χρὴ δὲ χαλινῶσαι ψυχὴν βροτὸν ὄντα νοητόν,
ὄφρα μὴ ἐγκύρσῃ χθονὶ δυσμόρῳ, ἀλλὰ σαωθῇ.

τῆς γὰρ τῶν ὅλων φύσεως ἐξ ἐναντίων δυνάμεων τυγχανούσης, ἀνάγκη καὶ τῇ διὰ πάντων κεχωρηκυίᾳ ψυχῇ τὰς ἐναντίας ἐφαρμόζειν ἀρχάς· τὸ μὲν γὰρ αὐτῆς λογικὸν ἐκ τῆς μονάδος, τουτέστι τοῦ νοῦ, τὸ δὲ θυμικὸν καὶ ἐπιθυμητικὸν ἐκ τῆς δυάδος οἷον τῆς ὕλης ἐστί, κἂν εἰ τὸ λόγιον ὅλην τὴν ψυχὴν τριάδα θείαν παραδίδωσι· φησὶ γὰρ ὁ αὐτός

p. 3 *ψυχαῖον σπινθῆρα δυσὶ κράσας ὁμονοίαις,*

8 **Virg. Aen. 8 560, ibique Serv.** 11 **Plat. Phaedr. p. 253 St.**

5. Sabini nomen a vitis cultura, nomine rei consentaneo, ductum est; significat enim hoc nomen satorem vitis.

6. Messapia, Calabria, a Messapo.

7. Lucaniam admodum silvestrem: silvam enim secundum privationem lucum Romani vocant, quod luce caret, quemadmodum Graece ἄξυλος dicitur silva.

8. Erylum Italum, quo superato Evander Carmentae fatiloquae filius tenebat regionem, trium animorum fuisse perquam philosophice fabula significat: triplicem enim in animo inesse vim Socrates in Phaedone docet, aurigam rationem, equos autem animi vires. quare etiam frena iniici animo oracula iubent: "oportet hominem ratione praeditum frena iniicere animo, ne incidat in terram infaustam, sed conservetur salvus." universi enim natura cum ex contrariis viribus orta sit, etiam animo per omnia effuso contraria initia convenire necesse est: pars enim animi ea quae mentis est particeps, monade, id est mente, continetur, ea autem quae est animi et voluptate alitur, dyade tanquam materia; quanquam oraculum totum animum triadem divinam esse docet. dicit enim idem "animi scintillam duabus post-

νῷ καὶ νεύματι θείῳ, ἐφ' οἷς τρίτον ἁγνὸν ἔρωτα,
συνδετικὸν πάντων ἐπιβήτορα σεμνόν, ἔθηκεν.]

9. *ὁ Εὔανδρος πρῶτος γράμματα ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος, τὰ λεγόμενα Κάδμου, εἰς τὴν Ἰταλίαν ἐκόμισεν, οὐ τοσαῦτα μὲν ὅσα νῦν ἐστίν (οὐδὲ γὰρ οὕτως ἡ παλαιότης παραδέδωκε), μόνα δὲ ἓξ πρὸς τοῖς δέκα, τοῦ ξ καὶ τοῦ ζ καὶ τοῦ ψ ἀντὶ διπλῶν, τοῦ θ καὶ τοῦ φ καὶ τοῦ χ ἀντὶ δασέων, τοῦ η καὶ τοῦ ω ἀντὶ μακρῶν ὕστερον προσεξευρημένων. πέντε γὰρ ἦν τὰ πάλαι φωνήεντα, τοῦ μὲν ε στοιχείου τὴν τοῦ η παρεχομένου χρείαν, τοῦ δὲ ο τὴν τοῦ ω, ὅπερ ἔτι καὶ νῦν παρὰ Ῥωμαίοις ἐστὶ καὶ μόνῳ τῷ χρόνῳ τὴν δύναμιν ἀμείβει. ὕστερον δὲ Μάρκος Φλάβιος, γραμματιστὴς Ἰταλός, τοῖς Ἕλλησιν ἀκολουθήσας τὰ λοιπὰ στοιχεῖα τοῖς Ῥωμαίοις ἐπέγραψεν· φιλεῖ γὰρ ὁ χρόνος ἐναμείβειν τὰ πράγματα.*

10. *Φοίνικες πρῶτοι τοκογλύφοι καὶ ὀβολοστάται τυγχά-* p. 4
νοντες γράμματα καὶ σταθμοὺς καὶ ἁπλῶς τὸ κερδαίνειν ἐπενόησαν, ὅθεν καὶ καπήλους αὐτοὺς οἱ ποιηταὶ καλοῦσιν. ἀλλ' ἐπανίωμεν ὅθεν ἐξεκλίνομεν.

11. *τρισώματον τὸν Γηρυόνην φασίν, οὐχ ὅτι τοσούτοις ἐχρήσατο σώμασιν, ἀλλ' ὅτι τρεῖς νῆσοι ἐν τῷ ὠκεανῷ κείμεναι συνεμάχουν αὐτῷ.*

12. *[ὅτι εὔριπος ὠνομάσθη ἡ μέσον τοῦ ἱπποδρόμου*

4 *ἐκόμισεν* P: apud Schowium (S) *ἀνεκόμισεν* 8 *προσεξευρημένων* P: apud S *προσευρημένων.* 17 *ἀλλ' — ἐξεκλίνομεν* add P.

quam miscuit concordiis, ratione et numine divino, quibus tertium amorem castum, omnia coniungendi et fecundandi vim habentem, venerandum, adiunxit."

9. Evander primus ex Graecia literas Cadmeas, quae dicuntur, in Italiam attulit, non totidem quidem quot nunc sunt (neque enim ita antiquitas tradidit), sed sedecim tantum, cum literae ξ et ζ atque ψ duplices, θ et φ et χ adspiratae, η et ω longae postea insuper invenirentur. quinque enim erant antiquitus vocales, litera ε literae η usum praebente, ο autem literae ω, quod hodieque apud Romanos tenet, et solo tempore (id est mora) vim suam mutat. post vero M. Flavius grammaticus Italus, secutus Graecos, Romanis literis reliquas addidit. solet enim tempus res immutare.

10. Phoenices cum primi argentarii sordidique feneratores essent, literas librasque et omnino artem lucri faciundi excogitarunt, unde etiam institores eos poetae nominant. sed redeamus unde digressi sumus.

11. Tria habuisse corpora Geryonem dicunt, non quod tot usus fuit corporibus, sed quod tres insulae in Oceano sitae belli ei sociae fuerunt.

12. Euripus dicebatur crepido quae in medio Circo erat, a maritimo

κρηπίς, ἐκ τοῦ θαλαττίου ἴσως Εὐρίπου καὶ τῆς ἑπτάκις αὐτοῦ διαυλοδρομίας· οὕτω γὰρ ἐπ᾽ ἐκείνου φασὶ συμβαίνειν. καὶ πυραμὶς δέ ἐστιν ἐν μέσῳ τῷ σταδίῳ, ἡ δὲ πυραμὶς ἡλίου, ἐπεὶ ἄσκιος ὁ τοιοῦτος βωμός· πάντων γὰρ τῶν οὐρανίων φωσφόρων σωμάτων σκιὰν ἀποτελούντων αὐτὸς μόνος ἔξω ταύτης ἐστί. καὶ ἄνωθεν μὲν τῆς πυραμίδος ἐπὶ τοῦ εὐρίπου βωμοὶ τρεῖς, Κρόνου Διὸς Ἄρεος, κάτωθεν δὲ Ἀφροδίτης Ἑρμοῦ καὶ Σελήνης. οὐ πλέον δὲ τῶν ἑπτὰ κύκλων ἤτοι σταδίων περὶ τὴν πυραμίδα, ἣν νῦν ὀβελὸν καλοῦσι, διεπληκτίζοντο οἱ ἀγωνισταὶ διὰ τὸ τοσούτους εἶναι τοὺς τῶν πλανήτων πόλους, οὓς Χαλδαῖοι στερεώματα καλοῦσιν, ἄνευ τοῦ σεληνιακοῦ, διὰ τὸ μέχρις αὐτοῦ διήκειν τὸ τοῦ παντὸς ὑλικοῦ σκύβαλον. τέσσαρσι δὲ καὶ εἴκοσι βραβείοις τὸν πάντα συνετέλουν ἀγῶνα διὰ τὸν ἐν πυραμίδι λόγον· δυοκαίδεκα γὰρ γωνίας ἡ πυραμὶς ἐπιδέχεται, τουτέστι στερεὰς τέσσαρας, ὧν ἑκάστη ἐκ τριῶν· δὶς δὲ τὸν δώδεκα ἀριθμὸν εἰς δύο τέμνον-
p. 5 τες τὸν τῆς ἡμέρας καιρὸν ἔτι καὶ νῦν τελοῦσι. καὶ ἄλλως δέ πως ἡ πυραμὶς ἁρμοδία ἐστὶ τοῖς ἀγωνιζομένοις· Νεμέσεως γὰρ εἶναι νομίζεται.]

13. πλεύσας ἐκεῖθεν Αἰνείας μετὰ πολλὰς ὅσας πλάνας κατάγεται ἐν πόλει τῆς Ἰταλίας λεγομένῃ Λαυρεντίᾳ, ἣν καὶ Ὀπικήν φασιν ὀνομασθῆναί ποτε, ἐξ ἧς καὶ ὀππικίζειν καὶ (ὡς τὸ

1 ἴσως add P, in quo totum hoc ita: Εὔριπος καλεῖται ἐκ τοῦ θαλαττίου ἴσως εὐρίπου καὶ τῆς ἑπτάκις αὐτοῦ διαυλοδρομίας· πάντων γὰρ τῶν οὐρανίων φωσφόρων σωμάτων σκιὰν ἀποτελούντων, ἥλιος μόνος ἔξω ταύτης ἐστίν. 16 πως Hasius: apud S περ. 19 ὅσας add P.

fortasse Euripo, qui septies reciprocatur: ita enim in illo dicunt accidere. et pyramis est in medio stadio; pyramis autem solis est, quoniam umbra caret eiusmodi ara: omnibus enim sideribus luciferis umbram efficientibus ille solus ejus expers est. et supra pyramidem in Euripo arae sunt tres, Saturni Iovis Martis, infra Veneris Mercurii et Lunae. neque vero plus quam septem curriculis, id est stadiis, circa pyramidem, quem nunc obeliscum vocant, certabant cursores, propterea quod totidem sunt planetarum poli, quae Chaldaei firmamenta dicunt, excepto lunari, quoniam usque ad illum pervenit omnis materiae excrementum. quattuor autem et viginti missibus totum conficiebant certamen, secundum eam quae in pyramide est rationem: duodecim enim pyramis continet angulos, hoc est solidos quattuor, quorum quisque tres habet angulos planos: bis autem duodenarium numerum in duas partes dividentes diei tempus hodieque definimus. et alia qua ratione pyramis in eos convenit qui in curriculo certant: Nemesis enim esse putatur.

13. Aeneas cum illinc navigasset, post errores quam plurimos appellitur apud urbem Italiae, quae Laurentum dicebatur, quam etiam Opicam olim nominatam fuisse ferunt; unde et ὀππικίζειν (id est, opice loqui, opizare)

πλῆθος) ὀφφικίζειν τὸ βαρβαρίζειν Ἰταλοὶ λέγουσιν. εἶτα ἐπιγαμβρεύσας Λατίνῳ βασιλεύοντι τῆς χώρας, αὐτός τε βασιλεύσας τρισὶν ἐνιαυτοῖς, οἴχεται. τοσούτων οὖν ἐπιξενωθέντων τῆς Ἰταλίας, ὥσπερ ἐδείχθη, Λατίνους μὲν τοὺς ἐπιχωριάζοντας, Γραικοὺς δὲ τοὺς ἑλληνίζοντας ἐκάλουν, ἀπὸ Λατίνου τοῦ ἄρτι ἡμῖν ῥηθέντος καὶ Γραικοῦ τῶν ἀδελφῶν, ὥς φησιν Ἡσίοδος ἐν Καταλόγοις·

Ἄγριον ἠδὲ Λατῖνον.
κούρη δ' ἐν μεγάροισιν ἀγαυοῦ Δευκαλίωνος
Πανδώρη Διὶ πατρί, θεῶν σημάντορι πάντων,
μιχθεῖσ' ἐν φιλότητι τέκε Γραικὸν μενεχάρμην.

14. Ῥωμύλος δὲ κτίζει τὴν Ῥώμην τῇ πρὸ δεκαμιᾶς καλανδῶν Μαΐου, κατὰ τὸ τρίτον τῆς ἕκτης ἢ (ὡς ἕτεροι) κατὰ τὸ δεύτερον τῆς ὀγδόης. ἡ δὲ ὥρα τῆς πόλεως ὥρα δευτέρα, πρὸ τρίτης, ὡς Ταρρούτιος ὁ μαθηματικὸς κατεστήριξεν, ἡλίου μὲν p. 6
ταύρῳ, σελήνης δὲ παρθένῳ, Κρόνου δὲ ζυγῷ, Διὸς δὲ λέοντι, Ἄρεος ζυγῷ, Ἀφροδίτης ταύρῳ, Ἑρμοῦ κριῷ. ἀρχὴν δὲ ἐνιαυτοῦ δίδωσι Ῥωμύλος τὸν Μάρτιον μῆνα πρὸς τιμὴν Ἄρεος· ἐξ αὐτοῦ γὰρ αὐτὸν γενέσθαι λόγος δέκα μόνοις μησίν.

15. ἡ δεκὰς πλήρης ἀριθμός ἐστιν, ὅθεν καὶ παντέλεια

3 ἐπιξυωθέντων P. malim τῇ Ἰταλίᾳ 4 ἐδείχθη] ἐδείχθη αὐτοῖς P. 8 εἶδε codex Barberinus (B). 12 Ῥωμύλος —] ὅτι ἡ ὥρα τῆς Ῥώμης, ὅτε Ῥωμύλος ταύτην κτίζειν ἤρξατο, ἐστὶν ὥρα δευτέρα πρὸ τρίτης, ὡς Ταρρούτιος ὁ μαθηματικὸς κατεστήριξε, Διὸς μὲν ἰχθύσι, Κρόνου δὲ καὶ Ἀφροδίτης καὶ Ἄρεως καὶ Ἑρμοῦ σκορπίῳ, ἡλίου δὲ ταύρῳ καὶ σελήνης ζυγῷ. V. 17 ἀρχὴν δὲ ἐνιαυτοῦ S: ἀρχὴ δὲ μαρτίου codices.

et, ut vulgo pronunciatur, *ὀφφικίζειν* dicunt Itali pro barbare loqui. deinde cum Latini regionis illius regis filiam duxisset uxorem, atque ipse quoque tres annos regnasset, decessit. tam multi igitur postquam peregre venerunt in Italiam, ut docuimus, Latinos indigenas, Graecos vero Hellenum lingua loquentes appellabant, a Latino, quem paulo ante commemoravimus, et Graeco fratribus, ut dicit Hesiodus in Catalogis: "Agrium atque Latinum. puella autem in aedibus generosi Deucalionis, Pandora, Iovi patri, deorum omnium imperatori, mista concubitu Graecum peperit belli labores sustinentem."

14. Romulus autem condit Romam 11 kal. Maias, anno tertio Olympiadis sextae, vel ut alii dicunt, secundo octavae: hora autem natae urbis secunda est, paulo ante tertiam, ut Tarutius Mathematicus censuit, cum sol in Tauro esset, luna in Virgine, Saturnus in Iugo, Iuppiter in Leone, Mars in Iugo, Venus in Tauro, Mercurius in Ariete. initium anni Romulus Martium mensem esse voluit in honorem Martis: ex illo enim eum natum fama est — decem tantum mensibus.

15. Decas plenus numerus est, unde et perfecta vocatur, quippe quae

καλεῖται, πάσας τὰς ἰδέας τῶν ἄλλων ἀριθμῶν καὶ λόγων καὶ ἀναλογιῶν καὶ συμφωνιῶν περιέχουσα· γνώμων γὰρ ἐν τοῖς οὖσίν ἐστιν ἡ δεκὰς πάντα χαρακτηρίζουσα, καὶ ἰδίως τὸ ἐν ἑκάστῳ ἄπειρον ὁρίζουσα, καὶ πάντων οὖσα συναγωγός τε καὶ συνακτικὴ καὶ ἀποτελεστικὴ τῶν ὅσα ἥ τε νοητὴ περιέχει φύσις ἥ τε ὑπὸ σελήνην. οὕτως γὰρ ἡμῖν παραδίδωσιν ὁ Παρμενίδης, πρώτιστα μὲν τὰ νοητά, δεύτερα τὰ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς, τρίτα τὰ συνεκτικά, τέταρτα τὰ τελεσιουργά, πέμπτα τὰ διαιρετικά, ἕκτα τὰ ζωογονικά, ἕβδομα τὰ δημιουργικά, ὄγδοα τὰ ἀφομοιωματικά, ἔννατα τὰ ἀπόλυτα, δέκατα τὰ ἐγκόσμια. ὀρθῶς οὖν αὐτὴν ὁ Φιλόλαος
p. 7 δεκάδα προσηγόρευσεν ὡς δεκτικὴν τοῦ ἀπείρου, Ὀρφεὺς δὲ κλαδοῦχον, ἐξ ἧς, ὡσεὶ κλάδοι τινές, πάντες οἱ ἀριθμοὶ φύονται.

16. Διέμεινεν ἀπὸ Κρόνου ἕως κτίσεως Ῥώμης κατὰ τὸν ἐν σελήνῃ δρόμον παραφυλαχθεὶς ὁ ἐνιαυτός· ἐπὶ δὲ Ῥωμύλου ὁρίζεται, ὡς ἐλέγομεν ἔμπροσθεν, δεκαμηνιαῖος, τῶν μὲν ὑπὲρ τριάκοντα ἡμέρας πολλῷ, τῶν δὲ ἐλάττονας λαχόντων μηνῶν· οὔπω γὰρ ἀπὸ τῆς ἡλίου κινήσεως ἐφυσιολογεῖτο αὐτοῖς τὸ τοῦ χρόνου διάστημα. [ὁ Πομπίλιος Νουμᾶς, ἐφ᾽ οὗ Πυθαγόρας ἦν, δυοκαίδεκα μησὶ τοῦτον ἀριθμεῖσθαι διώρισε κατὰ τὸν ἐν Φαίδρῳ Σωκράτην, ὅς φησι τὰς τῶν ὅλων τάξεις τῇ δωδεκάδι περιειλῆφθαι· ἐπὶ τὸ πᾶν γὰρ ὁ θεὸς τῷ ἀριθμῷ τούτῳ κατεχρή-

11 δεχάδα Nokkius. κλειδοῦχον P. 16 τριετάτης V: cf. 3 7, ubi BP τρία ἔτη pro τριάκοντα. 18 πομπήϊος B, πομπίλινος V. 19 κατὰ τὸν ἐν Φαίδρῳ Σωκράτην ὅς] ὧς BP. 21 ἐπεὶ τὸ πᾶν ὁ B.

omnes reliquorum numerorum et rationum atque proportionum consonantiarumque species complectatur. norma enim in iis quae sunt decas est, omnia charactere notans et propria ratione id quod in quaque re infinitum est, definiens et coniungendi congregandique atque perficiendi vim habens omnia quae complectitur natura, et quae rationis et quae sub luna est. ita enim nobis tradit Parmenides, prima esse ea quae sunt rationis mentisque, secunda quae numeris continentur, tertia quae continendi vim habent, quarta quae perficiendi, quinta quae separandi, sexta quae gignendi, septima quae arte aliquid perficiendi, octava quae similia faciendi, nona quae absoluta sunt, decima quae ad ordinem pertinent. recte igitur eam Philolaus δεκάδα nominavit (a δέχεσθαι, accipere, capere), quippe quae capax sit infiniti: Orpheus autem κλαδοῦχον (id est ramos habentem), ex qua ut rami omnes numeri nascantur.

16. Permansit inde a Saturno usque ad conditam Romam secundum lunae cursum constitutus annus; apud Romulum autem, ut ante diximus, decem mensibus definitur, nonnullis mensibus plures quam triginta dies, nonnullis pauciores sortitis. nondum enim ex solis motu ratione physica temporis intervalla ab iis explorata erant. Numa Pompilius, sub quo Pythagoras fuit, ut in duodecim menses annus describeretur, constituit, secundum Socratem in Phaedro, qui universi ordines dodecade contineri ait: ad uni-

σατο διαζωγραφῶν αὐτό, ὥς φησιν ὁ Πλάτων.] οἰκεῖον γὰρ τὸ
σχῆμα τοῦτο τῇ τοῦ παντὸς ἰδέᾳ· καὶ γὰρ κυκλικόν. ἐπεὶ καὶ
θαυμαστή ἐστιν ἡ τῆς δωδεκάδος φύσις, διά τε ἄλλα καὶ ἐπειδὴ
συνέστηκεν ἐκ τοῦ στοιχειωδεστάτου καὶ πρεσβυτάτου τῶν ἐν οὐ-
σίαις εἰδῶν παραλαμβανομένων, ὥς φασιν οἱ ἀπὸ τῶν μαθημά- p. 8
των, ὀρθογωνίου τριγώνου (αἱ γὰρ τοῦδε πλευραί, ἐκ τριῶν οὖσαι
καὶ τεττάρων καὶ πέντε, συμπληροῦσι τὸν ἀριθμὸν τὸν δώδεκα,
τοῦ ζωοφόρου κύκλου τὸ παράδειγμα) καὶ ἐκ διπλασιασθείσης
ἑξάδος τῆς γονιμωτάτης, ἥτις ἐστὶν ἀρχὴ τελειότητος, ἐκ τῶν
ἰδίων συμπληρουμένη μερῶν. διατάττει δὲ Νουμᾶς δυοκαίδεκα
μηνῶν τὸν ἐνιαυτὸν πρὸς συντέλειαν τῶν τοῦ ἡλίου καὶ σελήνης
δρόμων· καὶ ἐπὶ μὲν Ῥωμύλου ὁ νῦν καλούμενος Μάρτιος μὴν
πρῶτος ἦν, ἐπὶ δὲ Νουμᾶ προσετέθησαν Ἰανουάριος καὶ Φε-
βρουάριος. ἀρχὴν δὲ ἐνιαυτοῦ ὁ Νουμᾶς ἄγειν ἐθέσπισε Ῥω-
μαίοις, ὅταν ἥλιος τὸν αἰγόκερων μεσάζων αὔξει τὴν ἡμέραν, ἀπο-
στρέφων πρὸς ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ νοτίου καμπτῆρος, προστιθεὶς τῇ
ἡμέρᾳ ἡμιώριον. καὶ οὐ μόνον οὕτως τὸν ἐνιαυτὸν διετύπωσεν,
ἀλλὰ καὶ νόμισμα πρῶτος ἐχάραξεν, ὡς ἐξ αὐτοῦ ἔτι καὶ νῦν
νουμὸν οἱονεὶ Νουμανὸν τὸν ὀβολὸν καλεῖσθαι. ἀλλὰ μὴν καὶ
τὴν βασιλέων οἰκίαν, ἣ καλεῖται παλάτιον, κατὰ τὸν ἱερατικὸν
διετάξατο θεσμόν.

17. Ἀδριανὸς ἐκ τῆς Αἰλίων ἐτύγχανε φαμιλίας οἱονεὶ

4 καὶ πρεσβυτάτου om P. 5 μαθημάτων om BP. 7 τὸν δώδεκα Nokkius: codices: τῶν δώδ. 8 καὶ ἐκ om BP. 11 τῶν om P. 14 ἐνιαυτοῦ Roetherus: codices ἐνιαυτῶν ἄγειν ὁ νουμᾶς P. 16 ὁ προστιθεὶς P. 17 ἐτύπωσεν P.

versum enim hoc deus numero usus est, illud describens, ut dicit Plato. accommodata enim haec forma universi speciei: est enim rotundum. etenim mira etiam est dodecadis natura, cum aliis de causis, tum quoniam constat ex simplicissima et antiquissima earum quae in essentiis comprehenduntur specierum, ut dicunt mathematici, triangulo rectangulo (huius enim latera, ex tribus constantia et quattuor et quinque, numerum duodenarium complent, tanquam circuli Zodiaci exemplum) atque ex duplicata hexade omnium fecundissima, quae est initium perfectionis, cum sit suis completa partibus (id est factoribus). describit autem Numa in duodecim menses annum, ut solis atque lunae cursus (non congruentes) inter se conciliaret. atque Romuli temporibus Martius mensis qui nunc dicitur, primus erat, sub Numa autem additi sunt Ianuarius et Februarius. initium autem anni ut esset Numa Romanis praecepit, quando sol Capricornum medium permeans diem auget, revertens ad nos a flexu meridionali, addens diei dimidiam horam. neque solum ita annum constituit, verum etiam numos primus signavit, ut ab eo hodieque numus (velut Numanus) obolus dicatur. verum enim vero etiam regum aedes, quod palatium dicitur, ad legem sacerdotalem instituit.

17. Adrianus ex Aeliorum fuit gente; unde visum est ei, ut Aeliorum

γενεᾶς· ὅθεν ἔδοξεν αὐτῷ τὸ Αἰλίων ὄνομα τοὺς ὑπηκόους προγράφειν. ὅθεν καὶ Αἰλία ἡ Ἱερουσαλήμ· καὶ γὰρ αὐτὸς αὐτὴν ἁλοῦσαν ἐπόλισεν.

p. 9 **18.** ἴδιον ἀεὶ γέγονε τῶν ἀρχιερέων τὴν κεφαλὴν σκέπειν ἢ διαδεσμεῖν ταινίᾳ, καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τῶν Λατίνων.

19. ὁ δὲ Νουμᾶς τὴν βασιλικὴν ἐσθῆτα εἰς τιμὴν ἡλίου καὶ Ἀφροδίτης ἐκ πορφύρας καὶ κόκκου κατασκευάζεσθαι διετύπωσεν (ὅθεν καὶ Βλάττα ὄνομα Ἀφροδίτης ἐστὶ κατὰ τοὺς Φοίνικας), καλέσας αὐτὴν τὴν στολὴν πατρίως τραβαίαν, ἣν λέγεται πρῶτος ὁ Ἀγαθοκλῆς ὁ Σικελιώτης εὑρεῖν. τραβαία δὲ εἴρηται ὡσανεὶ τρίβαφος· ἐκ τριῶν γὰρ ἀποτελεῖται χρωμάτων, πορφύρας κόκκου καὶ τῆς λεγομένης ἰσάτιδος βοτάνης, ἥτις ἐστὶν Ἄρεος. εἶτα προεστήσατο τὸν τῆς πόλεως φύλακα· ὕπαρχον δὲ αὐτὸν νῦν προσαγορεύομεν ἢ (ὥς τινες) πολίαρχον ἢ ἀστυδίκην, ὃν πάλαι πραίτωρα οὐρβανὸν ἔλεγον, ὃς καὶ πρωτεύειν τῆς Ῥωμαίων γερουσίας φαίνεται. καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ, ἐν οἷς σεληνίσκος τις ἐκτετύπωται εἰς τύπον τοῦ σίγμα στοιχείου, δι᾽ οὗ τὸν ἑκατὸν ἀριθμὸν οἱ Ῥωμαῖοι σημειοῦνται (ἔστι γὰρ παρ᾽ αὐτοῖς τὸ λεγόμενον κάππα μικρόν)· ὡς δῆλον εἶναι πρῶτον αὐτὴν ἑκατὸν εὐπατριδῶν· τοσούτους γὰρ ὁ Ῥωμύλος ἐξελέξατο.

p. 10 **20.** Διὸς σύμβολον ἀετός, Ἡλίου λέοντες, Ἄρεος λύκος, Ἑρμοῦ δράκοντες.

21. πριβιλέγια νόμοι τινὲς ἰδιωτικοὶ ἀλλ᾽ οὐ γενικοί.

2 καὶ Αἰλία] καὶ add P. 8 βλάπτου P. 17 σίγματος V.

nomen ii qui ipsius potestati subiecti essent suis nominibus praescriberent; unde et Aelia Hierosolyma nominatur: etenim ipse eam captam condidit.

18. Proprium semper fuit pontificum caput obtegere aut vitta redimire, atque hoc a Latinis repetitum esse apparet.

annum. — Bissextum dicitur, quoniam a 6 Kal. Martias quarto quoque anno bis computabant Romani, hac quoque in re numeri fecundi rationem habentes: Veneris enim hic est, praeses autem Romanorum Venus. —— corpore enim mutabili pro sua ponderis ratione terrae circumfuso, necesse erat, quod ad eam accessurum erat, id omnis particeps esse potestatis. propterea deus cum aptasset orbem lunarem omnis participem potestatis efficacium orbium, prope ab universo sensibus subiecto collocavit tanquam praesidem elementorum. unde etiam quattuor capitibus praeditam Hecaten mystica tradit doctrina, propter quattuor elementa; et ignem vomens equi caput ad ignis orbem referri apparet, tauri mugiens ingenti quodam mugitu ad aëris, viri acerbam et instabilem naturam ad aquae, canis autem ad castigandum et ad custodiendum propensam ad terram. unde etiam *Κέρβερον* eam (quasi *κρεωβόρον* i. e. carnivoram) poëtae appellant. ipsa igitur luna cum quattuor elementis praesit, merito veteres initium anni utrique simul dicarunt lumini.

5. Luna continuo cum quavis rerum generatarum coiit (i. e. fecundam eam reddidit), et omnia quae sunt ab ea gubernari perspicuum est, ut est in oraculis "Nymphae fontium cunctaque numina aquatilia, et sinus ter-

μηναῖοι πάσης ἐπιβήτορες ἠδ' ἐπιβῆται
ὕλης οὐρανίας τε καὶ ἀστερίας καὶ ἀβύσσων.]

6. αἱ τοῦ σπόρου ἑορταί, αἱ λεγόμεναι παρὰ Ῥωμαίοις σημαντίβαι, τουτέστι σπόριμοι, οὐκ ἔλαχον ὡρισμένην ἡμέραν, ὅτι οὐκ εὐπρεπὴς πᾶς καιρὸς εἰς ἀρχὴν σπόρου· ἢ γὰρ πρώϊμος διὰ τὰς ἐπομβρίας ἢ ὄψιμος διὰ τὰς βραδυτῆτας γίνεται. ἤγοντο δὲ ἐπὶ δύο ἡμέρας, οὐκ ἐφεξῆς, ἀλλὰ μέσον γινομένων ἑπτά. καὶ τῇ μὲν πρώτῃ ἱεροποιοῦν Δήμητρι, οἷον τῇ γῇ τῇ ὑποδεχομένῃ τοὺς καρπούς, εἶτα μετὰ ἑπτὰ ἡμέρας Κόρῃ τῇ τῶν καρπῶν ἐφόρῳ, ἐπεὶ πᾶν σπέρμα ἑβδομαῖον προκύπτει. καὶ οὐ σπέρμα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐμψύχων τὰ πτηνὰ τὸν ἑβδομαῖον ἐπὶ τριάδι κατὰ τὴν γένεσιν φυλάττει λόγον, λόγῳ μὲν ξηραινομένων χυμῶν, καὶ ὅσον οἱ φυσικοὶ σημειοῦνται· ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς τρίτης ἄρχεται
p. 33 ἡ καρδία κινεῖσθαι, ἐπὶ δὲ τῆς ἑβδόμης τὸ σύμπαν αἱματοῦσθαι, ἐπὶ δὲ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης διαρθροῦσθαι τὸ σῶμα, ἐπὶ δὲ τῆς εἰκάδος πρώτης ῥηγνυμένου τοῦ κελύφους ἀφιέναι φωνήν. μεγίστη γὰρ ἡ δύναμις τῆς ἑπτάδος· ὁ γὰρ κατ' αὐτὴν ἀριθμὸς ἀμιγής ἐστι καὶ ἀμήτωρ, μήτε γεννῶν μήτε γεννώμενος, ὡς ἕκαστος τῶν ἐν τῇ δεκάδι ἀριθμῶν. ὅθεν οἱ Πυθαγόρειοι Ἀθηνᾷ τὴν ἑπτάδα ἀνατίθενται· τῇ γὰρ περιόδῳ, φασί, τῆς ἑβδομάδος πάντα ἀθάνατα διασώζεται. καὶ διὰ τοῦτο καλοῦσιν αὐτὴν παρθέ-

2 οὐρανίης καὶ ἀστερίης καὶ ἀβύσσου Olympiodorus in Plat. Alcib. I.

4 σημαντίβαι V. 7 γινομένη V. 12 χηνῶν BV. 16 κελύφου P.

restres atque aërii quique sunt sub luce, lunares ἐπιβήτορες atque ἐπιβῆται, i. e. qui fecundatis omnem materiam et quae in caelo et quae in terra est, ac profunditates."

6. Sementis feriae, quae dicuntur a Romanis sementivae, non stato celebrabantur die, quandoquidem non quodvis tempus ad incipiendam sementem idoneum est: aut enim fit tempestiva propter imbres, aut sera propter cunctationes. agebantur autem biduum, non deinceps, sed septem intermissis diebus; et priori sacra faciebant Cereri tanquam Telluri, quae recipit fruges; deinde septem post diebus Proserpinae frugum praesidi, quandoquidem omne semen post septimum diem germinat. nec semen solum, sed etiam ex animantibus aves praeter triadem septimanam in generatione sequuntur rationem, cum ex ratione arescant liquores. et ut physici significant: tertia enim hebdomade cor moveri incipit, septima universum converti in sanguinem, quartadecima corpus in articulos formari, post primum autem viginti hebdomadum spatium, cum disrumpitur putamen, edere vocem. maxima enim heptadis vis est: eius enim numerus non mixtus est et matre caret, ut qui neque generat neque generatur, ut quisque numerorum in decade. unde Pythagorei Minervae heptadem dicant: heptadis enim, aiunt, circuitu omnia immortalia servantur. et hac de causa eam virginem potente patre natam dicunt, quoniam me-

νον ὀμβριμοπάτραν, διότι τῆς μονάδος τῆς πάντα περιεχούσης καὶ ὑποστησάσης μόνης ἐστὶ γέννημα· αἰτία γὰρ πάντων ἡ μονάς. λέγεται δὲ καὶ κρίσις διὰ τὸ τῷ ταύτης ἀριθμῷ πάντα λαμβάνειν τὴν ἐπὶ θάτερον ἔκβασιν. καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τῆς καθολικῆς τῶν ἀνθρώπων ἡλικίας· ἐπὶ γὰρ τοῦ ἑξηκοστοῦ τρίτου ἐνιαυτοῦ (ἑπτὰ δὲ ἐννεάδων ἐστὶ συνεκτικός) ἡ γένεσις [κρίνεται, τοῦ ψυχοκρατητικοῦ, ὅς ἐστιν ἕβδομος, καὶ τοῦ σωματοπλαστικοῦ, ὅς ἐστιν ἔννατος, συνιόντων ὁμοῦ.]

7. ὁ Νουμᾶς πανταχοῦ τὸν περιττὸν ἀλλ' οὐ τὸν ἄρτιον ἀριθμὸν τιμῶν, τριχῇ τὰς ἑορτὰς τοῦ μηνὸς διετύπωσε. τρίπους γὰρ οἰκεῖος Ἀπόλλωνος· καὶ γὰρ τῆς μονάδος ἐστὶν εἰκών. ταύτῃ καὶ τὰς τοῦ μηνὸς ἑορτὰς διέταξε. τριῶν γὰρ εἶναι λεγομένων p. 34
τῶν τῆς σελήνης δρόμων, ὀξέος μέσου καὶ ἀνειμένου, δι' οὓς καὶ τριοδῖτιν τὴν Ἑκάτην (οἱονεὶ τὴν σελήνην) οἱ ποιηταὶ καλοῦσι, τρισὶν ἑορταῖς τὸν μῆνα διέλαβε. τρίμορφος γὰρ ἡ σελήνη. καὶ ὅπως, ἐκ τοῦ χρησμοῦ γνωστέον. λέγει δὲ οὕτως·

ἤδ' ἐγώ εἰμι κόρη πολυφάσματος, οὐρανόφοιτος,
ταυρῶπις, τρικάρηνος, ἀπηνής, χρυσοβέλεμνος,
Φοίβη, ἀπειροτέχνη, φαεσίμβροτος, Εἰλείθυια,
τριστοίχου φύσεως συνθήματα τρισσὰ φέρουσα.

ὀξυτέραν γάρ, ὡς Ἀριστοτέλης φησί, ποιεῖται τὴν πορείαν τὴν πρὸς τῷ χειμερινῷ τροπικῷ, βραδυτέραν δὲ τὴν πρὸς τῷ θερινῷ,

1 διότι τὸ τῆς P. 9 ὁ Νουμᾶς — 10 διετύπωσε] ὅτι Νουμᾶς, εἰς τρία τὸν μῆνα διελών, τριχῇ τὰς ἐν αὐτῷ διετύπωσε ἑορτάς. V. 10 ἐτύπωσε P. 19 ἀπειροτεχνής apud Euseb. Praepar. evang. 4 23, ἀπειρολεχής Lobeckius.

nadis omnia amplectentis soliusque constituentis est progenies: causa enim omnium rerum monas est. dicitur autem discrimen propterea quod eius numero omnia habent ad alterutram partem exitum. et hoc ex universa hominum aetate apparet: ex anno enim sexagesimo tertio (septem autem enneades continet) generatio iudicatur, anno qui ad animum formandum vim habet, qui est septimus, et eo qui ad corpora effingenda, qui est nonus, simul convenientibus.

7. Numa ubique impari, non pari numero, plurimum tribuens, tripartito mensis ferias distribuit. tripus enim proprius Apollinis; etenim est monadis simulacrum. ita etiam mensis ferias instituit. tres enim cum esse dicantur lunae cursus, celer medius et remissus, quamobrem etiam Triviam Hecaten (tanquam lunam) poëtae vocant, ternis feriis mensem partitus est. triformis enim luna, et id quomodo sit, ex oraculo cognoscere licet. loquitur autem ita: "illa ego sum puella multiformis, caelum permeans, tauri vultum habens, triceps, saeva, aureas sagittas iaciens, Phoebe, artium imperita, lucem mortalibus afferens, Ilithyia, tripartitae naturae signa terna gestans." celeriorem enim, ut ait Aristoteles, conficit cursum circa solstitium hibernum, tardiorem circa aestivum, aequa-

ὁμαλὴν δὲ τὴν πρὸς τῷ ἰσημερινῷ. πρώτη τοίνυν τοῦ μηνὸς ἑορτή ἐστιν ἡ λεγομένη παρὰ μὲν Ῥωμαίοις καλάνδαι, παρὰ δὲ Ἕλλησι νουμηνία. καλάνδας δὲ αὐτὰς οἱ παλαιοὶ προσηγόρευσαν ἐξ Ἑλληνικῆς σημασίας, ἀπὸ τοῦ καλεῖν τὸν ἀρχιερέα τὴν βουλὴν ἐν τῇ λεγομένῃ Καλάβρᾳ βασιλικῇ, καὶ σημαίνειν εἴτε χρὴ κατὰ τὴν πεμπταίαν εἴτε κατὰ τὴν διχότομον τῆς σελήνης ἐπιτελέσαι τὴν τῶν νωνῶν ἑορτήν, ἐξ ἧς τὴν μεσομηνίαν ἐπετήρουν. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν μηνῶν τῶν ἔτι καὶ νῦν τὰς σεληνιακὰς σωζόντων ἑορτὰς πεμπταίας p. 35 τὰς νώνας ἐσήμαινε, καθ᾽ ἃς ἐπὶ τῆς τρισκαιδεκάτης καὶ μοιρῶν τινῶν οὐ τὴν τοῦ φωτὸς ἀλλὰ τὴν τοῦ σεληνιακοῦ σώματος εἰκός ἐστι συντρέχειν μεσότητα. ὁ γὰρ τῶν δεκατριῶν ἀριθμὸς συνέστηκεν ἐκ τῶν πρώτων δυοῖν τετραγώνων τοῦ τέσσαρα καὶ τοῦ ἐννέα, ἀρτίου τε καὶ περιττοῦ, πλευρὰς ἐχόντων τοῦ μὲν ἀρτίου τὸ ὑλικὸν εἶδος, δυάδα, τοῦ δὲ περιττοῦ τὴν δραστήριον ἰδέαν, τριάδα. οὗτος οὖν ὁ ἀριθμὸς ἡ μεγίστη καὶ τελειοτάτη τῶν ἑορτῶν γέγονε τοῖς ἀρχαίοις ἐπιτήρησις. ἡ γὰρ πεντεκαιδεκάτη παρὰ μοίρας ἓξ κυρίως ἐστὶν ἡ μεσομηνία· αὐτοῦ γὰρ τοῦ φωτός ἐστιν ἡ μεσότης. ὅθεν καὶ Διὸς αὐτὴν ἑορτὴν οἷον ἡλίου νενομίκασι, δι᾽ οὗ σύμφαμεν φωτίζεσθαι τὴν σελήνην. ἐπὶ δὲ τῶν ἡλιακῶν ἑβδομαίας τὰς νώνας ἐσήμαινον· ὁ γὰρ ἑπτὰ ἀριθμὸς ἡλίου ἐστίν, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται. δῆλον γὰρ τὴν μὲν ἐλαχίστην τῆς σελή-

9 ἐσήμαινε] ἐπετέλουν V. 10 τὴν post ἀλλὰ add Hasius. 15 ἑορτῶν] ἑορταστικῶν θυσιῶν V. 20 ἑπτὰ] ἕβδομος libri, ἑβδομαῖος Hasius.

bilem circa aequinoctium. primus igitur mensis festus dies est qui Kalendae dicitur a Romanis, a Graecis Νουμηνία (i. e. interlunium). Kalendas autem eas veteres vocaverunt ex Graeca significatione, inde quod pontifex maximus ἐκάλει (vocabat) senatum in Calabram quae dicebatur curiam, et significabat utrum oporteret quinto die an luna dimidiata agere Nonarum ferias, unde medium mensem constituebant. in iis enim mensibus qui etiam nunc lunares habent ferias, quintanas Nonas promulgabat, secundum quas die tertio decimo et quibusdam gradibus non luminis sed lunaris corporis medietatem convenire consentaneum est. trium enim decem numerus duobus prioribus constat quadratis, quattuor et novem (paris et imparis) numerorum habentibus latera, paris materialem speciem, dyadem, imparis autem efficacem ideam (s. notionem effingentem), triadem. huius igitur numeri maxima ac diligentissima in feriis a veteribus ratio habebatur. quintus enim decimus exceptis gradibus sex ut plurimum est medius mensis: ipsius enim luminis est medietas. quare etiam Iovis has ferias (tanquam solis) instituerunt, a quo collustrari lunam constat. in solaribus autem septimanas Nonas indicabant: septimus enim numerus solis est, ut ante dixi. minimum enim lunae circuitum vi-

νης ἀποκατάστασιν εἴκοσι καὶ ἑπτὰ ἡμερῶν εἶναι καὶ ὡρῶν τινῶν, τοῦ δὲ φωτὸς ἐγγὺς τριάκοντα. πρώτη τοίνυν ἡ νεομηνία, ἐξ ἧς ἔθος Ῥωμαίοις προκαλεῖν τὴν δευτέραν ἑορτήν, τουτέστι τὰς νώνας. εἰσὶ δὲ μέσαι ἀπὸ τῆς νεομηνίας ἄχρι τῶν νωνῶν ἢ τέσσαρες ἢ ἕξ, ὡς γίγνεσθαι τὰς πάσας σὺν καὶ αὐτῇ τῇ νεομηνίᾳ ἢ πέντε ἢ ἑπτά. εἴ τις οὖν ἀπὸ τῆς πεμπταίας καὶ αὐτῆς ἐννέα προσεπιλογίσεται ἡμέρας (αὕτη δὲ ἡ προσθήκη παρὰ Ῥωμαίοις νῶναι καλεῖται), ἀντὶ τοῦ ἐννέα (τοσαῦται γάρ εἰσιν) εὑρήσει τὴν [ἐκ μικρᾶς σεληνιακῆς ἀποκατάστασιν μέσην, τουτέστι τὴν τρισκαιδεκάτην. οὕτως p. 36 *καὶ ἐπὶ τῆς ἑβδομαίας, μετ᾽ αὐτῆς ἀριθμῶν τὰς ἐννέα, εὑρήσει τὴν τοῦ φωτὸς μεσομηνίαν, τουτέστι τὴν πεντεκαιδεκάτην.] ἀποφράδας δὲ πάντως τὰς νώνας εἶχον, νῦν μὲν ὡς ἀπὸ τῆς πεμπταίας νῦν δὲ ὡς ἀπὸ διχοτόμου, μηδὲ ὀνομάσθαι ἢ ταύτην ἢ ἐκείνην τὴν φάσιν ὑπομένοντες, ἀλλὰ τὴν μετὰ ἐννέα ἡμέρας ἐπιφοιτῶσαν μεσομηνίαν, τουτέστι τὰς εἰδούς, ἢ καὶ ἄλλως τιμῶντες διὰ τὴν τῶν φώτων ἐπιτήρησιν. ὅτι δὲ ἐξ Ἑλληνικῆς σημασίας τίκτεται τὸ τῶν καλανδῶν ὄνομα, ἐξ αὐτῆς ἔστι λαβεῖν τῆς γραφῆς· ἔτι γὰρ καὶ νῦν τῷ Ἑλληνικῷ κάππα τὰς καλάνδας γράφουσιν οἱ Ῥωμαῖοι. ἰστέον δὲ ὅτι αἱ καλάνδαι Ἥρας ἑορτὴ ἐτύγχανον, τουτέστι σελήνης· οἱ γὰρ φυσικοί, ὡς ἔφθημεν εἰπόντες, Δία μὲν τὸν ἥλιον Ἥραν δὲ τὴν σελήνην ἐνόμιζον εἶναι, καὶ τὴν μὲν νεομηνίαν ταύτῃ τὰς δὲ εἰδοὺς (τουτέστι τὴν μεσομηνίαν)*

1 ἀποκατάστασιν] περίοδον BP. 2 τρία ἔτη BP. 8 προσκαλεῖν P. 6 προεπιλογίσεται P. 7 καλοῦνται P. 11 ἀποφράσας — εἶχεν P.

ginti septem dierum et horarum nonnullarum esse constat, lucis autem prope triginta. primae igitur feriae interlunium (Kalendae), a quibus solebant Romani ante dicere secundas ferias, id est Nonas. sunt autem medii inter Kalendas et Nonas vel quattuor vel sex dies; ut efficiantur universi cum ipsis Kalendis vel quinque vel septem. si quis igitur inde ab ipso quinto die novem adnumerabit dies (haec autem accessio a Romanis Nonae appellatur), pro novem (tot enim sunt) reperiet parvi mensis lunaris compensationem mediam, id est tertium decimum; ita in septimo quoque die novem ei addens reperiet medium mensem luminis ratione habita, id est quintum decimum. nefastas autem omnino Nonas habebant, modo ob quintum diem modo ob lunam dimidiatam, ne appellari quidem eas vel hac vel illa locutione patientes, sed novem post diebus venientem medium mensem, id est Idus; sive etiam aliam ob causam honorem iis tribuentes, sequentes luminum rationem. ex Graeca autem voce nasci Kalendarum nomen ex ipsa scribendi ratione percipere licet! etenim nunc quoque Graeco Kappa Kalendas scribunt Romani. sciendum autem Kalendas Iunonis ferias fuisse, id est lunae. physici enim, ut ante diximus, Iovem esse censebant solem, Iunonem autem lunam; et interlunium huic, Idus autem, id est medium mensem, Iovi tanquam soli dicabant, ple-

Διὶ ἤγουν ἡλίῳ ἀνέφερον, πληνιλούνιον τὰς εἰδοὺς καλοῦντες οἱονεὶ πληροσέληνον. τὸ δὲ τῶν εἰδῶν ὄνομα παρὰ μὲν τοῖς πολιτικοῖς ἐκ τοῦ εἴδους τῆς σελήνης, παρὰ δὲ τοῖς ἱερεῦσιν ἀπὸ θυσίας τρόπου εὑρίσκομεν εἰσενηνεγμένον. [πεμπταίας δὲ ἢ ἑβδομαίας τὰς νώνας μετὰ τὰς καλάνδας ἐκήρυττον, ὅτι ἑκάτερος τῶν ἀριθμῶν οἰκειότατος τοῖς φωσίν. ἀπὸ δὲ τῶν νωνῶν καὶ αὐτῶν ἕως τῶν εἰδῶν καὶ αὐτῶν μόνας ἐννέα μέσας παρετηρήσαντο, ὅτι οἰκειότατος καὶ προσφυὴς ὁ ἐννέα ἀριθμὸς τῇ σελήνῃ· οὗτος
p. 37 γὰρ ἑαυτὸν γεννᾷ κατὰ Ξενοκράτην· ἀόριστος γὰρ ἡ ἄχρις ἐννεάδος πρόβασις καὶ πλήθει σύνοικος. τὴν μὲν οὖν νουμηνίαν ἔλεγον καλάνδας, τὴν δὲ δευτέραν τοῦ μηνὸς πρὸ τεσσάρων ἢ πρὸ ἕξ, ὡς εἴρηται, νωνῶν, τὴν δὲ τετάρτην πρὸ μιᾶς νωνῶν διὰ τὸ ἀποφράζεσθαι τὴν δυάδα, τὴν πέμπτην νώνας, τὴν ἕκτην πρὸ ὀκτὼ εἰδῶν, τὴν ἑβδόμην πρὸ ἑπτὰ εἰδῶν, τὴν ὀγδόην πρὸ ἓξ εἰδῶν, τὴν ἐννάτην πρὸ πέντε εἰδῶν, τὴν δεκάτην πρὸ τεσσάρων εἰδῶν, τὴν ιά πρὸ τριῶν εἰδῶν, τὴν ιβ' πρὸ μιᾶς εἰδῶν, τὴν ιγ' εἰδούς, τὴν ιδ', εἰ μὲν πεμπταῖαι ἦσαν αἱ νῶναι καὶ ὁ μὴν ἡμερῶν λ', πρὸ ιή καλανδῶν τοῦ ἐπιόντος μηνός, εἰ δὲ πεμπταῖαι μὲν αἱ νῶναι καὶ ὁ μὴν ἡμερῶν λά, πρὸ ιθ' καλανδῶν ὁμοίως· εἰ δὲ αἱ νῶναι μὲν ἑβδομαῖαι καὶ ὁ μὴν λά ἡμερῶν, τὴν ιέ πρὸ ιζ' καλανδῶν ὁμοίως. ἐπὶ δὲ τοῦ Φεβρουαρίου μόνου τὴν ιδ' πρὸ ις' καλανδῶν Μαρτίων, καὶ καθεξῆς καθ' ὑπόβασιν τοῦ ἀριθμοῦ τῶν καλανδῶν. ἡνίκα δὲ ἂν βίσεξτον ᾖ, τὴν κέ καὶ τὴν κς' τῇ πρὸ

2 τὸ δὲ — 4 εἰσενηνεγμένον] τὴν δὲ μεσομηνίαν εἴδους ἐκάλουν ἀπὸ τοῦ εἴδους τῆς σελήνης, ἢ ἀπὸ θυσίας τινός, ἥτις εἴδουλις ὠνομάζετο. V.

nilunium Idus vocantes. Iduum autem nomen apud politicos ex specie lunae, apud sacerdotes autem a sacrificii genere reperimus in linguam inductum. quintanas autem vel septimanas Nonas post Kalendas promulgabant, quoniam uterque numerus aptissimus est luminibus. ab ipsis autem Nonis usque ad ipsas Idus novem solos medios dies interponebant ideo, quod aptissimus et natura coniunctus numerus novenarius lunae: hic enim se ipse gignit, ut videtur Xenocrati; infinita enim est usque ad enneadem progressio et multitudini coniuncta. interlunium igitur dicebant Kalendas, secundum autem mensis diem a. 4 vel a. 6, ut dictum est, Nonas; quartum pridie Nonas, propterea quod nefasta habebatur dyas; quintum Nonas, sextum a. 8 Idus, septimum a. 7 Idus, octavum a. 6 Idus, nonum a. 5 Idus, decimum a. 4 Idus, undecimum a. 3 Idus, duodecimum pridie Idus, tertium decimum Idus; quartum decimum, si quintanae erant Nonae, et mensis dierum triginta, a. 18 Kalendas mensis sequentis, si quintanae Nonae et mensis dierum triginta unius, a. 19 Kalendas similiter; si autem Nonae septimanae et mensis triginta dierum, diem 15 a. 17 Kalendas similiter. in solo autem Februario diem 14 a. 16 Kalendas Martias, et deinceps, diminuentes dierum ante Kalendas numerum. quando autem

ἓξ καλανδῶν Μαρτίων ἔλεγον, ὃ καὶ εἴρηται. ἔχουσι δὲ ἑβδομαίας μὲν τὰς νώνας Μάρτιος Μάϊος Ἰούλιος Ὀκτώβριος, πεμπταίας δὲ οἱ λοιποὶ πάντες.] ἤρεσε δὲ ὅμως τῷ Καίσαρι καὶ μετὰ τὴν ἡλιακὴν τῶν μηνῶν διατύπωσιν τὰς σεληνιακὰς ἑορτὰς τοῖς μησὶ καταλεῖψαι. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς δοκούσης ἀνωμαλίας τῶν πεμπταίας καὶ ἑβδομαίας τὰς νώνας ἐχόντων μηνῶν.

8. χαλεπὸν δὲ οὐδὲν ἐκ τῶν τοῖς ἀρχαίοις εἰρημένων διὰ p. 36 βραχέων εἰπεῖν ὅ τι ποτὲ ἄρα ἐστὶ νουμηνία, καὶ τίνος χάριν παρὰ πᾶσι φαίνεται ἡ τῆς νουμηνίας δύναμις τιμωμένη, ἢ τἀληθὲς εἰπεῖν, τῇ φύσει τῶν πραγμάτων θεωρουμένη. καὶ τούτου μάρτυς Ἀντίγονος, φάσκων τοὺς μύρμηκας ἐν ταῖς νουμηνίαις ἀναπαύεσθαι· ἀδύνατον οὖν ἰδεῖν μύρμηκα ἐν ταῖς νουμηνίαις ἐργαζόμενον. [ὅτι τοὺς μύρμηκάς φασιν ἐν ταῖς τῆς σελήνης νουμηνίαις μὴ ἐργάζεσθαι ἀλλ' ἡσυχάζειν. καὶ τὴν ἶβιν δὲ καὶ τὸν κέρκωπα Αἰγυπτίοις ἔνθεν ἐδόκει τιμᾶν· ἀμφότερα γὰρ τὰ ζῷα σελήνῃ συμπαθῆ εἶναι προσείκασται. ἡ μὲν ἶβις αὐτῷ τε τῷ σχήματι ἐμφερής, ἄκρα μὲν ὁμιχλαίνουσα, λευκαίνουσα δὲ τὰ μέσα καθάπερ ἡ αἰθερία μήνη· ὅτε γὰρ οὐρανὸς ἀσέληνος, οὐδ' ἴβιδες ὁρῶσι, μύουσι δὲ τοῖς ὀφθαλμοῖς τουτονὶ τὸν χρόνον καὶ ἄσιτοι ἐγκαρτεροῦσι τὸ συγγενὲς στοιχεῖον ἀναμένουσαι. ὁ δὲ κέρκωψ δηλοτέρας ἔχει τὰς ἐνεργείας· ὅτε γὰρ αὔξει σελήνη, ὁ τῶν ὀφθαλμῶν κύκλος τούτῳ εὐρύνεται, ὅτε δὲ μειοῦται, συστέλλεται.]

1 ἔλεγον Hasius: apud S ἔλεται. 9 ἢ] εἰῆ V, εἰ S. 11 Antigonus Caryst. p. 189 Beckm. 15 cf. 4 52 extr.

bissextum erat, diem 25 et 26 a. 6 Kalendas Martias dicebant, id quod etiam dictum est. habent autem septimanas Nonas Martius, Maius, Iulius, October; quintanas reliqui omnes. verumtamen Caesari etiam post solarem mensium ordinationem lunares ferias mensibus relinquere placuit. haec quidem de anomalia, quae esse videtur, mensium quintanas et septimanas Nonas habentium.

8. Nihil autem impedit quo minus ex iis quae a veteribus tradita sunt, paucis referamus quid fere sit interlunium, et cuius rei gratia apud omnes, ut apparet, interlunii vis honore afficiatur (si verum dicamus), ubi ex natura rerum spectatur. atque huius rei auctor est Antigonus, qui formicas dicit interluniis requiescere; quare formica interluniis operans cerni nulla potest. — Formicas dicunt interluniis non operari, sed quiescere. et ibim ac cercopem iccirco Aegyptiis visum est venerari: utrumque enim animal lunae consentire verisimile est: ibis quidem ipsa specie ei similis, utpote quae extremis partibus nigra est, mediis autem alba, ut aetherea luna. quando enim luna in caelo non apparet, neque ibides cernunt, sed connivent oculos illo tempore, et sine victu permanent, cognatum elementum exspectantes. in cercope autem eius rei vis magis apparet: quando enim crescit luna, oculorum ei orbis dila-

p. 39 Δέρκυλλος δέ φησιν ὅτι γεννᾶται ἐν τῷ Ὑδάσπῃ ποταμῷ λίθος λυχνὶς καλούμενος· οὗτος σελήνης αὐξομένης ἦχον μελῳδίας ἀποδίδωσι. καὶ ἐν Ἀράρει δὲ τῷ ποταμῷ τῆς Κελτικῆς τίκτεται ἰχθὺς (κλοπίαν αὐτὸν οἱ ἐπιχώριοι καλοῦσιν) ὃς αὐξομένης τῆς σελήνης λευκὸς γίνεται, μειουμένης μελαίνεται. Ἀναξιμένης τοίνυν κύκλον τὴν σελήνην εἶναι βούλεται ἐννεακαιδεκαπλασίονα τῆς γῆς, πλήρη πυρὸς ὡς ἐπὶ τοῦ ἡλίου, Ξενοφάνης δὲ νέφος εἶναι πεπυρωμένον, οἱ Στωϊκοὶ μικτὴν πυρὸς καὶ ἀέρος, Πλάτων ἐκ πλείονος τοῦ πυρώδους, Ἀναξαγόρας καὶ Δημόκριτος στερέωμα διάπυρον, ἔχον ἐν ἑαυτῷ πεδία καὶ ὄρη καὶ φάραγγας, Ἡράκλειτος γῆν ὁμίχλῃ περιειλημένην, Πυθαγόρας γε μὴν πυροειδὲς σῶμα. περὶ δὲ τοῦ κατ' αὐτὴν φωτὸς ἐροῦμεν ὡς Ἀναξίμανδρος μὲν ἴδιον αὐτὴν φῶς ἔχειν βούλεται, ἀραιότερον δέ πως, ὁ δὲ Ἀντιφῶν ἰδίῳ μὲν φέγγει λάμπειν τὴν σελήνην, τὸ δὲ ἀποκρυπτόμενον περὶ αὐτὴν ὑπὸ τῆς προσβολῆς τοῦ ἡλίου ἀμαυροῦσθαι, πεφυκότος τοῦ ἰσχυροτέρου φωτὸς τὸ ἀσθενέστερον ἀμαυροῦν, ὃ δὴ συμβαίνει καὶ περὶ τὰ ἄλλα ἄστρα. Θαλῆς δὲ καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ ὑπὸ τοῦ ἡλίου φωτίζεσθαι τὴν σελήνην ἐνέκριναν. ὅ γε μὴν Ἡράκλειτος τὸ αὐτὸ πεπονθέναι τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην φησί· σκαφοειδεῖς γὰρ ὄντας τοῖς σχήμασιν ἐκ τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως φωτίζεσθαι πρὸς τὴν φαντασίαν, λαμπρότερον δὲ τὸν ἥλιον διὰ τὸ ἐν καθαρῷ ἀέρι φαίνεσθαι. ἀφεστάναι δὲ λόγος ἀπὸ τῆς γῆς κατὰ τὸν

2 λύχνης V. 7 πεπιλημένον Plutarch. plac. philos. 2 25 p. 587 Wytt. 10 Ἡρακλείδης Corsinius et Schleiermacherus. 11 περιειλημμένην Plutarchus. 18 ἔκριναν? 19 πεπονθέναι τὸν] περὶ τὸν θεϊκὸν V. correctum e Plutarcho.

tatur, quando autem senescit, contrahitur. Dercyllus autem in Hydaspi fluvio ait lapidem nasci qui lychnis dicatur: hic luna crescente sonum modulatum edit. et in Arare, Celticae regionis fluvio, nascitur piscis (clopiam eum incolae vocant), qui crescente luna albescit, senescente nigrescit. Anaximenes igitur orbem lunam esse vult novendecuplum proportione terrae, plenum ignis, ut solis; Xenophanes nubem igneam, Stoici mixtam ex igne et aëre; Plato maiorem eius partem esse igneam; Anaxagoras et Democritus corpus solidum ignitum, quod in se habeat planities et montes atque convalles; Heraclitus terram caliginosa nube contentam, Pythagoras vero corpus igneum. de luce autem eius dicendum nobis, Anaximandro eam videri suam propriam habere lucem, sed rariorem quodammodo; Antiphonti autem suo quidem fulgore nitere lunam, eam autem illius partem quae occultatur appulsu solis obscurari, quandoquidem ita natura comparatum est ut ignis validior imbecilliorem obscuret, quod quidem aliis quoque in sideribus contingit. Thales autem et qui eius sequuntur decreta, a sole illustrari lunam iudicabant. Heraclitus vero eodem modo affici lunam ac solem dicit: scaphae enim figuram cum habeant, ex humido vapore eos collustrari, ut appareat; clariorem autem solem esse propterea quod in puro aëre appareat. distare autem dicitur a

Ἐρατοσθένην τὴν μὲν σελήνην σταδίων μυριάδας ἑβδομήκοντα p. 40
ὀκτώ, τὸν δὲ ἥλιον τετρακοσίας καὶ ὀκτάκις μύρια· ἡ σελήνη γάρ, τὴν ἑβδόμην κατέχουσα ζώνην, προσγειοτέρα τῶν ἄλλων ἐστὶν ἀστέρων, ὅθεν οὐδὲ πλῆμμα ἄκρατον αἰθέρος αὐτὴν εἶναί φασι, κρᾶμα δὲ αἰθερώδους καὶ ἀερώδους οὐσίας· τὸ γὰρ φαινόμενον αὐτῆς μέλαν, ὃ καλοῦσι πρόσωπόν τινες, οὐδὲν ἄλλο εἶναι ἢ τὸν ἀναμεμιγμένον ἀέρα, ὃς φύσει μέλας ὢν ἄχρις αὐτῆς τείνεται. ἐκεῖνο δὲ μὴ παριδεῖν ἄξιον· ἡ νεομηνία κεφαλὴ μηνὸς πρὸς τῶν ἀρχαίων προσαγορεύεται. δέκα δὲ εἰσηγοῦνται σελήνης σχήματα, ἀφ' ὧν ὁ τριακονθήμερος ἀναπληροῦται κύκλος· τὰ δέ ἐστι σύνοδος, ἀνατολή, μηνοειδής, διχότομος, ἀμφίκυρτος, πλήρης, αὖθις διχότομος, αὖθις ἀμφίκυρτος, αὖθις μηνοειδής, αὖθις . . . ἕτεροι δὲ ἕνδεκα σχήματα εἶναι βούλονται· μετὰ γὰρ τὴν σύνοδον ἀριθμοῦσι καὶ τὴν γένναν, ὅταν μίαν μοῖραν ἀποστῇ ἡ σελήνη τοῦ ἡλίου.

9. τὰς τοίνυν Καλάνδας, ὡς ἐλέγομεν, οἷα νουμηνίαν ἐτίμησαν Ῥωμαῖοι, μετὰ δὲ ταύτας καθεξῆς τὰς νώνας, καὶ κατὰ τρίτην τάξιν τὰς εἰδούς. τρίμορφος μὲν γὰρ ἡ τῆς Ἑκάτης ἤτοι τῆς σελήνης δύναμις· ὃ γὰρ Ἀπόλλων ἐν ἡλίῳ, τοῦτο Ἑκάτη ἐν p. 41
σελήνῃ.

10. [ὅτι ὁ τριάκοντα ἀριθμὸς φυσικώτατός ἐστιν· ὃ γὰρ ἐν μονάσι τριάς, τοῦτο ἐν δεκάσι τριακοντάς, ἐπεὶ καὶ ὁ τοῦ μη-

2 μύρια Plutarchus: libri μυρίας

terra, ut Eratostheni videtur, luna stadiorum septingentis octoginta milibus, sol autem quater decies centenis octoginta milibus stadiorum. luna enim, quae septimam tenet zonam (i. e. septimum circulum), propior a terra est quam reliqua sidera; quamobrem nec merum aetheris globum eam esse dicunt, sed mixtam ex aetherea et aërea substantia: eam enim illius partem quae nigra appareat, quam faciem nonnulli dicunt, nihil aliud esse quam commixtum aërem, qui cum natura niger sit, usque ad eam pertinet. illud autem dignum est quod non praetermittatur. interlunium caput (initium) mensis a veteribus appellatur. decem autem memorantur lunae apparitiones, quibus triginta dierum orbis impletur: sunt autem hae, coitus, ortus, lunata, dimidiata, gibbosa, plena, rursus dimidiata, rursus gibbosa, rursus lunata, rursus .... alii autem undecim apparitiones esse volunt: post coitum enim nativitatem quoque numerant, quando uno gradu distat luna a sole.

9. Kalendas igitur, uti diximus, tanquam interlunium honore afficiebant Romani, post has deinceps Nonas, et tertio loco Idus. triplex enim Hecatae (id est lunae) vis: quod enim Apollo in sole, idem Hecate in Luna.

10. Tricenarius numerus naturae optime convenit: quod enim in monadibus trias, idem in decadibus triacontas, cum etiam mensis orbis

νὸς κύκλος συνέστηκεν ἐκ τεσσάρων τῶν ἀπὸ μονάδος ἑξῆς τετραγώνων, α', δ', θ', ις', ὅθεν οὐκ ἀπὸ σκοποῦ Ἡράκλειτος γενεὰν τὸν μῆνα καλεῖ.]

11. *μετὰ δὲ τὰς Καλάνδας εὑρίσκομεν πολλαχῶς τὸν χρόνον διαιρεῖσθαι εἰς αἰῶνα, εἰς χρόνον, εἰς καιρόν, εἰς ἐνιαυτόν. αἰὼν τοίνυν ἐστὶν ἄπειρός τις τῶν οὐρανίων σωμάτων περιπόλησις ἢ αὐτοῦ τοῦ παντὸς οὐρανοῦ παντελὴς ἀνακύκλησις, χρόνος δὲ ἡ ἐξ αἰῶνος ἀόριστος ἔκτασις, ταύτῃ καὶ Κρόνος παῖς Οὐρανοῦ λέγεται· ὁ γὰρ χρόνος ἐκ τῶν τοῦ οὐρανοῦ κινήσεων πρόεισιν. ὥστε καιρός ἐστι χρόνου παράδειγμα, καὶ οὐκ αὐτὸς ὁ χρόνος.*

12. *[ὅτι Ἕλληνες μὲν ἀπὸ τῆς κέ Δεκεμβρίου τὴν ἀρχὴν ἐποιοῦντο τοῦ ἔτους ἤτοι τὴν τροπήν, Ῥωμαῖοι δὲ μετὰ ὀκτὼ ἡμέρας, κατὰ τὴν πρώτην Ἰανουαρίου, οἱ μὲν Ἕλληνες τὴν τροπὴν αὐτὴν τηροῦντες, οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τὴν τοῦ γνώμονος σκιάν, πότε συστέλλεσθαι ἄρξεται· μέχρι γὰρ τῶν ὀκτὼ ἀνεπαίσθητός ἐστιν ἡ τῆς σκιᾶς μείωσις.]*

13. *[ὅτι διὰ τὴν γένεσιν διττὴ γέγονεν ἡ τῶν οὐρανίων κίνησις· εἰ γὰρ ἁπλῆ ἦν, οὐδὲν ἂν ἀπ' αὐτῆς παρήχθη, ὡς καὶ* p. 42 *Ἀριστοτέλης ἐν τῷ δευτέρῳ Περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς· "μιᾶς μὲν οὔσης τῆς φορᾶς οὐκ ἐνδέχεται γίγνεσθαι τὰ ἄμφω" γένεσιν καὶ φθορὰν "διὰ τὸ ἐναντία εἶναι· τὸ γὰρ αὐτὸ καὶ ὡσαύτως ἔχον ἀεὶ τὸ αὐτὸ πέφυκε ποιεῖν, ὥστε ἤτοι γένεσίς ἐστιν ἀεὶ ἢ φθορά.*

8 ἔκτασις P. vulgo ἔκστασις. 20 φθορᾶς V; correctum ex Aristotele p. 336 a 26.

constet ex quattuor a monade deinceps quadratis, 1, 4, 8, 16; unde non abs re Heraclitus generationem mensem dicit.

11. Post Kalendas autem reperimus multis modis tempus dividi in aevum (aeternitatem), in tempus, in tempestatem, in annum. aevum igitur est infinita quaedam corporum caelestium circuitus, sive ipsius universi caeli perfecta circulatio, tempus autem infinitus ex aevo progressus. Itaque etiam Saturnus Caeli filius vocatur: tempus enim ex caeli motibus prodit; ut tempestas temporis species sit, neque ipsum tempus.

12. Graeci a die 25 Decembris initium anni faciebant, solis videlicet conversionem (considerantes), Romani autem octo post diebus, primo Ianuarii die; Graeci conversionem solis ipsam sequentes, Romani autem gnomonis umbram, quando contrahi inciperet: ad diem enim usque octavum umbrae imminutio non sentitur.

13. Propter generationem duplex rerum caelestium motus factus est. si enim simplex esset, nihil eo procreatum esset, ut etiam Aristoteles libro secundo De generatione et corruptione: "unus si sit motus, ambo (generatio et corruptio) esse non possunt, propterea quod contraria sunt: idem enim quod est, et eodem modo se habet, id semper idem facere natura cogitur; ut aut generatio semper sit aut corruptio. oportet autem

δεῖ δὲ πλείους εἶναι τὰς κινήσεις καὶ ἐναντίας, ἢ τῇ φορᾷ ἢ τῇ ἀνωμαλίᾳ· τῶν γὰρ ἐναντίων αἴτια τὰ ἐναντία. διὸ οὐχ ἡ πρώτη φορὰ αἰτία ἐστὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς, ἀλλ' ἡ κατὰ τὸν λοξὸν κύκλον· ἐν ταύτῃ γὰρ καὶ τὸ συνεχὲς ἔνεστι καὶ τὸ κινεῖσθαι δύο κινήσεις."]

14. ὅτι δὲ τὸν ἐνιαυτὸν ὡς θεὸν ἐτίμησαν, δῆλον ἐξ αὐτῆς τῆς Λυδῶν βασιλίδος πόλεως· Σάρδιν γὰρ αὐτὴν καὶ Ξυάριν ὁ Ξάνθος καλεῖ, τὸ δὲ Σάρδιν ὄνομα εἴ τις κατὰ ἀριθμὸν ἀπολογίσεται, πέντε καὶ ἑξήκοντα καὶ τριακοσίας εὑρήσει συνάγων μονάδας, ὡς κἀντεῦθεν εἶναι δῆλον πρὸς τιμὴν ἡλίου τοῦ τοσαύταις ἡμέραις τὸν ἐνιαυτὸν συνάγοντος Σάρδιν ὀνομασθῆναι τὴν πόλιν. νέον δὲ Σάρδιν τὸ νέον ἔτος ἔτι καὶ νῦν λέγεσθαι τῷ πλήθει συνομολογεῖται· εἰσὶ δὲ οἵ φασι τῇ Λυδῶν ἀρχαίᾳ φωνῇ τὸν ἐνιαυτὸν καλεῖσθαι σάρδιν.

15. [ὅτι τρεῖς ἀρχὰς ἦγον Ῥωμαῖοι τοῦ ἐνιαυτοῦ, μίαν μὲν ἱερατικήν, κατὰ τὸν Ἰανουάριον, αὐξανούσης ἤδη τῆς ἡμέρας, δευτέραν δὲ κατὰ τὴν τοῦ Μαρτίου πρώτην, ἣν πάτριον εἶχον, μ. 43
καθ' ἣν καὶ τὰ ὅπλα ἔθος αὐτοῖς κινεῖν· τὴν δὲ πολιτικὴν ἢ μᾶλλον κυκλικὴν κατὰ τὴν πρώτην τοῦ Σεπτεμβρίου, ἣν ἡμεῖς μὲν ἐπινέμησιν αὐτοὶ δὲ ἰνδικτιῶνα καλοῦσιν. τῆς γὰρ ἀρχαιότητος τὸν κύκλον ἐχούσης εἰς τὸ λεγόμενον παρ' αὐτοῖς λοῦστρον τουτέστιν εἰς τὴν πενταετηρίδα (καθαρμὸς δὲ ἦν, καὶ μυστήρια Μητρὸς κατ' αὐτὴν ἐτελεῖτο), ἔδοξεν ὕστερον πρὸς τιμὴν Ἄρεος

1 φθορᾷ libri. 19 κατὰ add Roetherus.

plures esse motus eosque contrarios vel impetu vel anomalia: causa enim contrariorum contraria sunt. itaque non primus impetus generationis et corruptionis causa est, sed is qui obliquo fit circulo: in hoc enim et continuum unum est, et quod movetur duplici motus genere."

14. Annum autem tanquam deum ab iis cultum fuisse, ex ipsa Lydorum urbe regia apparet. Sardin enim eam et Xyarin Xanthus vocat: Sardis autem nomen si quis ad numerum computabit, quinque et sexaginta et trecentas colligens reperiet monades; ut inde quoque appareat in honorem solis, tot diebus annum consummantis, Sardin urbem esse nominatam. *νέον Σάρδιν* autem novum annum etiam nunc a vulgo dici constat. sunt autem qui dicant antiqua Lydorum lingua annum vocari *σάρδιν*.

15. Tria anni initia agebant Romani, unum sacerdotale, mense Ianuario, crescente iam die, secundum primo Martii die, quem patrium habebant, quo die etiam arma movere iis mos erat; civile, sive potius cyclicum, primo Semptembris die, quam nos *ἐπινέμησιν* dicimus, ipsi autem indictionem vocant. antiquitas enim cum cyclum (i. e. orbem) haberet lustri, quod iis dicebatur, id est quinquennii (lustratio autem erat, et mysteria Matris tunc fiebant), visum est postea in honorem Martis (patrius

(πάτριος δὲ Ῥωμαίοις, ὥς φασι, θεός) παρὰ πεντεκαιδέκατον ἐνιαυτὸν ἀνανεοῦσθαι τὸν κύκλον· ἡ γὰρ τελεία ἀποκατάστασις Ἄρεος διχῶς παραφυλάττεται, μικρὰ μὲν πεντεκαίδεκα, μεγάλη δὲ ἑβδομήκοντα ἐννέα. ὅτι δὲ πάτριον ἀρχὴν ἐνιαυτοῦ τὸν Μάρτιον οἱ Ῥωμαῖοι παρέλαβον, δῆλον καὶ ἀπὸ τοῦ τὰς λεγομένας παρ' αὐτοῖς ματρώνας, τουτέστι τὰς εὐγενίδας, τοὺς οἰκέτας ἑστιᾶν, καθάπερ ἐν τοῖς Κρονίοις τουτὶ πράττειν ἔθος ἦν τοὺς κεκτημένους· ὧν αἱ μὲν δι' Ἄρεος τιμὴν δουλεύουσι τοῖς ἄρρεσι τῶν οἰκετῶν, διὰ τὴν κρείττονα φύσιν, οἱ δὲ (ἀποτρόπαιον ὥσπερ θεραπείαν εἰσάγοντες τῷ Κρόνῳ) τοῖς ἑαυτῶν δούλοις ἐδούλευον, ὅπως μὴ ταῖς ἀληθείαις νεμεσητόν τι παθόντες εἰς δουλείαν πολεμίων καταπέσωσιν.]

16. ἐπινέμησιν δὲ αὐτὴν Ἕλληνες ἐκ τοῦ πράγματος ὠνόμασαν· ἐπεὶ γὰρ Ζυγῷ γενόμενος ὁ ἥλιος δείκνυσι τὴν τῶν καρπῶν ποιότητα, κατ' αὐτὴν δὲ φιλανθρώπως οἱ πάλαι τοὺς φόρους τοῖς ὑπηκόοις ἐπένεμον, ὡς μὴ παρὰ τὴν τούτων ἐπίδοσιν ἀσεβῶς δοκοῖεν
p. 44 βαρύνεσθαι, τυχὸν οὐ φορολογούμενοι, εἰκότως αὐτὴν ἐπινέμησιν, οἱονεὶ διανομήν τινα τῶν δασμῶν, ἐκάλεσαν. οὐ γὰρ ἦν οὕτως ἀδυσώπητος ἡ τῶν φόρων εἴσπραξις, οὐδ' ὡρισμένη τις ἢ μᾶλλον αὐξομένη κατὰ μικρόν, ἀλλὰ πρὸς τὸ χρειῶδες τῶν ἀνακυπτόντων τοῖς κρατοῦσιν ἐγίνετο. ταύτῃ καὶ ἐπιτάγματα

3 μεγάλη Roetherus: vulgo μέση. 11 ὅπως Hasius, ὅπερ V.
14 ἐπεὶ] vulgo ἐπί. 17 οὐ] οἱ Hasius. 21 ἐγένετο libri.

autem hic Romanis, ut dicunt, deus) quinto decimo quoque anno renovare orbem. perfecta enim restitutio Martis dupliciter observatur, minor quindecim, maior autem septuaginta novem (annorum). patrium autem anni initium Martium a Romanis acceptum fuisse inde quoque apparet, quod matronae, quae apud eos dicebantur (id est feminae ingenuae) servis victum praebebant, quemadmodum in Saturnalibus idem facere domini consueverant; ex quibus illae in Martis honorem maribus serviunt mancipiorum, ob naturam praestantiorem, hi cultum quasi ad mala averruncanda pertinentem instituentes Saturno, servis suis serviebant, ut ne re vera, postquam aliquid quod esset vituperandum accidisset, ab hostibus in servitutem redigerentur.

16. Ἐπινέμησιν autem eam Graeci ab eo quod res est vocabant. In libra enim cum sol est, frugum condicionem significat, secundum quam humaniter veteres tributa subiectis (civibus) ἐπένεμον (i. e. distribuebant), ut ne supra earum incrementum modo nefario viderentur eos premere, temere tributa exigentes. merito igitur eam ἐπινέμησιν, quasi distributionem aliquam vectigalium, vocabant: non enim erat adeo acerba vectigalium exactio, neque erat exactio aliqua stata, vel quae paulatim augeretur, sed ad necessarium usum emergentium ab imperantibus fiebat. quamobrem etiam ἐπιτάγματα (i. e. imperata) vectigalia nunc quoque

τοὺς φόρους ἔτι καὶ νῦν Ἀσιανοὶ καλοῦσιν. ὅθεν ἐπ' εἰρήνης ἐναπομενόντων ἐπὶ πλεῖστον καὶ τὸ λοιπὸν συγχωρουμένων τοῖς συντελέσι τῶν φόρων, τοιαῦτα ταῖς πόλεσι περιγέγονε θαυμαστά, λουτρὰ λέγω καὶ ἀγοραὶ καὶ ὑδάτων ὁλκοὶ ἄπειρον εὐδαιμονίαν τῶν οἰκητόρων κηρύττοντες.

17. [ὅτι ὁ δράκων πνευματικώτατον πάντων ἑρπετῶν καὶ πυρῶδες· παρ' ὃ καὶ τάχος ἀνυπέρβλητον διὰ τοῦ πνεύματος, χωρὶς ποδῶν καὶ χειρῶν ἢ ἄλλου τινὸς τῶν ἐκτός, δι' ὧν τὰ λοιπὰ ζῷα τὰς κινήσεις ποιεῖται καὶ ποικίλων σχημάτων τύπους ἀποτελεῖ, πολυχρονιώτατον δέ ἐστιν, οὐ μόνον τῷ ἐκδυόμενος τὸ γῆρας νεάζειν, ἀλλὰ καὶ αὔξησιν ἐπιδέχεσθαι μείζονα πέφυκε· καὶ ἐπειδὰν τὸ ὡρισμένον μέτρον πληρώσῃ, εἰς ἑαυτὸν ἀναλίσκεται. ὀξύτατα δὲ πάντων βλέπει, ὅθεν καὶ δράκων ὠνόμασται.]

18. [ὅτι οὐδαμοῦ τοῦ τῆς τύχης ὀνόματος Ὅμηρος μέμνηται, Ἡσίοδος μέντοι.]

19. ὅτι τὸν πλοῦτον Ἰσοκράτης μᾶλλον κακίας ἢ καλο-
κἀγαθίας εἶπεν ὑπηρέτην· Πλάτων δὲ εἶπε μηδένα γίνεσθαι με- p. 45
γίστου πλούτου κύριον, εἰ μὴ τὸν προεζημιωμένον τὴν ψυχήν.]

20. [ὅτι οὐ μόνον ἡ μαγνῆτις ἕλκει τὸν σίδηρον, ἀλλὰ καὶ ὁ ἐξ αὐτῆς μεταλλευθεὶς σίδηρος τὸν ἄλλον σίδηρον.]

21. [ὅτι ποντίφικες οἱ ἀρχιερεῖς παρὰ Ῥωμαίοις ἐλέγοντο, καθάπερ ἐν Ἀθήναις τὸ πάλαι γεφυραῖοι πάντες οἱ περὶ τὰ πά-

16 Isocrat. ad Demon. 6.

Asiani vocant. unde, cum ut plurimum in pace permanerent ac posthac perpetuo condonarentur iis qui pendere debebant vectigalia, talia urbibus orta sunt admirabilia, balnea dico ac fora et aquarum ductus, infinitam incolarum felicitatem praedicantia.

17. Anguis omnium animalium repentium ventosissimum est et igneum; atque iccirco etiam celeritate insuperabile per spiritum, sine pedibus et manibus vel ullo alio eorum quibus reliqua animalia, movetur et variarum specierum modos efficit. diutissime autem vivit, non solum eo quod exuta senectute iuvenescit, sed etiam ita natura comparatus est ut maius incrementum capiat; et cum statum modum implevit, in se ipsum consumitur. omnium praeterea acerrime cernit; unde etiam δράκων (a verbo δέρκω i. e. cerno) nominatus est.

18. Nusquam Fortunae nomen Homerus memorat, verum Hesiodus.

19. Divitias Isocrates magis pravitatis quam virtutis ministras esse dixit. Plato autem ait neminem fieri maximarum divitiarum dominum, nisi qui ante damnum ceperit animo.

20. Non solum magnes attrahit ferrum, sed etiam ferrum ex eo effossum aliud ferrum.

21. Pontifices apud Romanos sacerdotes principes dicebantur, quemadmodum Athenis antiquitus γεφυραῖοι appellabantur omnes patriorum

τρια ἱερὰ ἐξηγηταὶ καὶ ἀρχιερεῖς (διοικηταὶ τῶν ὅλων) ὠνομάζοντο, διὰ τὸ ἐπὶ τῆς γεφύρας τοῦ Σπερχειοῦ ποταμοῦ ἱερατεύειν τῷ Παλλαδίῳ· πόντην γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τὴν γέφυραν καλοῦσι, καὶ ποντίλια τὰ γεφύρια ξύλα. ὅθεν καὶ πραξιεργίαι δῆθεν ἐκαλοῦντο, ὡσανεὶ τελεσταί· τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ ποντίφεξ, ἀπὸ τοῦ δυνατοῦ ἐν ἔργοις.]

22. [ὅτι Διοσκούρους φασὶ τὸ ὑπὲρ γῆν καὶ ὑπὸ γῆν ἡμισφαίριον, ἀμοιβαδὸν μυθικῶς ζῶντας καὶ τελευτῶντας.]

23. [ὅτι Φάβιος ὁ βουλευτὴς κατεδικάσθη ὑπὸ τῆς βουλῆς, ὅτι παρὰ τὸν διωρισμένον τῷ νόμῳ ἄργυρον ἐδείκνυτο κεκτημένος· οὐδὲ γὰρ ἐφεῖτο παρὰ τὴν ἀξίαν κεκτῆσθαί τινι, ἀλλ' οὐδὲ σηρικῇ χρῆσθαι ἐσθῆτι τοῖς τυχοῦσι, κἂν εὔποροι εἶεν, μόνοις δὲ τοῖς πατρικίοις τοῦτο κατ' ἐξαίρετον ἀνενήνεκτο.]

24. [ὅτι τὴν Ἀθηνᾶν εἰς τὴν ψυχὴν ἀνάγουσιν, ὡς ἀθάνατον καὶ παῖδα τοῦ Διὸς ἐκ τῆς αὐτοῦ κορυφῆς ἤτοι ἐκ τῆς ἀκρό-
p. 46 τητος τοῦ οὐρανοῦ κατιοῦσαν, καὶ ἁπλῆν δὲ οὖσαν. τριτογένειάν φασιν οὐκ ἀπὸ τρίτωνος ποταμοῦ, ἀλλ' ὅτι κατιοῦσα τὸ μὲν θυμικὸν ἐκ τοῦ αἰθέρος λαμβάνει, τὸ δ' ἐπιθυμητικὸν ἐκ τῆς σεληνιακῆς σειρᾶς· καὶ γὰρ ὑγρὰ τὴν φύσιν ἡ σελήνη, ὅθεν καὶ αἱ περὶ ἐρώτων μαγγανεῖαι πρὸς αὐτὴν γίνονται.]

8 ἀμοιβαδὸν Hasius; legebatur ἀμοιβαδῆν, coll. 4 17. 18 ἀέρος Hasius

sacrorum interpretes et summi sacerdotes, qui praeerant rebus sacris omnibus), propterea quod in ponte Sperchii fluminis sacerdotio Palladii fungebantur. pontem enim Romani τὴν γέφυραν vocant, et pontilia ad pontem pertinentia ligna; unde et πραξιεργίαι fortasse vocabantur, quasi perfectores: hoc enim significat pontificis nomen, a potente operum (i. e. a verbis posse et facere).

22. Dioscuros dicunt terrae hemisphaerium superius atque inferius, per vices ex fabula viventes ac morientes.

23. Fabius senator condemnatus est a senatu, quod supra constitutam lege pecuniam possidere arguebatur. neque enim cuiquam permittebatur plus quam per legem habere licebat possidere, verum ne serica quidem veste uti cuivis, etiamsi opulentus esset, sed solis patriciis hoc per exceptionem permissum erat.

24. Minervam ad animum referunt, tanquam immortalem et Iovis filiam ex ipsius capite prognatam, id est de caeli vertice descendentem ac sinceram. Tritoniam eam dicunt non a Tritone fluvio, sed quoniam descendens naturam animosam (s. animositatem) ex aethere accipit, concupiscendi autem facultatem ex catena (serie) lunari: etenim humida natura luna est; unde etiam veneficia amatoria ad eam fiunt.

25. [ὅτι ἀγὼν καὶ ἀγωνία ὁ τόπος λέγεται διὰ τὸ κυκλοτερές, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν γωνίαν, ἧς εἰς τύπον καὶ στέφανοι κυκλοτερεῖς τοῖς νικῶσιν ἐπετίθεντο. οἱ δὲ τρεῖς ὀβελοὶ τὴν τρίστοιχον φύσιν δηλοῦσιν, ὕδατος πυρὸς γῆς· ἐπ' αὐτῶν γὰρ καὶ μόνων ὁ θάνατος τὴν ἐνέργειαν ἔχει. ὅθεν καὶ τρικάρηνον ὁ μῦθος δίδωσι τῷ Πλούτωνι κύνα, ἀντὶ τοῦ τρίστοιχον· ὁ γὰρ ἀὴρ ζωοποιός ἐστι. διὰ τῶν ὀβελῶν οὖν δηλοῦται ὡς πρὸς τιμὴν τῶν ὑπὲρ πατρίδος ἀποθνησκόντων τὴν ἀγωνίαν ἐπετέλουν.]

26. [ὅτι οἱ μὲν ῥούσιοι Ἄρεϊ ἀνέκειντο, οἱ δὲ λευκοὶ Διί, οἱ δὲ πράσινοι Ἀφροδίτῃ, οἱ δὲ βένετοι Κρόνῳ ἢ Ποσειδῶνι. βένετοι δὲ ἐκλήθησαν ἀπὸ τῶν περὶ τὸν Ἀδρίαν Ἑνετῶν τοιαύταις ἐσθῆσι χρωμένων· βένετον δὲ οἱ Ῥωμαῖοι τὸ παρ' ἡμῖν καλλάϊνον χρῶμα προσαγορεύουσιν. ἢ καὶ κατὰ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα· ῥού- p. 47
σιοι μὲν ἀνέκειντο πυρὶ διὰ τὸ χρῶμα, ὁμοίως πράσινοι γῇ διὰ τὰ ἄνθη, βένετοι Ἥρᾳ, λευκοὶ δὲ ὕδατι. οἱ δέ φασι πράσινον μὲν τὸ ἔαρ, ῥούσιον δὲ τὸ θέρος, βένετον δὲ τὸ φθινόπωρον, λευκὸν δὲ τὸν χειμῶνα. κακοδαιμονίαν οὖν οἰωνίζοντο τὴν χείρονα ψῆφον τὸν ἀνθηρὸν ἀπενέγκασθαι, ὡς αὐτῆς Ῥώμης ἡττηθείσης· τοῦ γὰρ δυτικοῦ κέντρου εἰς τὸ τῆς γῆς στοιχεῖον ἀναφερομένου, εἰκὸς ἦν αὐτοῖς μέλειν αὐτῆς. ὅθεν καὶ Ἑστίαν πρὸ πάντων φαίνονται τιμήσαντες Ῥωμαῖοι, ὥσπερ τὸν πετρογενῆ Μίθραν οἱ Πέρσαι, διὰ τὸ τοῦ πυρὸς κέντρον, καὶ τὴν ὑγρὰν οὐσίαν οἱ ὑπὸ τὴν ἄρκτον

ἀνθηροὶ
10 πράσινοι V. 11 τὴν vulgo. 13 τὰ add Hasius.

25. Agon et agonia locus appellatur propter formam rotundam, quoniam non habet *γωνίαν* (i e. angulum), ad cuius speciem etiam coronae rotundae victoribus imponebantur. tres autem obelisci naturam tribus constantem elementis, aqua igni terra, significant: ad ea enim sola mors vim habet. quare etiam tricipitem fabula attribuit Plutoni canem, pro constantem tribus elementis: aër enim vitam excitandi vim habet. per obeliscos igitur significatur, in honorem eorum qui pro patria moriuntur, certamen ab iis institutum fuisse.

26. Russati Marti consecrati erant, albati Iovi, prasinati Veneri, veneti Saturno vel Neptuno. veneti autem dicti sunt a Venetis circa Adriam inhabitantibus, qui eiusmodi vestibus utuntur: venetum autem Romani eum colorem dicunt quem nos *καλλάϊνον* vocamus. sive etiam secundum quattuor elementa: russati consecrati erant igni propter colorem; similiter prasinati terrae propter flores; veneti Iunoni, albati autem aquae. alii autem prasino colore ver significari dicunt, russo aestatem, veneto auctumnum, albo hiemem. infelicitatem igitur augurabantur, cum deteriorem sortem floridus abstulerat, quasi ipsa Roma devicta esset. cum enim occidentale centrum ad terrae elementum referatur, merito iis illa curae erat. unde etiam Vestam prae omnibus, ut apparet, venerabantur Romani, ut Mithram ex rupe natum Persae, propter ignis centrum,

διὰ τὸ κέντρον τοῦ ὕδατος, καὶ Ἶσιν Αἰγύπτιοι ἀντὶ τοῦ τὴν σελήνην, τὴν τοῦ παντὸς ἀέρος ἔφορον.]

27. [ὅτι τὰ τῶν νεκρῶν σώματα ἔκαιον οἱ παλαιοί, συνεξαιθεροῦντες αὐτὰ τῇ ψυχῇ.]

28. [ὅτι οὐκ εἰσὶν ἀστέρες κακοποιοί, ἀλλὰ πάντες ἀγαθοί, ἀλλ' ἐπεὶ καθ' ἁρμονίαν τὸ πᾶν συνίσταται, οἱ μὲν αὐτῶν εἰσὶ ξηροί, οἱ δὲ ὑγραίνουσιν, οἱ δὲ ἄλλο τι ἔχουσι· πρὸς τὰς κράσεις αὐτῶν τοίνυν δοκοῦσι βλάπτειν κατὰ τὴν ἐνέργειαν, οὐ κατὰ τὴν πρόθεσιν, καὶ ὅτι τὰς ἀκράτους αὐτῶν ἐνίοτε δυνάμεις οὐχ ὑπομένοντα τὰ ἐν τῇ γῇ βλάπτονται, ὡς καὶ ὀφθαλμοὶ ὑπὸ σφοδρότητος φωτός.]

p. 48 29. [ὅτι ἐν εἰδοῖς Μαρτίαις πομπῆς γινομένης ἤγετο καὶ ἄνθρωπος περιβεβλημένος δοραῖς, καὶ τοῦτον ἔπαιον ῥάβδοις λεπταῖς ἐπιμήκεσι, Μαμούριον αὐτὸν καλοῦντες. οὗτος δὲ τεχνίτης ἐν ὁπλοποιΐᾳ γενόμενος, διὰ τὸ μὴ τὰ διοπετῆ ἀγκίλια συνεχῶς κινούμενα φθείρεσθαι, ὅμοια ἐκείνων κατεσκεύασε τῶν ἀρχετύπων. ὅθεν παροιμιάζοντες οἱ πολλοὶ ἐπὶ τοῖς τυπτομένοις διαγελῶντές φασιν ὡς τὸν Μαμούριον αὐτῷ παίζοιεν οἱ τύπτοντες· λόγος γὰρ καὶ αὐτὸν Μαμούριον, δυσχερῶν τινῶν προσπεσόντων ἐπὶ τῇ τῶν ἀρχετύπων ἀγκιλίων ἀποσχέσει τοῖς Ῥωμαίοις, παιόμενον ῥάβδοις ἐκβληθῆναι τῆς πόλεως.]

30. [ὅτι ἡ Ἀθηνᾶ εἰς ψυχὴν ἀλληγορουμένη καὶ γλαυκῶπις λέγεται διὰ τὸ πυρῶδες, καὶ γλαῦκα αὐτῇ ἀνατιθέασιν, ὅτι

et humidam substantiam gentes boreales propter centrum aquae, et Isin Aegyptii (pro lunam), universi aëris praesidem.

27. Mortuorum corpora veteres comburebant, in aetherem ea convertentes una cum anima.

28. Stellae non sunt noxiae, sed omnes bonae, sed cum universum ad harmoniam constet, aliae earum sunt aridae, aliae madefaciunt, aliae aliud quippiam habent ad temperantiam earum; itaque nocere videntur effectu, non proposito, et intemperatas earum vires cum interdum non ferant res terrestres, damno afficiuntur, ut oculi quoque vehementia luminis.

29. Idibus Martiis, quo die pompa ducebatur, etiam homo coriis involutus agebatur, atque hunc verberabant virgis longis, Mamurium eum vocantes. Hic autem cum armorum faber esset, ne ancilia, quae caelitus deciderant, semper movendo conficerentur, similia illorum fecit exemplarium. unde multitudo eos qui verberantur deridens, proverbii loco dicit Mamurium ea re ludi ab iis qui plagas illis infligunt. fertur enim et ipse Mamurius, cum molestiae quaedam accidissent Romanis propterea quod primigeniis illis ancilibus abstinuissent, baculis percussus urbe eiectus esse.

30. Minerva, quae per ambages in animum accipitur, etiam oculos caesios habere dicitur propter naturam igneam; et noctua ei consecratur,

περ ἐγρήγορε διὰ πάσης νυκτὸς οἱονεὶ ἀεικίνητος· τὸ γὰρ παῦλαν ἔχον κινήσεως παῦλαν ἔχει ζωῆς, κατὰ Πλάτωνα.]

31. [ὅτι καὶ ἐν Ῥώμῃ τὰς τῶν πολιτῶν ἁμαρτάδας ἐπὶ ἁμαξῶν διέπαιζον καὶ λανθανούσας ἐξῆγον, κατὰ τὴν Ἀθηναίων συνήθειαν, οἳ τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἠπείλουν λέγειν τὰ ἐξ ἁμάξης.]

32. [ὅτι τὴν ἐν Λυδίᾳ Φιλαδέλφειαν Αἰγύπτιοι ἐπόλισαν.] p. 49

33. [ὅτι ψαλίς ἐστιν οἰκοδομῆς εἶδος ἡμικυλίνδρου τὸ σχῆμα ἐχούσης.]

34. [ὅτι ἡ Δημήτηρ πόλεώς ἐστι καταρκτική, οἱονεὶ ἡ Γῆ· ὅθεν καὶ πυργοφόρον αὐτὴν γράφουσι. λέγεται δὲ καὶ Κυβέλη ἀπὸ τοῦ κυβικοῦ σχήματος κατὰ γεωμετρίαν ἡ Γῆ, διὰ τὸ βάσιμόν τε καὶ στάσιμον, εἰ καὶ σφαιρικὴν οἱ Στωϊκοὶ ταύτην ὁρίζονται.]

35. [ὅτι Ἀστάρτην τὴν Συρίαν θεὸν τὴν Ἀφροδίτην φασί.]

36. [ὅτι Ἀριστοτέλης τὸν Καλλισθένην ἀπέσκωψε τὸν μὲν περιττὸν νοῦν ἔχειν, τὸν δὲ ἀνθρώπινον ἀποβεβληκέναι.]

37. [ὅτι Νουμήνιος ὁ Ῥωμαῖός φησιν ὡς οὐ πρότερον βρέφος φθέγξαιτο, πρὶν ἂν τῆς γῆς ἐφάψηται.]

38. [ὅτι τὰ πέρατα Πλάτων φησὶ κατὰ πρόσθεσιν ἢ ἀφαίρεσιν ἢ μετάθεσιν ἢ πνευμάτωσιν συμβαίνειν.]

39. [ὅτι Αὔγουστος τὸν τοῦ Σοφοκλέους Αἴαντα εἰς τὴν p. 50
πάτριον φωνὴν μετήνεγκεν· εἶτα ἀκμαζούσης αὐτῷ μετὰ τὴν πρακτικὴν καὶ τῆς ἐκ λόγων ἀρετῆς, ὡς ἀναξίαν ἐκ παραβολῆς πρὸς

1 ἀεικίνητος Plato Phaedr. p. 245: ἀκίνητος V. 16 Νουμίνιος vulgo

quandoquidem per totam noctem vigilat, id est semper movetur: quod enim terminum habet motus, id terminum habet etiam vitae, ut Plato docet.

31. Romae quoque civium vitia in plaustris eludebant et delitescentia proferebant, ex Atheniensium consuetudine, qui peccantibus minabantur dicturos se quae de plaustro dici solerent.

32. Philadelphiam Lydiam Aegyptii condiderunt.

33. ψαλίς aedificii species est hemicylindri formam habentis.

34. Ceres urbis principio praeest, tanquam terra; unde etiam turrigeram eam pingunt. dicitur autem etiam Cybele a cubica figura secundum geometriam terra, propter naturam solidam ac stabilem, etsi rotundam hanc Stoici definiunt.

35. Astarten (Syriacam deam) Venerem dicunt.

36. Aristoteles Callistheni illusit, dicens eum imparem quidem rationem habere, humanam autem perdidisse.

37. Numinius Romanus non prius infantem vocem edere ait quam terram attigerit.

38. Fines Plato dicit vel accessione vel demptione vel translatione vel inflatione existere.

39. Augustus Sophoclis Aiacem in patrium sermonem transtulit. deinde cum floreret ipsi post praestantiam agendo comparatam ea quo-

Σοφοκλέα τὴν ἑαυτοῦ διεγίνωσκε τραγῳδίαν, ταύτην ἐξήλειψεν. εἶτα ἐρωτηθεὶς πρὸς τοῦ Κικέρωνος, παρ' ᾧ μετὰ σπουδῆς ἐπαιδεύετο, ποῦ τυγχάνοι ὁ γραφόμενος Αἴας, αὐτὸν ἀστείως ἅμα καὶ νουνεχῶς ἀποκρίνασθαι σπόγγῳ τὸν αὐτοῦ Αἴαντα, καθάπερ σιδήρῳ τὸν τοῦ Σοφοκλέους, περιπεσεῖν. καὶ τοσαύτη τις αὐτῷ φροντὶς οὖσα περὶ λόγους ἐτύγχανεν, ὡς ἄρχοντος ἀπαιδεύτου γράψαι πρὸς αὐτὸν δημοσίαν τολμήσαντος ἐπιστολὴν οὕτως ἀγανακτῆσαι, ὡς παραλῦσαι τῆς ἀρχῆς τὸν ἀπαίδευτον. καὶ μέτρον δὲ καὶ ὅρον ταῖς τε εὐωχίαις καὶ ταῖς προιξὶν ἔθηκε, πρῶτος ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ θυγατρὶ τοῦτο ποιήσας. τῆς δὲ τῶν ὑπηκόων ἐλευθερίας τοσοῦτον ἐφρόντιζεν ὥστε τινὸς τῶν κολάκων ἐπὶ τῆς βουλῆς δεσπότην αὐτὸν ὥσπερ ἐν ὑπεροχῆς τρόπῳ καλέσαντος, αὐτὸς ἐξαναστὰς "ἐγὼ δέ" ἔφη "ἐλευθέροις ἀλλ' οὐ δούλοις, ἔμαθον διαλέγεσθαι."]

40. [ὅτι τῇ πρὸ τριῶν νωνῶν Αὐγούστων ἀνῄρουν ἀκωλύτως ἐν Ῥώμῃ τοὺς κύνας εἰς τιμὴν τῶν χηνῶν, ὅτι τὸ Καπετώλιον οἱ μὲν κύνες προέδωκαν ὑπνώσαντες, οἱ δὲ χῆνες ἐγρηγορότες διέσωσαν. οἱ δέ φασιν ὅτι τοῦτο ἐποίουν, ἵνα μὴ ὀχληροὶ τοῖς νοσοῦσι νυκτὸς γίνωνται, οἱ δέ, ἵνα μὴ λυττῶντες τοὺς ἀνθρώπους βλάπτωσι· τηνικαῦτα γὰρ ὁ Σείριος ἀνατέλλει, ὃς καὶ δοκεῖ τῆς λύττης αὐτοῖς αἴτιος εἶναι.]

p. 51 41. [ὅτι οἱ Κομῆται ἐν τοῖς ὑπὸ σελήνην κόλποις συνί-

5 ἐπιπεσεῖν vulgo 15 τῇ add Hasius

que quam ex literis perceperat, atque ipse ex comparatione cum Sophocle indignam iudicasset suam tragoediam, hanc delevit. post interrogatus a Cicerone, apud quem cum diligentia erudiebatur, ubinam esset qui ab ipso scriberetur Aiax, ille urbane simul ac considerate respondisse fertur in spongiam suum Aiacem, quemadmodum in ferrum Sophocleum, incidisse. ac tantae ei curae literae erant ut, cum magistratus quidam imperitus ad eum publicas scribere literas ausus esset, adeo indignatus sit ut munere moveret imperitum. et vero modum et finem epulis ac donis constituit, postquam primus in sua ipsius filia hoc fecit. eorum autem qui ipsi subiecti erant libertatem tantopere curabat, ut cum adulatorum quidam in senatu dominum ipsum, tanquam excellentiae modo, vocasset, ipse exsurgeret et "ego vero" diceret "cum liberis, neque vero cum servis colloqui didici."

40. A. d. 3 Nonas Augustas libere Romae interficiebant canes, in honorem anserum, quod Capitolium canes prodiderant dormiendo, anseres vigilando servaverant. alii autem hoc eos facere solitos dicunt, ut ne molesti aegrotantibus noctu fierent; alii, ne in rabiem acti laederent homines: tunc enim Canicula exoritur, quae etiam rabiei illis causa esse videtur.

41. Cometae in sinubus sub luna existunt, stellarem aliquam natu-

σταται, ἀστρώδη τινὰ φύσιν ἐπιδεικνύμενοι· οὐ γάρ εἰσιν ἀστέρες, ἀλλὰ θρομβώσεις τινὲς ἐξ ἀναθυμιάσεως τῆς γῆς ἀποτελούμεναι, ὧν ἡ γένεσις μὲν ἐξ ἀέρος τοῦ κατὰ συναφὴν ἐγκαταλαμβανομένου τῷ αἰθέρι· ὅθεν καὶ ἰσοταχεῖς αὐτῷ μέχρι διαπτώσεως συμπεριφέρονται. καὶ ἡνίκα μὲν τὴν ῥύσιν ἐπὶ τὸ κάτω φερομένην ἔχων ὁ αἰθὴρ περιληφθείη, πωγωνίαι τε καὶ πίθοι ἀποτελοῦνται, ἡνίκα δὲ πλαγίως, κομῆται. τάχιον δὲ οἱ πωγωνίαι, πολὺ δὲ καὶ τούτων τάχιον πίθοι τε καὶ δοκίδες ἐκπίπτουσιν.]

42. [ὅτι χυμῶν διαφοραὶ πλείους μέν, γενικαὶ δὲ ἐννέα, γλυκεῖα, πικρά, ὀξεῖα, δριμεῖα, βριγχή, στρυφνή, βλεννώδης, αὐστηρά, ἁλμυρά.]

43. [ὅτι πλεονάσαντος μὲν πυρὸς πυρετὸς γίνεται, ἀμφημερινὸς δὲ ἀέρος, τριταῖος δὲ ὕδατος, τεταρταῖος δὲ γῆς. φιλεῖ δὲ τούτων προκατάρχειν τὸ ῥῖγος. ὁπόταν γὰρ ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ, ἐπειδὴ τοῦτο ἴδιον ὕδατός τε καὶ γῆς, τὰ εἰρημένα ὑγρὰ παχυνθῇ, τηνικαῦτα φερόμενα διὰ τῶν ἀραιωμάτων ἐξωθεῖν μὲν οὐ δύναται τὰ πυκνότερα, ἐμπεσόντα δὲ ταῖς τούτων ἕδραις σύνωσιν καὶ θλῖψιν ἐργάζεται, μέχρις ἂν ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἐπειγόμενα τμηθέντα διαχυθῇ, ὅπερ ἀναγκαίως κλόνον τινὰ καὶ σεισμὸν ἐμποιεῖ, ὃ δὴ πάθος τρόμος καὶ ψῦχος ὀνομάζεται.]

44. [ὅτι τὸν Φεβρουάριον ἐπίτηδές φασι τοὺς Θούσκους p. 52
ἐλαττῶσαι, ἐπειδὴ ταῖς τῶν καταχθονίων ἑορταῖς φαίνεται πρὸς

10 βριγχή Roetherus coll. 4 81 et auctore Xantho quodam Siphnio: libri βιχχή. 12 ἀφημερινὸς vulgo. 17 ἐκπεσόντα apud S.

ram ostendentes. non enim sunt stellae, sed concretiones, quae ex terrae exhalatione efficiuntur, orientes ex eo aëre qui contagione excipitur in aetherem; unde etiam pari atque ille celeritate una circumferuntur, dum dilabuntur. et quando fluxum ad partes inferiores delabentem habens aether corripitur, pogoniae et pithi efficiuntur; quando autem oblique, cometae. atque celerius pogoniae, multo autem his celerius pithi ac docides excidunt.

42. Saporum varietates plures quidem sunt, generales autem novem, dulcis, amarus, acidus, acer, subdulcis, acerbus, mucosus, austerus, salsus.

43. Si increbuit ignis, febris existit; quotidiana autem, si aër, tertiana, si aqua, quartana, si terra. solet autem iis antecedere frigus. cum enim a frigore (quando hoc proprium est et aquae et terrae) ii qui dicti sunt humores crassi redditi sunt, tum intrantes per intervalla partes densiores extrudere nequeunt; in quarum sedes ubi inciderunt, coartationem et compressionem efficiunt, cum ab igne compellantur et dissolutae diffundantur, quo necessario perturbatio aliqua et motus efficitur, qui quidem affectus tremor et frigus appellatur.

44. Februarium consulto dicunt a Tuscis breviorem redditum fuisse,

τοὔνομα χωρηθείς, καὶ οὐ θεμιτὸν ἦν ἴσα τοῖς οὐρανίοις αὐτοὺς τιμᾶσθαι.]

45. [ὅτι παρ' Ἰταλοῖς ὁ δυϊκὸς ἀριθμὸς ἀποφράζεται, σεκοῦνδον δὲ αὐτόν, οἱονεὶ εὐτυχῆ, πατρίως καλοῦσι κατὰ τὸν εὐφημισμόν, ὡς Εὐμενίδας καὶ Ἀδράστειαν καὶ Πάρκας κατ' αὐτοὺς τὰς μηδενὸς φειδομένας Μοίρας.]

46. [ὅτι Ῥωμαῖοι μετὰ τὸ νικῆσαι τοὺς Ἄφρους καὶ τὰ ἐκεῖθεν θηρία ἐπὶ τῆς Ῥώμης ἐκόμιζον καὶ ἐπὶ τῆς ἄμμου ἐφόνευον, ὡς μηδὲ τὰ ἐκ τῆς χώρας ἐκείνης θηρία ἀδούλωτα μείνῃ.]

47. [ὅτι τὴν ἱσταμένην ἐν τῷ Βυζαντίῳ στήλην τῆς Τύχης Πομπήϊος ὁ μέγας ἔστησεν, ἐνταῦθα τὸν Μιθριδάτην συγκλείσας μετὰ τῶν Γότθων, καὶ τούτους διασκεδάσας τὸ Βυζάντιον εἷλε· καὶ μαρτυρεῖ τὸ ἐπὶ τῆς σπείρας τοῦ κίονος ἐπίγραμμα Λατίνοις γράμμασιν, ὃ δηλοῖ τάδε· "τῇ Τύχῃ τῇ ἐπανασωστικῇ διὰ τοὺς νικηθέντας Γότθους." ὁ δὲ τόπος ὕστερον καπηλεῖον ἐγένετο.]

p. 53 48. [ὅτι Πορφύριός φησι "τοὺς φαινομένους οὐρανίους θεοὺς τῇ θυσίᾳ δεξιούμενοι, καὶ διὰ τοῦ πυρὸς αὐτοῖς ἀπαθανατίζοντες τὰς τιμάς, καὶ πῦρ ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐφύλαττον αὐτοῖς ἀθάνατον ὡς ὂν μάλιστα αὐτοῖς ὁμοιότατον."]

49. [ὅτι Πλάτων φησὶ τοῖς τῆς Ἀφροδίτης γενεθλίοις τὴν Πενίαν προσαιτοῦσαν ἐλθεῖν, καὶ λάθρα τῷ Πόρῳ μεθυσθέντι τοῦ νέκταρος ἐπιβουλεῦσαι, καὶ οὕτω κυηθῆναι τὸν Ἔρωτα.]

1 παραχωρηθεὶς Hasius αὐτοὺς Roetherus: vulgo αὐτὸν 20 Plato Conviv. p. 203. 21 ἐλθεῖν Roetherus pro eo quod erat ἀνελθεῖν.

quandoquidem, ut ex nomine apparet, deorum inferorum feriis erat concessus, neque fas erat parem iis ac caelestibus honorem tribui.

45. Apud Italos dualis numerus nefastus habetur; secundum autem eum, tanquam faustum, patrio sermone dicunt ex euphemismo ut Eumenides et Adrasteam, et Parcas ipsorum lingua nemini parcentes Moeras.

46. Romani devictis Afris bestias quoque illinc Romam transportabant atque in arena interficiebant, ut ne bestiae quidem, quae ex illa regione venissent, liberae manserint.

47. Columnam Fortunae Byzantii stantem Pompeius Magnus posuit, postquam ibi Mithridatem circumvenit cum Gothis, quibus dissipatis Byzantium cepit. et testatur hoc inscriptio in basi columnae Latinis literis insculpta, qua significantur haec "Fortunae salvatrici ob devictos Gothos." caupona autem locus postea evasit.

48. Porphyrius ait "praesentes deos caelestes hoc sacrificio colentes, et per ignem iis immortales reddentes honores, etiam in templis iis ignem servabant aeternum, utpote qui iis est longe simillimus."

49. Plato refert Veneris nataliciis Inopiam mendicantem ascendisse et Poro (i. e. affluentiae deo) nectare ebrio clam insidiatam ita concepisse Amorem.

50. [ὅτι σχημάτων ὁ κύκλος τελειότατον. ὅθεν Αἰγύπτιοι τὸν κόσμον γράφοντες περιφερῆ κύκλον ἀεροειδῆ καὶ πυρωπὸν χαράττουσι, καὶ μέσον τεταμένον ὄφιν ἱερακόμορφον, οἱονεὶ συνεκτικὸν ἀγαθὸν δαίμονα. καὶ ἔστι τὸ πᾶν σχῆμα ὡς τὸ παρ' ἡμῖν Θ.]

51. [ὅτι ὁ τῆς ὀγδοάδος ἀριθμὸς θῆλυς καὶ ἄπειρος καὶ ἀτελής. ὅθεν καὶ παρὰ τῷ Νικομάχῳ ἠλιτόμηνος καλεῖται· ὁ γὰρ ὀκτάμηνος χρόνος πρὸς οὐδένα τῶν ἁρμονικῶν ἔχων φαίνεται λόγον. ὅθεν οὐ τελεσφορεῖται τὰ ὀκταμηνιαῖα· μέσος γὰρ ὢν τῶν τελεσφόρων ἀριθμῶν αὐτὸς ἀτελὴς εὑρίσκεται. πάσης γὰρ ὑλικῆς δυνάμεως μετέχων τὰς περὶ τὴν ὕλην εἴληχε δυνάμεις.]

52. [ὅτι τοὺς κεραυνούς φασι γίνεσθαι, ὅταν ῥῆξις νεφῶν γένηται. τῆς γὰρ παρακειμένης αὐτοῖς γεώδους οὐσίας ἐξαφθείσης, p. 54 τὸ ἐξαφθὲν ὑπὸ τῆς ῥιπῆς ἐπὶ τὴν γῆν μετὰ ῥοίζου φέρεται. καὶ ἐὰν μὲν ὑγρότερα τυγχάνῃ τὰ νέφη, ἅμα τῇ καταφορᾷ σβέννυνται, εἰ δὲ γεωδέστερα, πυρώδεις ἐκθλίβονται. δύο δὲ εἴδη κεραυνῶν εἶναί φασιν, ὧν ὁ μὲν ὀξὺς καὶ μανὸς καὶ διάπυρος ἀργὴς ὀνομάζεται, ὁ δὲ βραδὺς καὶ καπνώδης ψολόεις· καὶ ὁ μὲν διὰ τὴν λεπτότητα καὶ πρὶν ἐκπυρῶσαι φερόμενος οἴχεται διὰ τάχους, ὡς μηδὲ ἐπιφλέξαι τι τῶν ἀραιοτέρων, ὁ δὲ βραδύτερος ἱκανὸς μὲν ἐπιχρῶσαι ὡς ἀπ' αἰθάλου, καὶ καῦσαι δέ τινα τῶν ὑποπεσόντων, βολβῶν καὶ συκῆς καὶ φώκης καὶ ὑαίνης μενόντων ἀβλαβῶν, ὧν

7 Nicomach. Theologum. arithm. 8 p. 55 Ast.

50. Figurarum perfectissima orbis est; unde Aegyptii mundum pingentes orbem aërium et rutilum insculpunt mediumque extensum serpentem accipitris formam repraesentantem, tanquam bonum daemonem (s. deum) continentem; et est universa figura similis nostro (i. e. Graeco) Θ.

51. Octonarius numerus femineus et infinitus atque imperfectus est; unde etiam apud Nicomachum ante iustos menses natus vocatur. octo enim mensium tempus ad nullum harmonicorum (s. consentientium) numerorum habere aliquam videtur rationem. unde non ad maturitatem perducuntur octo mensium partus: medius enim cum sit eorum numerorum qui finem afferendi vim habent, ipse imperfectus reperitur. omnis enim materialis potestatis cum particeps sit, materiales sortitus est vires.

52. Fulmina existere dicunt, cum disrumpuntur nubes: substantia enim terrena, quae iis admixta est, incensa, ea pars quae accensa est impetu suo in terram cum strepitu defertur. atque si humidiores nubes sunt, in ipso casu exstinguuntur, sin vero magis terrenae, igneae eliduntur. duo autem fulminum genera esse dicunt, quorum alterum, acre et rarum igneumque, candidum vocatur, alterum, lentum et fumosum, flammeum; et alterum propter raritatem iam priusquam incendatur cum celeritate defertur, ut nihil eorum quae rariora sunt adurat; lentius autem ita comparatum est ut contaminare possit, ut fit a fulligine, et incendere quaedam eorum quae ipsi subiecta sunt, bulbis et fico et vitulo marino

καὶ ταῖς δοραῖς περιδιφθεροῦσθαι τὰ ἱστία τῶν νηῶν διὰ τοὺς κεραυνούς. τῶν μέντοι κεραυνοβλήτων τὰ σώματα ἄταφα κατελίμπανον οἱ πάλαι, ἀδιάφθορα μένοντα· τῆς γὰρ ἐν αὐτοῖς ὑγρότητος ἀναρπαζομένης ὑπὸ τοῦ πυρός, ὥσπερ ἀποπτηθέντα διαμένειν πέφυκε.]

53. βροντὴ γίνεται εἰληθέντος πνεύματος ἐν νέφει παχεῖ τε καὶ νοτιωτέρῳ καὶ ἐξωσθέντος βιαίως δι' αὐτοῦ, ὅθεν ῥήγνυται τὰ συνεχῆ πιλήματα τοῦ νέφους, καὶ βρόμον ἤγουν ἦχον καὶ πάταγον μέγαν ἀπεργάζονται, ὅπερ βροντὴ λέγεται, ὥσπερ ἐν ὕδατι πνεῦμα σφοδρῶς ἐλαυνόμενον. κατὰ δὲ τὴν τοῦ νέφους ἔκρηξιν πυρωθὲν τὸ πνεῦμα λάμψαν ἀστραπὴ λέγεται.

Δ.

ΙΑΝΟΥΑΡΙΟΣ.

p. 55 1. Ἀποχρώντως ἡμῖν εἴρηται ἀρχὴν ἱερατικοῦ ἐνιαυτοῦ τὸν Ἰανουάριον μῆνα τοῖς Ῥωμαίοις παρὰ τοῦ βασιλέως Νουμᾶ ὁρισθῆναι. ῥητέον τοίνυν περὶ Ἰανοῦ, τίς τε ἄρα ἐστὶ καὶ τίς ἡ περὶ αὐτοῦ δόξα γέγονε τοῖς ἀρχαίοις. ὁ Λαβεὼν οὖν φησὶν αὐτὸν καλεῖσθαι Ἰανὸν κοσίβιον, τουτέστι βουλαῖον, Ἰανὸν κήνουλον οἷον

atque hyaena manentibus illaesis, quorum etiam pellibus induci vela navium propter fulmina. ideoque fulmine ictorum corpora insepulta relinquebantur a veteribus, utpote quae manerent incorrupta: cum enim humor qui in iis est ab igne abripiatur, velut extosta permanere solent.

53. Tonitru fit, cum spiritus in nube densa atque humidiore volutatus et vehementer per eam explosus est, quo disrumpuntur cohaerentes inter se nubis partes constipatae, et fremitum sive sonitum magnumque strepitum edunt, quod tonitru dicitur, tanquam spiritus, qui in aqua vehementer agitatur. in eruptione autem nubis incensus spiritus si fulsit, fulgur nuncupatur.

IV.

DE MENSIBUS SPECIATIM.

IANUARIUS.

1. Satis a nobis dictum est initium anni sacerdotalis Ianuarium mensem Romanis a Numa rege constitutum esse: dicendum igitur de Iano, nempe et quis sit et quae de eo fuerit veteribus opinio. Labeo igitur eum ait vocari Ianum consivium, id est consiliarium; Ianum cenulum,

εὐωχιαστικόν, πατρίκιον ὡσεὶ αὐτόχθονα, κλουσίβιον ἀντὶ τοῦ ὁδιαῖον, Ἰουνώνιον, τουτέστιν ἀέριον, κυρῖνον ὡσανεὶ πρόμαχον, πατούλκιον καὶ κλούσιον οἱονεὶ θυρεόν, κουριάτιον οἱονεὶ ἔφορον εὐγενῶν· Κουριάτιοι γὰρ καὶ Ὁράτιοι ὀνόματα εὐπατριδῶν εἰσί. καὶ οἱ μὲν δίμορφον αὐτὸν μυθολογοῦσι, νῦν μὲν κλεῖς τῇ δεξιᾷ φέροντα ὡσανεὶ θυρεόν, νῦν δὲ τῇ μὲν δεξιᾷ τριακοσίας τῇ δὲ ἑτέρᾳ ἑξήκοντα πέντε ψήφους ἀριθμοῦντα, ὥσπερ τὸν ἐνιαυτόν· ἔνθεν καὶ τετράμορφον, ἀπὸ τῶν τεσσάρων τροπῶν. καὶ τοιοῦτον p. 56 αὐτοῦ ἄγαλμα ἐν τῷ φόρῳ τοῦ Νερβᾶ ἔτι καὶ νῦν λέγεται σεσωσμένον. ἄλλος δὲ Αἰωνιάριον αὐτὸν ἑρμηνεῦσαι βιάζεται, ὡσεὶ τοῦ αἰῶνος πατέρα, ἢ ὅτι ἔννον τὸν ἐνιαυτὸν Ἕλληνες εἶπον, ὡς Καλλίμαχος ἐν πρώτῳ Αἰτιῶν

"τετράενον Δαμάσου παῖδα Τελεστορίδην,"

ἢ ἀπὸ τῆς ἰᾶς, ἀντὶ τοῦ τῆς μιᾶς, κατὰ τοὺς Πυθαγορείους. ὅθεν ὁ Μεσσαλᾶς τοῦτον εἶναι τὸν αἰῶνα νομίζει· καὶ γὰρ ἐπὶ τῆς πέμπτης τοῦ μηνὸς τούτου ἑορτὴν αἰῶνος ἐπετέλουν οἱ πάλαι.

2. Δυοκαίδεκα πρυτάνεις πρὸς τοῦ Νουμᾶ τοὺς καλουμένους Σαλίους ὁρισθῆναί φασιν, ὑμνοῦντας τὸν Ἰανὸν κατὰ τὸν τῶν Ἰταλικῶν μηνῶν ἀριθμόν. ὁ δὲ Βάρρων ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῶν θείων πραγμάτων φησὶν αὐτὸν παρὰ Θούσκοις οὐρανὸν p. 57 λέγεσθαι καὶ ἔφορον πάσης πράξεως, καὶ Ποπάνωνα διὰ τὸ ἐν ταῖς καλάνδαις ἀναφέρεσθαι πόπανα. Φωντήϊος δὲ ἐν τῷ περὶ

10 βιάζεται βούλεται V. 22 φροντήϊος libri.

velut epularem; Patricium, tanquam indigenum; Clusivium, pro viatorium; Iunonium, id est aëreum; Quirinum, velut propugnatorem; Patulcium et Clusium, tanquam ianitorem; Curiatium, tanquam praesidem nobilium: Curiatii enim et Horatii nomina patriciorum sunt. et alii eum bifrontem ex fabula fingunt, modo claves dextra ferentem, tanquam ianitorem, modo trecentos calculos dextra, altera autem sexaginta quinque dinumerantem, velut annum. inde etiam quadriformem (i. e. quattuor faciebus praeditum) fingunt, a quattuor solis conversionibus; et eiusmodi eius signum in foro Nervae etiam nunc dicitur exstare. alius autem quidam Aeoniarium eum violenter interpretari conatur, tanquam aeonis (i. e. aevi) patrem, vel quod ἔννον Graeci dicebant annum, ut Callimachus libro primo Causarum "τετράενον (i. e. quadrimum) Damasi filium Telestoriden." vel ab ἴᾳ (pro, una, iuxta Pythagoreos); unde Messala eum esse aeonem (i. e. aevum) arbitratur: etenim quinto huius mensis die ferias Aeonis celebrabant veteres.

2. Duodecim prytanes (s. administratores), qui Salii vocabantur, a Numa constitutos dicunt, canentes Ianum secundum Italicorum mensium numerum. Varro autem quarto decimo Rerum divinarum eum apud Tuscos caelum dici auctor est et praesidem omnis actionis, et Popanonem, quod Kalendis offerantur popana. Fronteius autem in libro De signis

ἀγαλμάτων ἔφορον αὐτὸν οἴεται τοῦ παντὸς χρόνου τυγχάνειν, καὶ ταύτῃ δωδεκάβωμον εἶναι τὸν αὐτοῦ ναὸν κατὰ τὸν τῶν μηνῶν ἀριθμόν. ὁ δὲ Γάϊος Βάσσος ἐν τῷ περὶ θεῶν δαίμονα αὐτὸν εἶναι νομίζει τεταγμένον ἐπὶ τοῦ ἀέρος, καὶ δι' αὐτοῦ τὰς τῶν ἀνθρώπων εὐχὰς ἀναφέρεσθαι τοῖς κρείττοσι· ταύτῃ δίμορφος εἶναι λέγεται ἔκ τε τῆς πρὸς ἡμᾶς ἔκ τε τῆς πρὸς θεοὺς ὄψεως. ὅ γε μὴν Λουτάτιος ἥλιον, παρὰ τὸ ἐφ' ἑκατέρας πύλης ἄρχειν, ἀνατολῆς ἴσως καὶ δύσεως. φασὶ δὲ τὸν αὐτὸν καὶ ἔφορον τῶν ἐπὶ πόλεμον ὁρμώντων τυγχάνειν, καὶ διὰ μὲν τῆς μιᾶς ὄψεως ἀποπέμπειν διὰ δὲ τῆς ἑτέρας ἀνακαλεῖσθαι τὸ στράτευμα. ὁ δὲ Πραιτέξτατος ὁ ἱεροφάντης, ὁ Σωπάτρῳ τε τῷ τελεστῇ καὶ Κωνσταντίνῳ τῷ αὐτοκράτορι συλλαβὼν ἐπὶ τῷ πολισμῷ τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως, δύναμιν αὐτὸν εἶναί τινα βούλεται ἐφ' ἑκατέρας ἄρκτου τεταγμένην, καὶ τὰς θειοτέρας ψυχὰς ἐπὶ τὸν σεληνιακὸν χορὸν ἀποπέμπειν. καὶ ταῦτα μὲν οἱ Ῥωμαίων ἱεροφάνται, ἄλλος δέ φησι τὸν Ἰανὸν ἥρωα γενέσθαι, καὶ πρῶτον κατασκευάσαι τεμένη καὶ τιμὰς τοῖς θεοῖς ἐπιτελέσαι, καὶ διὰ τοῦτο μνήμην αὐτοῦ ἐν τοῖς ἱεροῖς γενέσθαι. ὅ γε μὴν Δημόφιλος πρῶτον αὐτὸν βούλεται οἴκους καὶ πυλεῶνας κατασκευάσαι, καὶ ἀπὸ τῆς ἰανούας (θύρας) Ἰανουάριον ὀνομασθῆναι, ἔχειν δὲ αὐτὸν καὶ ἀδελφὴν τοὔνομα Καμασήνην. Ὀβίδιος ὁ Ῥωμαῖος Ἰανὸν ἀλληγορεῖ τὸ χάος εἶναι.

p. 58 3. Ἡ δὲ πρώτη τῶν καλανδῶν ἑορτὴ Ῥωμαίοις σεβασμιω-

4 αὐτοῦ P: apud S αὐτὸν 13 ἐφ' om P. 16 καὶ τὸν πρῶτον apud S.

praesidem eum universi temporis esse arbitratur, ideoque duodecim aras habere eius templum secundum mensium numerum. Gaius Bassus autem in libro De diis daemonem (s. deum) eum esse putat constitutum in aëre, perque eum hominum preces perferri ad superos; quocirca biformis esse dicitur a facie et ad nos et ad deos conversa. Lutatius vero solem, inde quod in utraque porta imperet, orientis pariter atque occidentis. dicunt autem eundem praesidem esse eorum qui in bellum proficiscuntur, et altera facie dimittere altera revocare exercitum. Praetextatus autem pontifex, qui cum Sopatro consecratore et Constantino imperatore particeps fuit condendae fortunatae huius urbis, potestatem quandam eum esse vult in utraque Ursa collocatam, et diviniores animos in coetum lunarem ducere. et haec quidem Romanorum pontifices. alius autem Ianum heroëm fuisse dicit, et primum confecisse lucos atque honores diis obtulisse, ob idque mentionem eius in sacris fieri solitam. Demophilus vero primum eum vult domos ac vestibula confecisse et a ianua appellatum Ianuarium esse, habere autem etiam sororem, cui nomen Camasene. Ovidius Romanus Ianum allegorice Chaos esse dicit.

3. Primae Kalendarum feriae Romanis longe sanctissimae erant. et

τάτῃ. καὶ ὁ ὕπατος ἵππῳ λευκῷ ἐποχούμενος καὶ αὐτὸς λευχείμων, ἡγούμενος πομπῆς, ἀνέτρεχεν ἐν τῷ Καπετωλίῳ· τὸν δὲ τοιοῦτον τρόπον τῆς πομπῆς πατρίως ὀβατίωνα ἐκάλουν ἐκ τῆς τῶν προβάτων θυσίας. καὶ τὸν μὲν ἵππον προσέφερεν ὁ ὕπατος τῷ Διί (καὶ γὰρ ἥλιος αὐτὸς κατὰ Φερεκύδην), εἶτ' ἐκεῖθεν τὴν ὕπατον ἀναλαβὼν στολὴν προήρχετο. τοῦτο δὲ εἰς τιμὴν τοῦ Διός, ὡσεὶ καταγωνισθέντων ἐκείνῳ τῶν Γιγάντων, ἀντὶ τοῦ νικηθέντος τοῦ χείματος ὑπὸ τοῦ ἡλίου. οἱ δὲ μυθικοὶ Βριάρεω τὸν χειμῶνα καλοῦσι, πολύχειρά τινα διὰ τὸ πολυσχιδῶς τὸ ὑγρὸν ἐκχεῖσθαι κατ' αὐτόν. καὶ νῦν μὲν μάχεται ὁ Βριάρεως τῷ Διί, οἱονεὶ τῷ ἡλίῳ, καὶ σύμμαχος αὖθις αὐτῷ γίνεται διὰ τὸ τὴν ὑγρὰν οὐσίαν σύμμαχον εἶναι τῇ θερμῇ.

4. ἡλίου τοίνυν ἐπεκτείνοντος τὴν ἡμέραν πρόεισιν ὁ ὕπατος, καὶ ἡ μὲν ἡμέρα ἑορτῆς καὶ ἐκεχειρίας, οἰωνοῦ δὲ χάριν οἱ ἄρχοντες ἐπὶ τῶν βημάτων ἐγίνοντο, καὶ πάντα τὰ στρατεύματα σὺν τοῖς ἐπισήμοις συνήγετο. καὶ πάλαι μὲν ἰσχάδας ἀλλήλοις ἐπεδίδοσαν, ἀπὸ γλυκείας τροφῆς δῆθεν ἀπαρχόμενοι. φύλλα δὲ p. 59
δάφνης ἐδίδοσαν, ἅπερ ἐκάλουν στρῆνα, εἰς τιμὴν δαίμονός τινος οὕτω προσαγορευομένης, ἥτις ἔφορός ἐστι τῶν νικῶν. τὸ δὲ στρῆνα καθ' Ἕλληνας τὸν εὐαρχισμὸν τὸν ἐπὶ ἐντρεχείας στρατιωτικῆς σημαίνει· οὐ γὰρ ὡς τὸ πλῆθος ἀπάγεται παιγνίου καὶ ῥᾳστώνης χάριν. ὁ δὲ Ἐλπιδιανὸς ἐν τῷ περὶ ἑορτῶν στρῆναν τὴν

2 ἡγουμένης V. 12 τῆς θερμῆς V. 13 τὰς ἡμέρας P. 17 ἐπεδίδοσαν ἀλλήλοις P. 18 στρήνας Roetherus 20 εὐαρχισμὸν Roetherus: apud S εὐορχησμόν.

consul equo albo vectus et ipse albis vestimentis indutus, ducens pompam ascendebat in Capitolium (eiusmodi autem pompam patrio sermone ovationem vocabant, ab ovium immolatione); et equum offerebat consul Iovi (etenim sol ille est, ut docet Pherecydes); tum, sumpta toga consulari inde progrediebatur. hoc autem in honorem Iovis fiebat, utpote devictis ab illo Gigantibus, pro devicta hieme a sole. mythici autem hiemem vocant Briareum, multis manibus praeditum quendam, ideo quod materia humida in multas partes fissa effunditur ista tempestate. et nunc quidem pugnat Briareus contra Iovem, velut contra solem, et socius ei rursus fit pugnae, propterea quod humida materia socia est calidae.

4. Sole igitur extendente diem munus suum auspicatur consul, et dies festus est ac feriatus. auspicii autem causa magistratus in tribunalibus erant et omnes exercitus cum signis cogebantur. atque antiquitus quidem caricis inter se donabant, a dulci videlicet victu incipientes. et folia laurea dabant, quas dicebant strenas, in honorem deae cuiusdam quae ita vocatur, quae praeses est victoriarum. strena autem Graece εὐαρχισμόν (i. e. strenuitatem) in solertia militari significat: non enim, ut vulgus opinatur, tribuitur ludibrii et levitatis gratia. Elpidianus autem

ὑγίειαν τῇ Σαβίνων φωνῇ λέγεσθαί φησι, δι' ἣν φύλλα δάφνης ἐπεδίδοτο. ὑγιαστικὸν δὲ τὸ φυτόν· οὐδὲ γὰρ ἱερὰ νόσος ἢ δαίμων βαρὺς ἐνοχλήσει τῷ τόπῳ ἐν ᾧ δάφνη ἐστίν, ὥσπερ οὐδὲ κεραυνὸς ὅπου συκῆ, ὅτι σκεδαστὴ φαρμάκων ἐστί. ταύτῃ οἱ δι' ὀνείρων θείας τυχεῖν ἐπιφανείας ὀρεγόμενοι ἰσχάδων καὶ μόνων μεταλαμβάνουσιν.

5. Ὅτι δὲ φύλλα δάφνης σὺν καὶ ταῖς ἰσχάσιν ἐπεδίδοτο, φανερὸν ἐκ τοῦ μέχρι καὶ νῦν ἐν τοῖς ἀγγείοις τῶν ἰσχάδων καὶ φύλλα δάφνης ἐκ συνηθείας ἐμβάλλεσθαι. διέμεινε δὲ ὅμως τὸ ἔθος, ἐκ μόνης εὐπορίας ἐναλλαγέν· ἀντὶ μὲν γὰρ ἰσχάδων ἐπιδι-
p. 60 δόασι πόπανα, ἀντὶ δὲ τῶν φύλλων χρυσίον. πλακοῦντας δὲ Ῥωμαῖοι τὰ ἐκ μέλιτος πόπανα καλοῦσι διὰ τὸ ἐν Πλακεντίᾳ τῇ πόλει τῆς Ἰταλίας πρῶτον ἐξ Ἑλλήνων, ἢ μᾶλλον ἐκ Σαμίων, τὴν τοιαύτην ἐδωδὴν παρελθεῖν, καὶ διὰ τοῦτο οὕτως λέγεσθαι ὡς Ταραντῖνα ἀπὸ Τάραντος καὶ Κανουβικὰ ἀπὸ Κανούβου καὶ Κοπτὰ ἀπὸ Κοπτοῦ. Σάμιος δέ τις πρῶτος μέλιτι φυράσας ἄρτον κατεσκεύασε, δι' ὧν καὶ τὴν λεγομένην σήσαμιον ἐξεῦρεν ἐν τῇ Σάμῳ· ὅθεν καὶ συγγενὲς προσηγορίᾳ τῇ τοῦ καρποῦ τὸ χωρίον.

6. ἐδέχοντο δὲ ἐπὶ τῆς Ῥώμης οἱ αὐτοκράτορες φιλήματι τοὺς ἄρχοντας, πρὸς τιμὴν ἐλευθερίας, ἀπελαθέντων τῶν τυράννων διὰ Βρούτου τοῦ Ῥωμαίων ὑπάτου.

1 γλώσσῃ P. 4 σκεδαστικὴ? 7 nonne καὶ σὺν? 10 ἐπιδίδωσι libri: corr Roetherus 11 πλακέντας? 17 δι' ὧν] διὸ P. σίσαμον libri 18 συγγενὴς προσηγορία τούτου καρποῦ libri: corr Hasius.

in libro De ferils strenam sanitatem Sabinorum lingua dici auctor est, propter quam folia laurea donabantur: sanitatis autem efficiens est haec arbor. neque enim morbus sacer nec daemon molestus infestabit eum locum ubi laurus erit, ut nec fulmen ubi ficus, quoniam venena depellendi vim habet. quare ii qui per somnia divini compotes fieri visus student, solas caricas sumunt.

5. Folia autem laurea una cum caricis dono dari solita fuisse inde apparet, quod adhuc in caricarum vasa etiam folia laurea ex consuetudine iniiciuntur. attamen permansit mos ex sola opulentia mutatus: pro caricis enim donant placentas, pro foliis autem aurum. placentas autem Romani popana ex melle confecta vocant, propterea quod Placentiam, urbem Italiae, primum ex Graecis vel potius Samiis eiusmodi cibus perlatus est, et hanc ob rem ita dicebantur ut placentae Tarentinae a Tarento et Canubicae a Canubo et Copticae a Copto. Samius autem quidam primus melle admixto panem confecit, — et sesamum quod dicitur invenit in Samo; unde etiam cognata fructus nomini regio.

6. Excipiebantur autem Romae ab imperatoribus osculo magistratus, in honorem libertatis, eiectis tyrannis per Brutum Romanorum consulem.

7. ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ Τραϊανὸς τῇ πάντων τύχῃ καθιέρωσε ναόν, θεσπίσας κατὰ τὸν ἱερὸν νόμον μηδένα παρὰ τὸν θύσαντα γεύεσθαι τῆς θυσίας.

εἱμαρμένη, οἱονεὶ εἱρομένη, διὰ τὸ χρόνου δεῖσθαι καὶ διαστάσεως, ἵνα ὁ εἱρμὸς τῶν ὑποκειμένων σώζηται.

θεοῦ γὰρ οὐδεὶς ἐκτὸς εὐτυχεῖ βροτός.
φεῦ τῶν βροτείων ὡς ἀνώμαλοι τύχαι!
οἱ μὲν γὰρ εὖ πράσσουσι, τοῖς δὲ συμφοραὶ
— πάρεισιν εὐσεβοῦσι πρὸς θεοῦ.

οἱ Ῥωμαῖοι μηδὲν ἕτερον παρὰ τὴν ἐν ἀνθρώποις εὐδαιμονίαν εἶναι p. 61
νομίζοντες αὐτὴν καὶ μόνην τῶν πάντων ἡγεῖσθαι νενομίκασιν, φορτοῦναν αὐτὴν ἀπὸ τῆς φορᾶς ἐμφερῶς ὀνομάσαντες. οἱ μὲν οὖν πρὸς ἀρετὴν ἔχοντες καὶ θεοῦ μεμνημένοι καὶ κρείττονας ἐπὶ τῶν ἀΰλων καὶ μακαρίων πραγμάτων ἐλπίδας σαλεύοντες καταφρονοῦσι τῶν τῇδε καλῶν. εἰ μὲν γὰρ τύχη ἔστιν, οὐδὲν δεῖ θεοῦ· εἰ δὲ θεὸς σθένει, οὐδὲν ἡ τύχη· εἰκαῖον γάρ τι καὶ ἀνούσιον τὸ τῆς τύχης ὄνομα. τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα κλίμακι πέφυκεν ἐξομοιοῦσθαι διὰ τὴν ἀνώμαλον αὐτῶν φοράν· ἐν μιᾷ γάρ, ὡς ἔφη τις, ἡμέρᾳ τὸν μὲν καθεῖλεν ὑψόθεν, τὸν δ' ἦρ' ἄνω, μηδενὸς ἐν ὁμοίῳ πεφυκότος μένειν τῶν παρ' ἡμῖν, ἀλλὰ παντοίαις μεταβάλλοντος τροπαῖς. ἢ οὐκ ἄρχοντες μὲν ἐξ ἰδιωτῶν, ἰδιῶται

4 τὸ χρόνου P, τὸ τοῦ χρόνου V. 6 ἐκτὸς οὐδεὶς libri βροτῶν P. 12 οἱ μὲν οὖν S: εἰ μὲν οἱ V. an οἱ μὲν εὖ? 15 ἔστιν om P. 20 τῶν add P.

7. Hoc die Traianus communi Fortunae sacravit templum, posteaquam sanxit sacra lege, ne quis praeter eum qui sacrificasset gustaret victimam.

Εἱμαρμένη (i. e. necessitas) velut *εἱρομένη*, propterea quod tempore opus est ac distantia, ut *ὁ εἱρμός* (i. e. nexus) substantiarum servetur. extra deum enim nemo mortalium beatus est. eheu mortalium quam iniquae res sunt! alii enim prospere rem gerunt, aliis fata — contingunt, quamvis piis, a deo. Romani nihil aliud quam eam quae in hominibus est felicitatem esse putantes, eam solam in rerum universitate dominari censuerunt, Fortuna illa a ferendo, nomine consentaneo, appellata. ad virtutem igitur qui conversi et dei memores sunt melioresque in rebus materiae ac corporis expertibus et beatis vota agitant, ii parvi faciunt ea quae hic sunt (i. e. terrestria) bona. si enim Fortuna est, nihil opus est deo, si autem deus potest aliquid, nihil est Fortuna: temerarium enim quid et vanum Fortunae nomen est. res humanae gradatim solent exaequari propter inaequalem ipsarum motum: uno enim, ut dixit quidam, die alium abripuit deorsum, alium autem sustulit sursum, cum nihil eorum quae ad nos pertinent in eodem statu manere soleat, sed variis modis convertatur. an non prin-

δὲ ἐξ ἀρχόντων, πένητες δὲ ἐκ πλουσίων καὶ ἐκ πενήτων πολυχρήματοι, καὶ ἔνδοξοι μὲν ἐξ ἠμελημένων, ἐπιφανέστατοι δὲ ἐξ ἀδόξων γίνονται; χείρους οἱ τοῦ πλούτου παρὰ τὸ μέτρον ἐφιέμενοι· πλοῦτος γὰρ μᾶλλον κακίας ἢ καλοκἀγαθίας ὑπηρέτης ἐστί, φησὶν ὁ ῥήτωρ. καὶ οἶμαι τούτοις προσσχόντα τὸν Πλάτωνα φάναι μηδένα γίνεσθαι μεγίστου πλούτου κύριον, εἰ μὴ τὸν προεζημιωμένον τὴν ψυχήν.

8. *τῇ πρώτῃ τοίνυν, ὡς ἔφημεν, τῶν καλανδῶν ἐθέσπιζον*
p. 62 *οἱ ἱερεῖς κατὰ τοὺς Σιβυλλείους χρησμούς, ὑπὲρ ὑγιείας χρῆναι πάντας ἀπὸ πρωῒ πρὸ πάσης ἑτέρας τροφῆς ἀπογεύεσθαι ἀκράτου οἴνου εἰς ἀποτρόπαιον ποδαλγίας. ἰστέον δὲ κατὰ τὴν ἡμέραν τῶν καλανδῶν τὸν ἥλιον ἐφ' ὕψους γίνεσθαι, τὸν δὲ στέφανον δύεσθαι ὄρθρον.*

9. *τῇ δὲ ἑξῆς, ἥτις ἐστὶ πρὸ τεσσάρων νωνῶν Ἰανουαρίων, ἐσχόλαζον διὰ τὰ ἱερὰ [διὰ] τὰ ἱπποδρόμια. οἱ δὲ πρὸ τῆς ἐπὶ τὴν ἱπποδρομίαν προόδου, συμπαρόντων αὐτοῖς τῶν ἀρχιερέων, ἐνήγιζον τοῖς δαίμοσιν, ἐπὶ δὲ τῶν ἀγυιῶν τὰ παρ' αὐτοῖς καλούμενα μιλιαρίσια τῷ πλήθει ἐπεδίδοσαν εἰς τιμὴν Σκιπίωνος· πρῶτος γὰρ αὐτὸς ἐπὶ τῆς ἑκατοστῆς ἐννάτης Ὀλυμπιάδος δι' ἔνδειαν χρυσίου τοῖς στρατιώταις τὰ μιλιαρίσια κατασκευάσας ἐπιδέδωκεν, Ἀννίβου τοῖς πράγμασιν ἐπικειμένου. καὶ μιλιαρίσια ἀπὸ τῆς μιλιτίας οἱονεὶ τῆς στρατιᾶς ὠνομάσθησαν. ὁ δὲ Δαρδάνιος ἐν τῷ*

4 *κακίας μᾶλλον* P, sicut legitur apud Isocratem. 9 *Σιβυλλίους* vulgo 17 *δαίμοσιν* Roetherus, ubi libri *δόγμασιν*.

cipes ex privatis, privati ex principibus, pauperes ex ditibus atque ex pauperibus opulenti, et celebres ex neglectis, clarissimi autem ex obscuris evadunt? peiores evadunt qui divitias immodice appetunt: divitiae enim pravitatis magis quam probitatis ministrae sunt, ut ait orator; et opinor his animadversis Platonem dixisse neminem fieri maximarum divitiarum dominum, nisi qui antea damnum cepisset animo.

8. Primo igitur, ut diximus, Kalendarum die edicebant sacerdotes ex Sibyllinis oraculis, pro sanitate oportere omnes a primo mane ante omnem ceterum victum gustare merum (vinum) ad averruncandam podagram. sciendum autem Kalendarum die solem in summo statu esse, et Coronam occidere mane.

9. Die postero, qui est a. 4 Nonas Ianuarias, ferias agebant propter Equiriorum solennia. illi autem antequam ad certamen equestre prodirent, praesentibus una pontificibus, sacra faciebant Manibus, in viis autem miliarisia, quae apud ipsos dicebantur, plebi largiebantur, in honorem Scipionis: primus enim ille Olympiade centesima nona ob auri inopiam militibus miliarisia ab ipso confecta attribuit, Hannibale rebus imminente. et miliarisia a militia dicta sunt: Dardanius autem in libro De

περὶ σταθμῶν χιλίων ὀβολῶν λέγει πάλαι γενέσθαι τὸ μιλιαρίσιον, καὶ ἀπὸ τῆς χιλιάδος τῶν ὀβολῶν οὕτως ὀνομασθῆναι.

10. *Μετ' αὐτὴν βοτὰ πούβλικα ὡσανεὶ δημόσιαι εὐχαί. καὶ ἀδεῶς τὸ πλῆθος ἀπέσκωπτεν εἰς τοὺς ἄρχοντας οὐ ῥήμασιν ἀλλὰ καὶ σχήμασιν ἐπὶ τὸ γελοιῶδες ἔχουσι. τοῦτο δὲ ἔπραττον εἰς τιμὴν ἐλευθερίας, καὶ οἱ ἄρχοντες ἐνεδίδοσαν ὡσανεὶ νόμῳ τῇ συνηθείᾳ παραχωροῦντες. καὶ ἀνέφερον τὴν οἰωνοσκοπίαν οἱ ὕπατοι* p. 63 *τοῖς αὐτοκράτορσι, δι' ἧς ἐγινώσκετο ποταπὸς ἄρα ἔσται ὁ ἐνιαυτός. εἰ μὲν γὰρ συνέβη ἡμέρᾳ ἡλίου συνδραμεῖν τὴν ἑορτὴν τῶν καλανδῶν, πολέμους καὶ ἀρχόντων διαφθορὰς καὶ τῶν ὑπηκόων δι' αὐτοὺς διχονοίας ἀνέμενον, τοὺς δὲ ξηροὺς καρποὺς ἀφθόνους καὶ φήμας παραδόξους· εἰ δὲ σελήνης, τοιαῦτα μὲν οὐκέτι, φθορὰν δὲ βρεφῶν καὶ σπάνιν τῶν ἐπιτηδείων ἔαρ τε ψυχρόν, τὰ δ' ἀκρόδρυα δαψιλῶς ἐπιδώσειν· εἰ δ' Ἄρεος, ἐμπρησμοὺς μὲν καὶ νόσους, οἴνου δὲ καὶ ἐλαίου καὶ ὀσπρίων ἀφθονίαν, καὶ στάσιν ἐμφύλιον· ὅταν δὲ Ἑρμοῦ, φθορὰν μὲν νηπίων καὶ νόσους ἐκ ῥύσεως γαστρός, καὶ ταῖς μέσαις ἐν ἡλικίᾳ γυναιξὶ φθοράν, καὶ λιμὸν ἀπευκταῖον καθόλου. ἐν γὰρ τῇ Διὸς ἡμέρᾳ ἐμπιπτούσης τῆς τῶν καλανδῶν ἑορτῆς πάντα μὲν ἀγαθὰ ἐδίδοτο προσδοκᾶν, χιονώδη δὲ καὶ ὑετώδη τὸν καιρόν, ὡς μηδὲ τοὺς ποταμοὺς ταῖς οἰκείαις ἀρκεσθῆναι κοίταις. ἐπὶ δὲ τῆς ἕκτης, ἥτις Ἀφροδίτης εἶναι νομίζεται, τοῖς μὲν ἄρχουσι θόρυβον, τοῖς δὲ καρποῖς ἐπίδοσιν, καὶ τοῖς κοινοῖς πολέμους βαρεῖς φθοράν τε ἀνθρώπων*

8 ἔσται] εἴη P. 17 γαστρῶν P.

ponderibus mille obolis olim constitisse dicit miliarisium et a mille obolorum numero ita nominatum fuisse.

10. Post eum diem vota publica. et impune plebs illudebat magistratibus non dictis, verum etiam gestibus ad risum movendum spectantibus. hoc autem faciebant in honorem libertatis, et magistratus permittebant, cedentes, tanquam legi, consuetudini. et referebant de auguriis consules ad imperatores, ex quibus cognoscebatur qualis fere annus esset futurus. si enim contigerat ut in diem solis inciderent Kalendarum feriae, bella et magistratuum caedes et civium propter eos dissensus exspectabant, largos autem fructus aridos et rumores insperatos; si in lunae, talia quidem non amplius, sed interitum infantium et inopiam victus verque frigidum, fructuum autem testaceorum largum proventum; si in Martis, incendia et morbos, vini autem et olei atque leguminum copiam et seditionem intestinam; si vero in Mercurii, interitum infantium et morbos ex ventris fluxu, et mediae aetatis mulieribus mortem et famem exsecrandam universe. in Iovis enim diem incidentibus Kalendarum feriis omnia fausta exspectare licebat, nivosam autem et pluviam tempestatem, ut neque fluvii suis arcerentur alveis; sexto autem, qui Veneris esse putatur, magistratibus tumultum, fructibus autem incrementum et rei publicae bella gravia interitumque hominum, et praecipue iuventutis, exspe-

καὶ διαφερόντως τῆς νεολαίας ἀνέμενον. κατὰ δὲ τὴν ἑβδόμην χειμῶνα πάντως (καὶ γὰρ ψυχρὸς ὁ Κρόνος) εὐετηρίαν τε ὅσην, ἐπεὶ ἔφορος τῶν καρπῶν αὐτὸς εἶναι ὑπείληπται, νόσους τε καὶ κινδύνους, καὶ ἀνέμους τῷ θέρει, καὶ χαλάζης ἐπιφορὰν περὶ τὸν καρκῖνον, καὶ φήμην τοῖς πράγμασιν ἀδόκητον οἰωνίζοντο.

p. 64 **11.** *ὅτι δὲ ἐμφερὴς κατά τινα δύναμιν τῷ μαγνήτῃ ὁ σίδηρος, εὐμαρὲς ἰδεῖν· ὁ γὰρ ἐξ αὐτοῦ μεταλλευθεὶς σίδηρος οὐδὲν ἧττον τὸν ἐξ ἄλλης μεταλλευθέντα σίδηρον, εἰς ὃν μετακινεῖται, μεταφέρει· πλὴν εἰ μὴ χυλῷ κρομμύων ἀλιφῇ, ὡς τοῖς φυσικοῖς δοκεῖ. αὖθις δὲ τραγείῳ αἵματι χριόμενος ὁ μαγνήτης τὴν ἑλκτικὴν ἀναδέχεται δύναμιν.*

12. *περὶ τοῦ πεπέρεως ὁ Μάξιμός φησι "φυτόν ἐστι πρῶτον μὲν ἀνάκανθον, φυτουργούμενον δὲ ὡς ἄμπελος ἀναδενδρὰς ἢ ὑπὸ χάρακα, φέρον δὲ τὸν καρπὸν βοτρυώδη ὅμοιον τερεβίνθῳ, τὸ δὲ φύλλον κισσοειδές, ὑπόμακρον. φυτευόμενον δὲ τριετὲς ἄρχεται καρποφορεῖν, θνήσκει δὲ ὀκταετές. τρυγηθὲν δὲ οὐ φρυγόμενον μελαίνεται, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ ἐν τῷ ἡλίῳ διατίθεσθαι, ὅθεν συμβαίνει τὸ σκιόψυκτον λευκὸν διαμένειν."*

13. *Τῇ πρὸ δεκαοκτὼ καλανδῶν Φεβρουαρίων ἀνεμομα-*
p. 65 *χίαν ὁ Βάρρων λέγει γίνεσθαι, Δημόκριτος δὲ τὸν λίβα μετὰ ὄμβρου φησὶ γίνεσθαι.*

οἱ φιλόσοφοί φασι Διοσκόρους εἶναι τὸ ὑπὸ γῆν καὶ ὑπὲρ γῆν ἡμισφαίριον· τελευτῶσι δὲ ἀμοιβαδὸν μυθικῶς οἱονεὶ ὑπὸ

4 *χαλάζῃ* apud S. 8 *ὃν* Roetherus: apud S *ὅ* 9 *εἰ μὴ — ἀλιφῇ*] libri *εἴκει — ἀλοιφῇ*. 17 *ὅθεν* om P.

ctabant; septimo autem hiemem omnino (frigidus enim Saturnus) fertilitatemque quam maximam, quandoquidem praeses frugum ille esse putatur, morbosque et pericula et ventos aestate, grandinisque impetum circa Cancrum, et rumorem rebus insperatum augurabantur.

11. Simile autem vi quadam ferrum esse magneti facile est ad intelligendum: effossum enim ex eo ferrum nihilo minus ex alio lapide effossum ferrum, ad quod transmovetur, alio transfert, at vero cedit unguento ex caeparum succo confecto, ut physicis videtur; rursus autem cruore hircino si ungitur magnes, attrahendi vim recipit.

12. De pipere Maximus dicit "Arbor est primum non aculeata, quae colitur ut vitis, ad alias arbores alligata vel sub palo, et fructum fert racemosum similiter ac terebinthus; folium est hederae simile, oblongum; si autem seritur, post triennium fructus ferre incipit, octavo autem anno moritur; decerptum autem piper non torrendo nigrum fit, sed ponendo in sole, unde fit ut illud, quod in umbra siccatum est, maneat album."

13. A. d. 18 kalendas Februarias ventorum pugnam Varro ait fieri, Democritus autem Africum cum pluvia ait exoriri.

Philosophi Dioscuros dicunt esse terrae hemisphaerium inferius atque

τοὺς ἀντίποδας ἐξ ἀμοιβῆς φερόμενοι. οἱ δὲ περὶ Ἐπιμενίδην ἄρρενα καὶ θήλειαν ἐμύθευσαν τοὺς Διοσκόρους, τὸν μὲν αἰῶνα ὥσπερ μονάδα, τὴν δὲ φύσιν ὡς δυάδα καλέσαντες· ἐκ γὰρ μονάδος καὶ δυάδος ὁ πᾶς ζωογονικὸς καὶ ψυχογονικὸς ἐξεβλάστησεν ἀριθμός.

ἰστέον δὲ κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν τοὺς ἐρίφους δύεσθαι καὶ τροπὴν γίνεσθαι κατὰ Φίλιππον.

14. Πρὸ δεκαπέντε καλανδῶν Φεβρουαρίων ὁ Δημόκριτος λέγει δύεσθαι τὸν δελφῖνα καὶ τροπὴν ὡς ἐπὶ πολὺ γίνεσθαι. πρὸ δεκατριῶν καλανδῶν Φεβρουαρίων ὁ μὲν Εὐκτήμων τὸν καρκῖνον δύεσθαι, ὁ δὲ Κάλλιππος τὸν ὑδροχόον ἀνίσχειν λέγει (ὃν Δευκαλίωνα Ἵππαρχος καλεῖ) βήσσαις καὶ χαράδραις τῶν ὀρῶν. πρὸ δεκαδύο καλανδῶν Φεβρουαρίων Εὔδοξος τὸν ὑδροχόον ἀνίσχειν λέγει. πρὸ δεκαμιᾶς καλανδῶν Φεβρουαρίων τὸν ἥλιον ἐν ὑδροχόῳ γενέσθαι ὁ Καῖσαρ λέγει, ὁ δὲ Εὔδοξος ἀνίσχειν αὐτὸν καὶ βροχὰς σημαίνειν. τῇ δὲ πρὸ δέκα καλανδῶν Φεβρουαρίων ὁ Δημόκριτος ἄνεμον λίβα πνεῦσαι λέγει.

15. τὸν Δομετιανὸν δεσπότην ἐκάλουν, ἀλλ' οὐ βασιλέα, διὰ τὸ τυραννικὸν αὐτοῦ.

16. τὴν Ἥραν ἔνιοι τῶν φυσικῶν τὸ ὕδωρ εἶναι ἀξιοῦσι, p. 66
τὸν δὲ Δία τὸ πῦρ, μίξει δὲ ὑγρότητος τίκτεσθαι τοὺς καρπούς. ἀλλὰ καὶ σελήνην αὐτὴν θεολογοῦσιν οἷα ἐπὶ τῆς ὑγρᾶς οὐσίας τεταγμένην. καὶ τὸν Ἄρεα ἐξ αὐτῆς τεχθῆναι λέγουσιν ἀντὶ τοῦ

2 ἐμυθεύσαντο P.

superius; moriuntur autem alternis ex fabula, velut sub antipodas per vices feruntur. Epimenides autem marem et feminam esse Dioscuros per fabulam docuit, vocato hoc aevo, tanquam monade, illa natura, velut dyade: ex monade enim ac dyade omnis animantium animarumque generationem efficiens numerus natus est.

sciendum autem hoc die Haedos occidere et conversionem fieri auctore Philippo.

14. A. d. 15 kalendas Februarias Democritus ait occidere Delphina et conversionem ut plurimum fieri. a. d. 13 kalendas Februarias Euctemon Cancrum occidere, Callippus autem Aquarium oriri ait (quem Deucalionem Hipparchus dicit) convallibus et faucibus montium. a. 12 kal. Febr. Eudoxus Aquarium oriri ait. a. 11 kal. Febr. solem in Aquario esse Caesar ait, Eudoxus autem oriri eum et pluvias significare. a. 10 autem kal. Febr. Democritus Africum ventum flare dicit.

15. Domitianum dominum vocabant (neque vero regem) propter ipsius ingenium tyrannicum.

16. Iunonem nonnulli physicorum aquam esse censent, Iovem ignem; mixtione autem humoris nasci fructus. verum etiam lunam illam esse iuxta theologiam aiunt, utpote supra humidam substantiam constitutam;

ταῖς συνθλίψεσι τῶν νεφελῶν τὸ ἀέριον καὶ δραστικὸν πῦρ. καὶ ταῶνα τὸν ὄρνιθα τοῖς ἱεροῖς τῆς Ἥρας οἱ φυσικοὶ διδόασιν οἱονεί, τὸν ἀστερωπὸν ἀέρα ἤτοι οὐρανόν.

17. οἱ μὲν Ἀθηνᾶν τὴν ψυχὴν εἶπον, τριτογένειαν δὲ αὐτὴν διὰ τὸ τρεῖς εἶναι τὰς ἐνεργείας τῆς ψυχῆς· οἱ δὲ Ἀθηνᾶν τὸν ἀέρα, τριτογένειαν δὲ αὐτὴν διὰ τὸ τρισὶ μεταβολαῖς ἀλλοιοῦσθαι τὸν ἀέρα, εἰς ἔαρ δηλονότι θέρος τε καὶ χειμῶνα, γλαυκῶπιν δὲ διὰ τὸ τὴν τοῦ ἀέρος ὄψιν ἔγγλαυκον εἶναι. Περσέα δὲ τὸν ἥλιον καὶ Γοργόνα τὴν ἡμέραν ἐκ τοῦ τάχους οἷον εἰπεῖν, ὅτι διὰ τοῦ ἀέρος ὁ ἥλιος ἀποτρέχων ἀποτέμνει τὰς ἡμέρας, ὑπὸ τῆς Ἀθηνᾶς οἱονεὶ τῆς προνοίας τὴν ἅρπην (ἀντὶ τῆς ὀξύτητος) λαβών· καὶ διὰ τοῦτο ἐν τοῖς ὡρολογίοις ἔθος ἐγγλύφεσθαι Γοργόνα ἀντὶ τοῦ τὴν ἡμέραν.

ὑγεία ἐστὶν ἡ τῶν ἐναντίων ποιοτήτων κατὰ τὸν σωστικὸν λόγον ἐπικρατοῦσα δύναμις.

p. 67 18. Οὔλπιος ἐκαλεῖτο ὁ Τραϊανὸς κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς προσηγορίαν, κρινῖτον δὲ αὐτὸν οἱονεὶ εὐπλόκαμον τοῖς Ῥωμαίοις ἐδόκει καλεῖν διὰ τὴν περὶ τὰς τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ τρίχας σπουδήν. καὶ τὸ μὲν σῶμα ἦν βραχύς, τὰ δ' ἄλλα ἀγαθὸς τὸν τρόπον ἐν συνασκήσει ὅπλων τε καὶ γυμνασίᾳ σώματος, οὐκ εὐγενοῦς τυγχάνων φαμιλίας· τριβοῦνος γὰρ ἦν πρότερον ἤγουν φύλαρχος. συναισθανόμενος δὲ ὡς ἐραστής ἐστιν ὁ Νερβᾶς ὁ καλούμενος τοῦ ὄντος αὐτῷ προαστείου (καὶ γὰρ ὅμοροι μᾶλλον περὶ τὴν κτῆσιν

5 διὰ τὸ — 6 αὐτὴν om P. 7 δῆλον vulgo. 8 τὸ vulgo om 10 ἀπό? 22 νερούας τὸ κεφάλαιον τοῦ P.

et Martem ex ea natum dicunt, pro compressionibus nubium ignem aërium atque efficacem; et pavonem avem sacris Iunonis physici attribuunt, velut stellis distinctum aërem, id est caelum.

17. Alii Minervam animam dixere, Tritoniam autem ipsam propterea quod tres sunt animi facultates; alii Minervam aërem, Tritoniam autem ipsam, quod tribus mutationibus variatur aër, in ver videlicet atque aestatem hiememque; caesiis oculis praeditam propterea quod aëris facies caerulea est. Perseum autem solem et Gorgonem diem, ex velocitate, ut dicat aliquis, quoniam per aërem decurrens sol abscindit dies, postquam a Minerva (velut providentia) falcem (pro velocitate) accepit; quam ob causam in horologiis Gorgo insculpi solet, pro dies. —

Sanitas est contrariarum qualitatum secundum rationem servatricem praevalens vis.

18. Ulpius nominabatur Traianus ex patris nomine; Crinitum autem eum (tanquam pulchram comam habentem) Romanis videbatur nominare propter curam circa capitis ipsius crines. et corpore fuit brevi, ceterum bonis moribus in armorum usu atque exercitatione, cum non nobili ortus esset familia: tribunus enim ante fuerat. sentiens autem Nervam, qui nominabatur, suburbani, quod ipsi erat, esse amantem (etenim proximi

ἀλλήλων ἐτύγχανον), συγγράψας αὐτίκα δωρεᾶς γραμματεῖον ἐπὶ τῷ προαστείῳ τῷ Νερβᾷ προσεκόμισεν· ὁ δὲ ἀγασθεὶς τὸν Τραϊανὸν εἰς υἱοθεσίαν ἔλαβεν. ἔνθα γίνεται αὐτῷ πάροδος ἐπὶ τὴν βασιλείαν, ἐπεὶ θᾶττον ὁ Νερβᾶς ἐτελεύτα. αἰσθόμενος δὲ ὅτι διεβάλλετο ἐπὶ οἰνοφλυγίᾳ, παντελῶς οἰνοποσίας ἀπείχετο. τὸ Ἀδραμύττειον, πόλιν Ἀσίας, ὁ Τραϊανὸς ἔκτισεν, ἀπὸ Ἀδραμύττου τοῦ ἀδελφοῦ Κροίσου· ὄνομα δὲ αὐτῇ τὸ πάλαι Ὑποπλάκιοι Θῆβαι.

19. ὅτι μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν; λέγει κύριος. πλήρης εἰμί· ὁλοκαυτώματα κριῶν καὶ στέαρ ἀρνῶν καὶ αἷμα ταύρων καὶ τράγων οὐ βούλομαι, οὐδ' ἂν ἔρχησθε ὀφθῆναί μοι· τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; πατεῖν τὴν αὐλήν μου οὐ προσθήσεσθε. ἐὰν φέρητε σεμίδαλιν, μάταιον θυμίαμα, βδέλυγμά μοί ἐστι. τὰς νουμηνίας ὑμῶν καὶ τὰ σάββατα καὶ ἡμέραν μεγάλην [κλητὴν] οὐκ ἀνέχομαι· νηστείαν καὶ ἀργίαν καὶ τὰς p. 68 νουμηνίας ὑμῶν καὶ τὰς ἑορτὰς ὑμῶν μισεῖ ἡ ψυχή μου. ἐγενήθητέ μοι εἰς πλησμονήν.

ΦΕΒΡΟΥΑΡΙΟΣ.

20. Τῷ Φεβρουαρίῳ μηνὶ ἀπὸ Φεβρούας, θεᾶς οὕτω προσαγορευομένης, τὸ ὄνομα γέγονεν· Φεβρούαν δὲ ἔφορον καθαρτικὴν τῶν πραγμάτων οἱ Ῥωμαῖοι παρέλαβον. Ἀνύσιος δὲ ἐν τῷ

5 παντελοῦς vulgo 6 Ἀδραμύττειον et mox Ἀδραμύττου Hasius: libri Ἀτραμύττειον et Ἀτραμύττου. 9 Τί Iesaias 1 11. 10 εἰμὶ ὁλοκαυτωμάτων P. 14 σάββατα μισεῖ ἡ ψυχή μου καὶ P.

inter se circa possessionem erant), scriptum statim donationis libellum pro suburbano ad Nervam attulit; qui admiratus Traianum filium adoptavit. inde fit ei aditus ad regnum, postquam brevi Nerva defunctus est vita. cum autem se argui sensisset vinolentiae, omni vini potione abstinuit. Adramytteum, urbem Asiae Traianus condidit, ab Adramytto Croesi fratre nuncupatum: nomen autem illi antiquitus Hypoplaciae Thebae.

19. Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum, dicit dominus: plenus sum; holocausta arietum et adipem agnorum et sanguinem vitulorum et hircorum nolui, nec cum veneritis ante conspectum meum: quis enim quaesivit haec de manibus vestris? ambulare in atriis meis ne pergatis. si offeratis similam, sacrificium frustra incensum abominatio est mihi. neomenias vestras et sabbata et diem magnum [qui dictus est] non fero: ieiunium vestrum et cessationem ab operibus et neomenias vestras odit anima mea. facti mihi estis molesti.

FEBRUARIUS.

20. Februario mensi a Februa, dea quae ita vocatur, nomen factum est: Februam autem praesidem rerum purgandi vim habentem Romani acceperant. Anysius autem in libro De mensibus Februum inferum esse

περὶ μηνῶν Φεβροῦον τὸν καταχθόνιον εἶναι τῇ Θούσκων φωνῇ λέγει, καὶ θεραπεύεσθαι πρὸς τῶν Λουπερκῶν ὑπὲρ ἐπιδόσεως τῶν καρπῶν. ὁ δὲ Λαβεὼν ἀπὸ τοῦ πένθους λέγει κληθῆναι τὸν Φεβρουάριον· φέβερ γὰρ παρὰ Ῥωμαίοις τὸ πένθος προσαγορεύεται, κατ' αὐτὸν δὲ τοὺς κατοιχομένους ἐτίμων. ἀλλὰ μὴν καὶ φεβρουᾶρε τὸ καθᾶραι τὰ ποντιφικάλια βιβλία καλεῖ, Φέβρον τὸν Πλούτωνα.

τὸν Φεβρουάριον μῆνα Ἥρᾳ ἀνατεθῆναι ἀξιοῦσι διὰ τὸ τὴν Ἥραν παρὰ τοῖς φυσικοῖς δοκεῖν εἶναι τὸν ὕπτιον ἀέρα· ὁ δὲ καθαρμὸς ἄντικρυς τῷ ἀέρι ἁρμόδιος. οὐ μόνον δὲ Φεβρουάριος ἀλλὰ καὶ Φεβρουάτος λέγεται, διὰ τὸ τὴν τούτου ἔφορον, καὶ Φεβρουάταν καὶ Φεβρουάλεμ, τοῖς ἱεροῖς ἀναφέρεσθαι.

p. 69 21. *Οἱ τὴν φυσικὴν ἱστορίαν συγγράφοντές φασι σπέρμα τῇ μήτρᾳ καταβαλλόμενον ἐπὶ μὲν τῆς τρίτης ἡμέρας ἀλλοιοῦσθαι εἰς αἷμα καὶ πρώτην διαζωγραφεῖν τὴν καρδίαν, ἥτις πρώτη μὲν διαπλάττεσθαι τελευταία δὲ ἀποθνήσκειν λέγεται (εἰ γὰρ ἀρχὴ ἀριθμῶν ὁ τρεῖς, περιττὸς δέ ἐστιν ἀριθμός, ἄρα καὶ ἀρχὴ γενέσεως ἐξ αὐτοῦ), ἐπὶ δὲ τῆς τεσσαρακοστῆς εἰς ὄψιν τελείαν καὶ διατύπωσιν ἀποτελεῖσθαι καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν τέλειον ἄνθρωπον. καὶ ἐπὶ τοῦ τρίτου μηνὸς ἐγκινεῖσθαι νηχόμενον τῇ μήτρᾳ, ἐπὶ δὲ τοῦ ἐννάτου μηνὸς παντελῶς ἀπαρτίζειν καὶ πρὸς ἔξοδον σπεύδειν. καὶ εἰ μέν ἐστι θῆλυ, κατὰ τὸν ἔννατον, εἰ δὲ κρεῖττον, κατὰ τὸν δέκατον ἀρχόμενον, διὰ τὸ τὸν μὲν ἐννέα ἀριθμόν, θῆλυν ὄντα καὶ σελήνης οἰκεῖον, πρὸς τὴν ὕλην ἀναφέρεσθαι, τὸν δὲ δέκα*

11 *τὸ* add Roetherus. 23 *ἐννέα* — 24 *δέκα*] vulgo *ἔννατον* — *δέκατον*.

Thuscorum lingua ait, et coli a Lupercis pro fructuum incremento. Labeo autem a luctu ait nominatum Februarium: feber enim apud Romanos luctus dicitur, illo autem mense mortuos (i. e. Manes) colebant. verum etiam februare purgare libri pontificales vocant, Februum Plutonem.

Februarium mensem Iunoni consecratum putant, propterea quod Iuno physicis videtur esse aër supinus (i. e. inferior): purgatio autem plane aëri convenit. non solum autem Februarius, verum etiam Februatus dicitur, propterea quod huius mensis praeses, et Februata et Februalis, sacris celebratur.

21. Naturalis historiae scriptores aiunt semen, quod in matricem (s. uterum) iniicitur, tertio die mutari in sanguinem, et primum pingere (s. effingere) cor, quod primum quidem formari, postremum autem emori dicitur (si enim principium numerorum ternarius numerus est, impar autem est numerus, etiam principium generationis ex ipso fit); quadragesimo autem in speciem perfectam ac formam perfici, et ut paucis dicam, perfectum hominem. et tertio mense moveri natantem in utero, nono autem mense omnino absolvi atque ad exitum properare. atque si feminei sexus (partus) est, nono, si autem praestantior, ineunte decimo, propterea quod nonarius numerus, qui femineus est et Lunae proprius, ad materiam re-

παντέλειον εἶναι καὶ ἄρρενα. θῆλυ δὲ καὶ ἄρρεν γίνεται κατὰ τὴν τοῦ θερμοῦ ἐπικράτειαν· πλεονάζοντος μὲν τοῦ κατὰ τὸ σπέρμα θερμοῦ, ἅτε τῆς πήξεως ταχείας γινομένης, ἀρρενοῦταί τε, καὶ καταγωνιζομένου θηλύνεται, βράδιον δὲ πηγνύμενον βράδιον καὶ μορφοῦται. ὅτι δὲ ἀληθὴς ὁ λόγος, τὰ μὲν ἄρρενα καὶ τῶν τεσσαράκονθ᾽ ἡμερῶν ἐντὸς ἐκτιτρωσκόμενα μεμορφωμένα προπίπτει, τὰ δὲ θήλεα καὶ μετὰ τὰς τεσσαράκοντα σαρκώδη τε p. 70
καὶ ἀδιατύπωτα. μετὰ δὲ τὴν κύησιν ἐπὶ τῆς τρίτης τεχθὲν ἀποσπαργανοῦσθαι τὸ βρέφος φασίν, ἐπὶ δὲ τῆς ἐννάτης ἰσχυροποιεῖσθαι καὶ ἁφὴν ὑπομένειν, ἐπὶ δὲ τῆς τεσσαρακοστῆς προσλαμβάνειν τὸ γελαστικὸν καὶ ἄρχεσθαι ἐπιγινῶσκον τὴν μητέρα. ἐπὶ δὲ τῆς ἀναστοιχειώσεως τοὺς ἴσους ἀριθμοὺς αὖθις ἐξ ὑποστροφῆς παραφυλάττειν τὴν φύσιν, καὶ δι᾽ ὧν συνέστη, δι᾽ αὐτῶν αὖθις ἀναλύεσθαι. τελευτήσαντος γοῦν ἀνθρώπου ἐπὶ μὲν τῆς τρίτης ἀλλοιοῦται παντελῶς καὶ τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ὄψεως διαπόλλυσι τὸ σῶμα, ἐπὶ δὲ τῆς ἐννάτης διαρρεῖ σύμπαν, ἔτι σωζομένης αὐτῷ τῆς καρδίας· ἐπὶ δὲ τῆς τεσσαρακοστῆς καὶ αὕτη συναπόλλυται τῷ παντί. διὰ τοῦτο τρίτην ἐννάτην καὶ τεσσαρακοστὴν ἐπὶ τῶν τεθνηκότων φυλάττουσιν οἱ ἐναγίζοντες αὐτοῖς, τῆς τέ ποτε συστάσεως τῆς τε μετ᾽ ἐκείνην ἐπιδόσεως καὶ τὸ δὴ πέρας ἀναλύσεως ἐπιμιμνησκόμενοι.

1 ἄρρην apud S 4 καταγωνιζομένου Roetherus: apud S καταγωνιζόμενον. 6 τεσσαρακονθημέρων vulgo. ἐκτιτρωσκομένως libri: an ἐκτιτρωσκόμενα ὅμως? 11 ἐπιγινώσκειν P. 21 ἐπιμιμνησκόμενα apud S.

fertur, decimus autem perfectus est ac masculus. feminei autem et masculini generis fit, prout caloris maior minorve vis est: praevalente quidem eo calore qui in semine est, quippe cum coagulatio acceleretur, masculus redditur; qui ubi supprimitur, femineus fit. tardius autem quod coagulatur, tardius etiam formatur. verum autem a nobis dici (hoc indicio est), quod masculi partus etiam intra quadraginta dies, si per abortum expelluntur, formati excidunt, feminei autem etiam post quadraginta dies carnei et informes. post graviditatem autem tertio die prognatum infantem fasciis exsolvi dicunt, nono autem confirmari et tactum sustinere, quadragesimo autem assumere facultatem ridendi et incipere matrem agnoscere. in dissolutione autem eosdem rursus numeros retroversus sequi naturam, et quibus constet, iisdem rursus dissolvi. tertio igitur postquam mortuus homo est die corpus omnino commutatur, et facies eius agnosci amplius non potest; nono diffluit universum, cum ei adhuc servetur cor; quadragesimo autem hoc quoque una cum universo conficitur. propterea tertium nonum et quadragesimum in mortuis sequuntur diem qui iis parentant, et pristini ortus et eum secuti incrementi et vero postremo dissolutionis memores.

22. ὁ Κάμιλλος ὥρισεν ἀποκείρειν τοὺς πώγωνας ἐπ' ἄκρον, ὡς μὴ δράττεσθαι αὐτῶν τοὺς ἐναντίους, διὰ τὴν συμβᾶσαν πρότερον μάχην, ἐν ᾗ εἷλκον ἀλλήλους ἔκ τε τῶν λοφίων τῶν περικεφαλαιῶν καὶ ἐξ αὐτῶν μέντοι τῶν τοῦ πώγωνος τριχῶν.

23. ἐν τῇ πρὸς τὸν δῆμον ὡρατίωνι, οἱονεὶ προσφωνήσει.

p. 71 24. εἰδοῖς Φεβρουαρίαις. ἀπὸ ταύτης τῆς ἡμέρας ἀπὸ ὥρας ἕκτης διὰ τὰς τῶν κατοιχομένων χοὰς τὰ ἱερὰ κατησφαλίζοντο, καὶ οἱ ἄρχοντες ἐν σχήματι ἰδιωτῶν προῄεσαν ἄχρι τῆς πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν Μαρτίων. αἱ δὲ σώφρονες γυναῖκες (ματρώνας δὲ αὐτὰς οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν, οἱ δὲ Ἕλληνες οἰκοδεσποίνας) τοσοῦτον τῆς αἰδοῦς ἐφρόντιζον ὡς μηδὲ ταῖς πολλαῖς τῶν γυναικῶν ὁμιλεῖν, ἀλλὰ καὶ τόπους τινὰς ἡσυχίους ἐν τοῖς βαλανείοις ἔξω τοῦ πλήθους ἑαυταῖς ἀφορίζειν, οὓς ἔτι καὶ νῦν ματρωνίκια καλοῦσιν. αὗται τοίνυν αἱ σώφρονες τοῖς Βρούτου δαίμοσιν ἐνήγιζον δι' αἰτίαν τοιαύτην. Λουκρητία γυνή τις Ῥωμαία περιττῶς εὐπρεπής τε καὶ σώφρων λέγεται βιασθῆναί ποτε ὑπὸ Ταρκυνίου τοῦ τελευταίου τῶν ῥηγῶν ἢ τοῦ αὐτοῦ παιδός. σούπερβον δὲ αὐτὸν ἡ ἱστορία καλεῖ οἱονεὶ ἀλαζόνα· πρῶτος γὰρ αὐτὸς ὄργανα ποινῶν καὶ μέταλλα ἐξεῦρεν, ὅπως δὲ μὴ μαλάττοιτο τοῖς αἰκισμοῖς τῶν τιμωρουμένων, βοτάνην αὐτοῖς ἐπεδίδου ἣ γέλωτα ἐνεποίει παρὰ σκοπὸν τοῖς πάσχουσι· γίνεται δὲ καὶ νῦν ἐπὶ Σαρδοῦς τῆς νήσου ἡ τοιαύτη βοτάνη, ὅθεν καὶ Σαρδόνιον γέλωτά φασιν. ἔνθεν τὸν Ταρκύνιον σούπερβον ἀντὶ τοῦ ἀπηνῆ καὶ

17 cf. Suidas v. Σούπερβος.

22. Camillus instituit ut raderentur barbae summae, ne arriperent eas hostes, propter pugnam antea factam, in qua trahebant inter se ex cristis galearum et vero etiam ex ipsis barbae pilis.

23. In oratione ad populum, tanquam προσφωνήσει.

24. Idibus Februariis. ab hoc inde die, ab hora sexta, propter mortuorum libationes sacra instituebantur, et magistratus in plebeiorum habitu prodibant usque ad a. d. 8 kalendas Martias. feminae autem honestae (matronas eas Romani vocant, Graeci οἰκοδεσποίνας) usque adeo curae habebant pudicitiam, ut neque cum feminarum multitudine versarentur, verum etiam loca quaedam a turba vacua in balneis extra multitudinem sibi secernerent, quae etiam nunc matronicia vocant. hae igitur feminae honestae Bruti manibus parentabant hanc ob causam. Lucretiae feminae cuidam Romanae eximie formosae atque honestae vis olim illata esse dicitur a Tarquinio ultimo regum aut ab eius filio. Superbum autem eum historia vocat, velut ἀλαζόνα: primus enim ille instrumenta poenarum et metalla invenit; ut autem ne molliretur contumeliis eorum qui puniebantur, herbam iis dabat, quae risum movebat invitis iis qui afficiebantur poena (nascitur autem nunc quoque in Sardinia insula eiusmodi herba, unde et Sardonium risum dicunt). inde Superbum Tarqui-

ἀμὸν ἐκάλουν· οὐδὲν δὲ ἂν τέκοι μῖσος ὡς ταῦτα. ἐκείνη τοίνυν
ἡ Λουκρητία κρείττονα τὴν σωφροσύνην τῆς βασιλικῆς ὁμιλίας p. 72
ἡγησαμένη, καὶ οὐκ αὐτῆς μόνης ἀλλὰ καὶ ζωῆς αὐτῆς, μεταπεμψαμένη τοὺς ἑαυτῆς ἀφηγησαμένη τε τήν, εἴγε ἄρα ἐβούλετο, λανθάνειν δυναμένην ἁμαρτίαν, ἑαυτὴν παρόντων τῶν τῆς σωφροσύνης μαρτύρων ἀπέσφαξε. κινεῖται οὖν ὁ δῆμος πρὸς τοῦτο, καὶ τὸ μῖσος τοῦ τυράννου προσεποιεῖτο — — ὃς δραξάμενος καιροῦ ἡγεῖται τοῦ Ῥωμαϊκοῦ δήμου καὶ παρωθεῖται τῆς βασιλείας τὸν Ταρκύνιον. ἐτιμήθη οὖν, ὡς ἐλέγομεν, παρὰ ταῖς Ῥωμαίων γυναιξὶν ὁ Βροῦτος μετὰ θάνατον δημοσίῳ πένθει οἷα ἔκδικος τῆς σωφροσύνης· καὶ Βρούτας ἑαυτὰς ἠξίουν ὀνομάζεσθαι πρὸς τιμὴν Βρούτου.

25. βέρνακλον τὸν δημόσιον οἰκέτην οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν. ἐπειδὴ εἰς τρεῖς μοίρας ὁ Ῥωμαϊκὸς διήρητο δῆμος, τρίβους ἡ φυλὴ παρ' αὐτοῖς ὠνομάσθη καὶ τριβοῦνοι οἱ δήμαρχοι. φροντὶς δὲ ἦν αὐτοῖς τῆς ἱπποδρομίας, ὡς ἐπιτελοῖτο προσηκόντως· καὶ διὰ τοῦτο τριβοῦνος ἔτι καὶ νῦν ἡγεῖται τῶν βολουπτάτων (ἀντὶ τοῦ τῶν τέρψεων). τριῶν ἁρμάτων, καὶ οὐ τεττάρων, ἁμιλλωμένων ἐπὶ τῆς ἱπποδρομίας, οἱ μὲν ῥουσσάτοι, οἱονεὶ ἐρυθροί, οἱ δὲ ἀλβάτοι οἱονεὶ λευκοί, οἱ δὲ βίριδες οἱονεὶ ἀνθηροί· πρασίνους δὲ αὐτοὺς νῦν προσαγορεύουσι. καὶ οἱ μὲν ῥουσσάτοι ἠξίουν τοῦ Ἄρεος εἶναι, οἱ δὲ λευκοὶ τοῦ Διός, οἱ δὲ ἀνθηροὶ τῆς
Ἀφροδίτης. ὕστερον δὲ καὶ τὸ βένετον· βενέτους δὲ αὐτοὺς p. 73

17 βουλουπάτων V.

nium, pro saevum et crudelem, vocabant. nihil autem par genuerit odium atque haec. illa igitur Lucretia honestatem regia familiaritate praestantiorem rata, nec illa sola verum etiam vita ipsa, arcessitis suis atque commemorato suo delicto, quod, si quidem volebat, delitescere poterat, se ipsa, praesentibus pudicitiae testibus, interfecit. itaque movetur populus hoc facto, et odium tyranni simulabat — — qui arrepta occasione populo Romano se ducem praebet, et regno expellit Tarquinium. colebatur igitur, ut diximus, a Romanorum feminis Brutus post mortem publico luctu, tanquam vindex pudicitiae; et Brutas sese volebant nominari in honorem Bruti.

25. Vernaculum servum publicum Romani vocant. cum in tres partes populus Romanus distributus esset, tribus (Graecorum) φυλή apud eos dicta est, et tribuni δήμαρχοι. curabant autem certamen equestre, ut rite perageretur; atque hanc ob causam tribunus etiam nunc praeest voluptatibus. tribus curribus, neque quattuor, certantibus in certamine equestri, pars erant russati, pars albati, alii virides; porraceos autem nunc appellant. et russati volebant Martis esse, albi Iovis, floridi autem Veneris. postea vero venetus quoque (currus accedebat): venetos autem eos patrio sermone vocant, (quasi) ferreo colore tinctos (s. ferrugineos):

ἐπιχωρίως καλοῦσι — σιδηροβάφους· τὸ γὰρ παρ' ἡμῖν λεγόμενον καλλάϊνον χρῶμα Ῥωμαῖοι βένετον προσαγορεύουσιν. οἱ Γάλλοι τοίνυν ἴδιόν τινα τόπον ἐν τῷ ἱππικῷ θεωροῦντες ἐπλήρουν· καὶ Βενέτους αὐτοὺς ἐκ τῶν ἐσθημάτων ὠνόμαζον, καὶ Βενετίαν τὴν χώραν, διὰ τὸ μηδένα ποτὲ κατ' ἐκείνην εὐπορῆσαι στολῆς. διὰ δὲ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἐποίησαν τέσσαρας τοὺς ἀγῶνας· τὸ ἀνθηρὸν ἀντὶ πυρός, εἰς τὴν τῆς Ῥώμης τιμήν (Φλῶραν δὲ αὐτὴν ὠνόμαζον, ὥσπερ ἡμεῖς Ἄνθουσαν), δεύτερον τὸ λευκὸν διὰ τὸν ἀέρα, τρίτην τάξιν Ἀρεϊ, καὶ τετάρτην, ἄρτι προσληφθεῖσαν, Κρόνῳ ἢ Ποσειδῶνι· ἑκατέροις γὰρ τὸ κυανοῦν προσνενέμηται.

26. καθάπερ ἐν τῇ μήτρᾳ τυγχάνον τὸ βρέφος οὐ δεῖται ἑτέρας τροφῆς, ἀλλ' ἐξ αἵματος εἰλικρινοῦς τρέφεται, οὕτως οὐδὲ τοῖς τελευτήσασι κατὰ τὸν πρότερον, ὡς ἐλέγομεν, ἐνιαυτὸν ἐπεχόαζον, ὥσπερ ἐν μήτρᾳ παρὰ τῇ φύσει λανθάνουσιν. αἱ γὰρ
p. 74 χοαὶ παραψυχή τις εἰσεφέρετο τοῖς εἰδώλοις τῶν τετελευτηκότων, γάλα αἷμα καὶ οἶνος καὶ σεμίδαλις καὶ κόγχος καὶ ἕτερά τινα. χοὰς δὲ αὐτὰς ὠνόμαζον ἐκ τοῦ ἐπεχχεῖσθαι τοῖς τάφοις. σώζεται δὲ καὶ νῦν ἴχνος· ἐν γὰρ τοῖς ἱεροῖς ἄρτον καὶ οἶνον προσφέρομεν.

ΜΑΡΤΙΟΣ.

27. Οἱ μυθικοί φασιν, ὁ Ζεὺς συνελθὼν τῇ ἀδελφῇ Ἥρᾳ ἔτεκεν Ἄρεα, οἱονεὶ ὁ αἰθὴρ συναπτόμενος τῷ ἀέρι ἀποθλίβει

1 ἐπιχωρίους apud S.

qui enim apud nos καλλάϊνος dicitur color, eum Romani venetum appellant. Galli igitur proprium locum in certamine equestri spectantes complebant; et Venetos eos ex vestitu nominabant, et Venetiam regionem, propterea quod nemo unquam in illa copiam habet vestimenti. ob quattuor autem elementa quattuor fecerunt certamina, floridum pro igni, in honorem Romae (Floram autem eam vocabant, ut nos Ἄνθουσαν); secundum album, propter aërem; tertiam factionem Marti, et quartam, nuper additam, Saturno aut Neptuno: utrique enim caeruleus color dicatus est.

26. Quemadmodum in utero dum est infans non indiget alio nutrimento, sed ex sanguine puro nutritur, ita neque defunctis primo, ut diximus, anno inferias afferebant, quasi in utero Naturae latentibus. inferiae enim tanquam aliquod solatium afferebantur Manibus defunctorum, lac, sanguis et vinum atque similago et concha et alia quaedam. χοάς autem eas vocabant ἐκ τοῦ ἐπεχχεῖσθαι (i. e. ab insuper effundendo). exstat autem etiam nunc vestigium: in sacris enim panem et vinum sumimus.

MARTIUS.

27. Mythici tradunt: Iuppiter ex concubitu cum Iunone sorore genuit Martem, velut aether cum aëre coniunctus excutit aëreum ignem.

τὸ ἀέριον πῦρ. οἱ δὲ φυσικοὶ Ἄρεα μὲν οὐχ ὡς οἱ γραμματικῶν
παῖδες ἐκ τῆς ἄρσεως καὶ ἀναιρέσεως αὐτὸν ὀνομασθῆναί φασιν,
ἀλλ' ἐκ τοῦ ἀρήγειν καὶ συλλαμβάνειν τοῖς κατὰ βίαν καὶ μάχην
συμπτώμασιν, ἢ ὡς ἀρκτικὸν καὶ μεταβολῆς αἴτιον (διδόασι δὲ
αὐτῷ ὕψωμα τὸν αἰγόκερων)· ἢ Ἄρεα τὸν παρ' ἀρρένων καὶ μό-
νων τιμώμενον, ἢ ἐκ τοῦ μάρνασθαι. ὁ Ἄρης χαλκοῦ καὶ σιδή-
ρου εὑρετὴς ἐγένετο. τὴν δὲ Ἀφροδίτην οἱ φυσικοὶ ποτὲ μὲν αὐτῷ p. 75
ποτὲ δὲ Ἡφαίστῳ συνάπτουσιν, οἱονεὶ τῇ ὑγρᾷ οὐσίᾳ τὴν πυρώδη,
ἐξ ὑγροῦ δήπουθεν καὶ θερμοῦ προϊέναι τὴν γένεσιν αἰνιττόμενοι·
ἢ καὶ ἐπειδὴ κοινὸς αὐτοῖς ὁ σκορπίος, Ἄρεος μὲν τοῦ κέντρου,
τῶν δὲ χηλῶν Ἀφροδίτης. ἀποστρέφεται δὲ ὥσπερ κατὰ τὸν
μῦθον Ἀφροδίτη τὸν Ἄρην, ἐπειδὴ ὁ χειμὼν ἀκολουθεῖ τῷ τοῦ
Ἄρεος ἰδίῳ καταστήματι, ἡ δὲ Ἀφροδίτη εὔκρατος. ὥστε ἐναν-
τίως ἔχουσι πρὸς ἑαυτούς, ἀλλ' οὐ καθόλου· καὶ γὰρ ἀλλήλοις
κατὰ τὸ τοῦ καιροῦ προσεχὲς συνάπτεσθαι δοκοῦσι· μετὰ γὰρ
χειμῶνα τὸ ἔαρ ἀναφέρεται. θεραπεύεται δὲ ὁ Ἄρης ἤχοις ὅπλων
καὶ σάλπιγξι, καὶ διὰ τοῦτο αὐτῷ τὴν πρώτην ἑορτὴν ἐπετέλουν
οἱ Ῥωμαῖοι, καλοῦντες αὐτὴν ἁρμιλούστριον, οἱονεὶ καθαρμὸν
ὅπλων, μὴ χείματος, μὴ ἑτέρας τινὸς περιστάσεως εἰργούσης τὴν
κίνησιν τῶν ὅπλων ἐπὶ τῷ τοῦ Ἄρεος πεδίῳ. ὄνομα δὲ αὐτῷ κατ'
Αἰγυπτίους Πυρόεις, ὅθεν καὶ Ξανθικὸς παρὰ Μακεδόσιν. Ἕλ-
ληνες δὲ αὐτόν, ὡς εἴρηται, Ἄρεα ἐκ τῶν πραγμάτων προσηγορευ-

8 δὲ add Roetherus.

munt igitur principum maiestatem pravi adulatores, ignorantia morem, quo ipsi primi servorum sint, inducentes. quod verum esse ex his etiam colligere licet. Augustus aliquando, vel fortasse Tiberius, qui illi successit, ab adulatorum uno dominus appellatus, surrexit dimisitque concionem, indignum se, ut aiebat, reputans cum servis colloqui. verum cum iam antea ut honos ignominia introducta sit, mansuetissimi principis nostri modestia, quamvis moderatione omnes omnium temporum principes antecedat, et domini nomen veluti boni parentis patitur, non gaudens eo, sed verens potius ne qui venerari se arbitrentur reiicere videatur.

7. Iam ante Romulum insignia Latinorum regni erant thronus cancellatus et vestis, quam ipsi trabeam dicunt; quae qualis fuerit, paulo post dicetur. unde vates Romanus, in libro septimo Aeneidos, Latini regiam describens throni et trabeae meminit. at Romulo corona insuper erat, sceptrumque in summo aquilam gerens, et penula alba, talaris, ab humeris in anteriori parte ad pedes pannis purpureis virgata (nomen autem penulae toga, id est tegumentum, idque per antistichum a tegere: sic enim Latine τὸ σκέπειν dicitur), et calceamentum puniceum, cui nomen cothurnus, secundum Cocceianum. eratque haec toga pacis tem-

σχῆμα τῆς λεγομένης τόγας αὐτῷ τε τῷ λεγομένῳ ῥηγὶ τοῖς τε ὑπηκόοις ἐπ᾽ εἰρήνης· ἡ μέντοι τραβαία μόνου τοῦ ῥηγὸς ἐτύγχανε παρατοῦρα, οἱονεὶ στολὴ ἐπίσημος. χιτὼν δὲ ἦν καὶ περιβόλαιον ἡμικύκλιον, ὃ πρῶτον Ἀγαθοκλέα τὸν Σικελίας τύραννον ἐξευρεῖν λόγος. τὸν δὲ θρόνον σόλιον ἐπιχωρίως ὠνόμαζον ἀντὶ τοῦ σελλίον κατ᾽ ἀντίστοιχον, ὥς φησιν ὁ Ῥωμαῖος Ἄσπρος. ἢ καὶ ἄλλως σόλιον ἀντὶ τοῦ σόλιδον ἐκάλουν, οἱονεὶ ὁλόκληρον· στέλεχος γὰρ ἁδρὸν εἰς κυτίδα καὶ καθέδρας τύπον ἐξορύττοντες ἀπετέλουν βῆμα τῇ βασιλείᾳ, ἵνα ὥσπερ ἔν τινι θήκῃ κατησφάλισται τὸ σῶμα τοῦ βασιλέως ἔκ τε νώτου ἔκ τε πλευρᾶς ἑκατέρας, μηδεμιᾶς ἁρμογῆς ἢ προσθετοῦ ξύλου σφίγγοντος τὴν καθέδραν, ἅπαξ ὁλοτελῆ καὶ ὁλόκληρον τυγχάνουσαν. ταύτῃ σόλιον τὸν βασιλέως θρόνον ἐκάλουν. (8) πρὸς τούτοις ἡγοῦντο Ῥωμύλου πελέκεις δυοκαίδεκα, πρὸς τὸν ἀριθμὸν τῶν γυπῶν ὧν εἶδεν ἀρχόμενος θεμελιοῦν τὴν πόλιν. Πρίσκου δὲ Ταρκυνίου τοῦ ῥηγὸς ὕστερον Θούσκους καὶ Σαβίνους πολέμῳ νικήσαντος προσετέθησαν τοῖς τῆς βασιλείας γνωρίσμασι δόρατα ἐπιμήκη, ὡσαύτως τὸν ἀριθμὸν δυοκαίδεκα, ἀκροξιφίδας μὲν οὐκ ἔχοντα, ἠωρημένας δὲ λοφιάς· καλοῦσι δὲ αὐτὰς οἱ μὲν Ῥωμαῖοι ἰούβας, οἱ δὲ βάρβαροι τούφας, βραχύ τι παραφθαρείσης τῆς λέξεως. βήξιλλα πρὸς τούτοις, οἱονεὶ δόρατα μακρά, ἐξηρτημένων ὑφασμάτων· φλάμμουλα αὐτὰ ἀπὸ τοῦ φλογίνου χρώματος καλοῦσι· περὶ ὧν ἐν τοῖς περὶ μηνῶν γραφεῖσιν ἡμῖν ἀποχρώντως ἀνήνεκται. τοιαῦτα μὲν τὰ ἐπίσημα τῆς τότε βασιλείας.

8 βήματι βασιλέα C, βῆμα τῇ βασιλείᾳ F. 13 ἤγοντο C. 23 ἀνενήνεκται?

pore commune et regi ipsi et civibus indumentum, trabea vero solius regis paratura, id est vestis insignis. erat autem chlamys sive pallium semicirculare, quod primum Agathoclem Siciliae tyrannum invenisse ferunt. thronum autem solium patrio sermone pro sellium per antistichum vocabant, ut ait Asper Romanus; sive etiam secus solium pro solidum (id est integrum) dixere. crassum quippe truncum in cistae et sellae formam excavantes suggestum quendam regi faciebant, in quo veluti in arca tutum corpus regis, nulla aut a tergo aut a binis lateribus compage additove ligno sedem vinciente integram prorsus atque ex uno constantem. hinc solium regis thronum appellarunt. (8) ad haec Romulo praeferebantur secures duodecim, pro numero vulturum quos viderat urbis fundamenta locare incipiens. Thuscis vero et Sabinis a Prisco Tarquinio rege postea bello devictis, additae sunt regiae potestatis insignibus lanceae longiores, numero pariter duodecim, spiculis carentes et promissis iubis ornatae, quas Romani iubas, barbari autem nonnihil corrupta voce tufas vocant. vexilla praeterea, id est lanceae longae, dependentibus pannis: flammula illos a flammeo colore dicunt; de quibus in opere nostro de mensibus sat multa exposita sunt. haec illius temporis regum insignia.

9. Περὶ δὲ τῆς ἐν ὅπλοις στρατιᾶς Πάτερνος ὁ Ῥωμαῖος ἐν πρώτῃ τακτικῶν αὐτοῖς ῥήμασι καθ' ἑρμηνείαν ταῦτα φησίν. "ὁ Ῥωμύλος δὲ κουρίωνας τῶν ἱερῶν φροντιστὰς προεστήσατο, τοὺς αὐτοὺς καὶ κεντουρίωνας τῶν πεζικῶν ταγμάτων ὀνομάσας. τρισχιλίων γὰρ ὄντων πεζῶν ἀσπιδιωτῶν, ἑκάστης ἑκατοντάδος ἡγεμόνα προύθηκεν, ὃν Ἕλληνες μὲν ἑκατόνταρχον Ῥωμαῖοι δὲ κεντουρίωνα καλοῦσιν, ὡς εἶναι τοὺς πάντας ἑκατοντάρχους λ'. καὶ τοσούτους δὲ μανιπλοῦς, οἱονεὶ σημειοφόρους. ἐκ δὲ τῆς στρατιᾶς τριακοσίους σκουτάτους, ὡς Ῥωμαῖοί φασιν ἀντὶ τοῦ ἀσπιδιώτας, πρὸς φυλακὴν ἰδίαν ἀφώρισε" (καὶ μικρὸν ὕστερον εἰρήσεται, τί μέν ἐστι κλιπεάτος, τί δὲ σκουτάτος στρατιώτης). "προστέθεικε δὲ καὶ τριακοσίους ἱππότας ταῖς δυνάμεσι, Κελερίῳ τινὶ οὕτω καλουμένῳ τὴν φροντίδα τούτων παραδούς· ταύτῃ συνεκδοχικῶς ἅπας ὁ στρατὸς κελέριοι τότε προσηγορεύθησαν. ἐν τρισὶ δὲ ἑκατοντάσι συναγομένης τῆς ἱππικῆς δυνάμεως, τρισὶν ἐπωνύμοις αὐτὰς διέστειλε, Ῥαμνίτας καὶ Τιτίους ἱστῶν καὶ Λούκερας." τὰς δὲ αἰτίας τουτωνὶ τῶν ὀνομάτων ἐν τοῖς περὶ μηνῶν, ὡς εἴρηται, τεθεῖσιν ἡμῖν ἀποδεδώκαμεν.

10. Εἰπεῖν δὲ καιρὸς τί διαφέρει σκοῦτον κλιπέου. σκοῦτον τοίνυν οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσι τὸ ἰσχυρὸν ἅμα καὶ ἰσχνόν, ὅπερ Ἕλληνες στιπτὸν ὀνομάζουσιν, ἀντὶ τοῦ στιβαρόν, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Ἀχαρνεῦσι "στιπτοὶ γέροντες, Μαραθωνομάχοι, πρίνινοι." ταύτῃ καὶ σκουτλάτα τὰ ἰσχνά τε καὶ στυγνὰ καὶ κοῦφα τῶν ἐσθη-

23 στεγνά?

9. De armata autem militia Paternus Romanus, in libro primo tacticorum, ipsis verbis secundum versionem haec ait: "Romulus autem curiones, qui sacris praeessent, constituit, eosdemque centuriones pedestrium ordinum nominavit. cum enim tria milia essent peditum scutatorum, cuivis centuriae ducem praefecit (quem Graeci ἑκατόνταρχον, Romani centurionem vocant), ut centuriones omnes essent triginta, totidemque manipuli, id est signiferi. ab exercitu autem trecentos scutatos (sic Romani ἀσπιδιώτας vocant) ad propriam custodiam secrevit. (quid clipeatus, quid scutatus miles, paulo post dicetur). adiecit vero copiis trecentos quoque equites, queis Celerem quendam nomine praefecit; unde synecdochice universus exercitus tum Celerum nomen traxit. tribus vero centuriis constantem equestrem manum tribus nominibus distinxit, Ramnium, Titiorum et Lucerum." quorum nominum causas in iis quae, uti diximus, de mensibus a nobis scripta sunt exposuimus.

10. Nunc inter scutum et clipeum quid intersit, dicendum. scutum igitur Romani dicunt quod firmum simul et tenue, quod idem Graeci στιπτόν, id est στιβαρόν, dicunt; veluti Aristophanes in Acharnensibus "densati senes, Marathonii proeliatores iligneī." hinc et vestimenta

μάτων καλοῦσιν οἱ Ῥωμαῖοι. τοιαύτη δὲ ἡ τῆς ἀσπίδος κατασκευή· ἀβαρὴς μὲν γάρ ἐστιν ὡς ἰσχνή, καρτερωτάτη δὲ καὶ ταῖς πληγαῖς οὐκ εὐχερῶς ἐνδιδοῦσα. κλίπεον δὲ Ῥωμαῖοι τὸν θυρεὸν καλοῦσιν, ἀπὸ τοῦ κλέπτειν καὶ καλύπτειν τὸν ἐπιφερόμενον αὐτόν. Ἑλλήνων γὰρ ἴδιον καὶ μόνων ἀσπίσι τροχωτάταις ἐν πολέμῳ χρῆσθαι, βαρβάρων δὲ θυρεοῖς· πρὸς γὰρ τὸ κατεπεῖγον τῆς μάχης τὰς θύρας ἀνασπῶντες ὡς σκεπάσμασιν αὐταῖς εἰώθασι χρῆσθαι.

11. Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον εἶδος ἀσπίδος βραχυτέρας, ἃς πεζομαχεῖν οἱ ὑπὲρ Ἴστρον οὐκ ἰσχύοντες ἐπὶ τῶν ἵππων κομίζουσι (πάρμαν αὐτὴν Ἰταλοὶ καλοῦσιν), ὡσεὶ πέλτας οἱ Σκύθαι. ἀγκίλιον πρὸς τούτοις τοῖς ἀρχαίοις γέγονεν (οὐδὲ γὰρ νῦν) εἶδος ἀσπιδισκαρίου, ἐξ οὗ καὶ ἀγκίλας τὰς δορικτήτους γυναῖκας ὠνόμασαν· τὴν γὰρ ἀρέσκουσαν αὐτῷ τυχὸν γυναῖκα ὁ στρατιώτης ἔσκεπε τῷ ἀγκιλίῳ ἐπὶ τῆς ἐφόδου, ὡς μὴ βλάπτοιτο πρός τινος, οἷα φυλαττομένη τῷ σώσαντι ταύτην. καὶ σέρβους τοὺς δούλους ἀπὸ τοῦ φυλαχθῆναι ἐκ τοῦ πολέμου Ἰταλοὶ λέγουσι· τοὺς δὲ μὴ δορικτήτους, ἀλλ᾽ ἐλευθέρους μὲν τὴν τύχην, δι᾽ ἔνδειαν δὲ δουλεύοντας, φαμούλους, ὅτι φάμις ὁ λιμὸς προσαγορεύεται. ἀγκίλια δὲ ἐξ [Ἑλληνικῆς] Αἰολικῆς σημασίας εἴρηται ὡσανεὶ ἀμφίλια· τὰ γὰρ πελτάρια τῶν Ἀμαζόνων τοιαῦτα.

12. Στολὴ δὲ τότε παντὶ τῷ Ῥωμαϊκῷ στρατεύματι μία, περικεφαλαία χαλκῆ καὶ θώραξ κρικωτὸς καὶ ξίφος πλατὺ κολο-

3 κλίπεον—καλοῦσιν. nempe Lydo clipeus est scutum, et vicissim. F.
5 βραχυτάταις? 19 προβατορεύεται C. 20 ἀμφὶ λεῖα F.

tenuia densaque et levia Romani scutulata vocant. talis autem fabricatur clipeus: levis enim est utpote tenuis, at firmissimus, nec plagis facile cedit. clipeum autem Romani τὸν θυρεὸν vocant, a κλέπτειν, quia eripit (κλέπτει) tegitque ferentem. Graecis enim proprium, iisque solis, clipeis rotundissimis in bello uti, barbaris vero scutis oblongis: quippe urgente certamine elatis scutis veluti tegminibus uti consueverunt.

11. Est autem et aliud scuti brevioris genus (parmam Itali vocant), quod pedites pugnare nescientes, qui ultra Istrum incolunt, in equis gerunt, quemadmodum peltas Scythae. ancile ad haec antiquis fuit (neque enim nunc eo utuntur), scutuli genus, a quo etiam ancillas bello captas mulieres dixere: quippe placentem sibi forte mulierem miles ancili in proelii concursu tegebat, ne ab aliquo laederetur, futura utpote illius qui eam servasset. et servos mancipia quasi e bello servatos Itali appellant: qui autem non bello capti, sed liberi quoad fortunam, propter egestatem serviunt, eos famulos dicunt, quoniam famis ὁ λιμὸς vocatur. ancilia autem a Graeca eaque Aeolica voce dicta sunt quasi ἀμφὶ λεῖα (utrinque laevia): tales enim sunt parvae Amazonum peltae.

12. Ornatus autem tum totius Romani exercitus idem: galea aerea, et lorica annulis conserta, et gladius latus, curtus, in sinistro femore

βόν, ἠωρημένον ἐπὶ τοῦ εὐωνύμου μηροῦ, καὶ ἀκόντια ἐπὶ τῆς δεξιᾶς δύο, γλωχῖνας πλατείας ἔχοντα, περικνημῖδές τε ὑφανταὶ μέλαιναι, καὶ ὑποδήματα τοῖς ποσίν, ἅπερ Ἕλληνες μὲν ἀρβύλας Ῥωμαῖοι δὲ γάρβουλα καὶ κρηπῖδας ὀνομάζουσιν. οὐχ ἁπλῶς πως, οὐδὲ ἀλόγως· ἐν γὰρ ταῖς Εἰκόσι Τερέντιος ὁ ἐπίκλην Βάρρων (τὸ δὲ Βάρρωνος ἐπώνυμον τὸν ἀνδρεῖον κατὰ τὴν Κελτῶν φωνήν, κατὰ δὲ Φοίνικας τὸν Ἰουδαῖον σημαίνει, ὡς Ἑρέννιός φησιν) Αἰνείαν οὕτως ἐσταλμένον εἰς Ἰταλίαν ἐλθεῖν ποτὲ ἀνεγράψατο, ἰδὼν αὐτοῦ τὴν εἰκόνα, ὥς εἶπεν, ἐκ λίθου λευκοῦ ἐξεσμένην ἐπὶ κρήνης ἐν τῇ Ἄλβῃ. καὶ πανάληθές μᾶλλόν ἐστι· καὶ γὰρ ὁ Ῥωμαίων ποιητὴς ἐν τῷ πρώτῳ τῆς Αἰνηΐδος οὕτως ἐσταλμένον αὐτὸν καὶ πλανώμενον σὺν Ἀχάτῃ ἐν τῇ Λιβύῃ εἰσήγαγε. σάρακας δὲ ἐπ' εἰρήνης θυριοὺς ἐξ ὤμων ἄνωθεν ἕως κνημῶν ἐξηρτημένας περιετίθεντο, κοσμοῦντες αὐτῶν τοὺς λεγομένους ποδεῶνας, καὶ γλόβας αὐτοὺς ὀνομάζοντες οἱονεὶ δοράς, ὅτι γλοβάρε τὸ ἐκδεῖραι Ῥωμαίοις ἔθος καλεῖν. καὶ οὐ τοῖς στρατιώταις οὕτως ἐστάλθαι μόνοις ὁπλοφοροῦσι νόμος, ἀλλὰ καὶ αὐτοκράτορσι. τῶν δὲ νῦν στρατιωτῶν βαρβάρους ζηλωσάντων, ἐκείνων δὲ αὐτούς, παρὰ μόνοις τοῖς τοῦ παλατίου φύλαξι (λέγονται δὲ παρὰ Ῥωμαίοις ἐξσκουβίτωρες οἱονεὶ φύλακες ἄγρυπνοι, οὓς πρῶτος μετὰ Ῥωμύλον Τιβέριος Καῖσαρ ἐξεῦρε) τὸ τοιοῦτο παραπέμεινε

2 γλωχῖνας πλατεῖς F, γλοχίναι πλατυς C. 9 ἐξεσμένης ἐπὶ κρίνης C. 11 Virgilius Aen. 1 316 hoc tantum: *ipse uno graditur comitatus Achate, bina manu lato crispans hastilia ferro.* sic Lydus passim auctoribus, quae minime dixere, tribuit. F. 13 σαρράκας F. pro θυριοὺς recentior manus θυρεούς: an θηρείους? mox πεδεῶνας C.

pendens, et iacula in dextra duo, lata cuspide, et tibiarum tegumenta texta nigra, et calceamenta, quae Graeci ἀρβύλας, Romani garbula et crepidas vocant; neque haec casu temereve: etenim in imaginibus Terentius, cognomine Varro (Varronis vero cognomen Celtica lingua strenuum et Phoenicia Iudaeum sonat, ut testatur Herennius), Aeneam ita ornatum in Italiam olim venisse retulit, visa, ut ait, Albae ad fontem imagine eius e lapide condido scalpta. quo quidem nihil verius est: nam et Romanorum vates, in libro primo Aeneidos, eundem ita ornatum cumque Achate in Libya errantem induxit. sarracas vero pacis tempore... ab humeris superne ad tibias pertinentes gerebant, peronas suas, quas vocant, ornantes, globasque eas, id est pelles, appellantes, quia globare Romani τὸ ἐκδεῖραι (glubere) dicunt. neque milites tantum armigeros ita ornari moris fuit, sed imperatores quoque. hodierni autem milites cum barbaros hique illos aemulentur, solis palatii custodibus (excubitores a Romanis vocantur, id est custodes vigiles, quos primus post Romulum Tiberius Caesar instituit), ille ornatus mansit, a Romulo, ut dixi,

σχῆμα, ἀπὸ Ῥωμύλου, ὡς ἔφην, ἐξ Αἰνείου τὴν ἀρχὴν ἔχον. οὐδὲ γὰρ ἐξῆν Ῥωμαίοις βαρβαρικὴν στολὴν περιθέσθαι· καὶ τοῦτο Τράγκυλλος ἐν τοῖς περὶ Αὐγούστου διαμέμνηται. ἰδόντα γάρ φησι τὸν Αὔγουστον ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ τινὰς τῶν Ῥωμαίων ἐπὶ τὸ βαρβαρικὸν ἐσταλμένους ἀγανακτῆσαι, ὡς ἐν ἀκαρεῖ τοὺς καταγνωσθέντας ἀποβαλόντας τὸ βάρβαρον μόγις ἐπιγνωσθῆναι τῷ Καίσαρι. τοιαύτη μὲν οὖν ἡ Ῥωμύλου στρατιά.

13. Καὶ τὰς λεγομένας δὲ ἀττηνσίωνας πρὸς θεραπείαν τῶν ῥηγῶν ἐπινοηθῆναι στοχάζομαι, πρὸς βασταγὴν καὶ φορὰν τῶν ἀναγκαίων, ὥσπερ νοκτούρνους πρὸς ἔπιπλα καὶ τὰ ἄλλα ὅσα πρὸς κοῖτόν ἐστι χρήσιμα· Κικέρων γὰρ ὁ πολὺς ἐν τοῖς κατὰ Βέρρου μέμνηται τουτουῒ τοῦ ὀνόματος. ἀττήνσους τοὺς οἰκιακοὺς ὑπηρέτας τῶν ῥηγῶν ὠνόμαζον ἀπὸ τοῦ προσανέχειν καὶ πειθαρχεῖν· ἀττένδερε γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τὸ φιλονεικεῖν λέγουσιν.

14. Ὡς οὖν εἴρηταί μοι, τὴν μὲν πεζομάχον δύναμιν τοῖς ἑκατοντάρχοις, τὴν δὲ ἱππικὴν Κελερίῳ τῷ πρὶν τῆς ὅλης ἡγησαμένῳ στρατιᾶς παραδέδωκε, πάσης αὐτὸν δυνάμεως καὶ τύχης καὶ διοικήσεως κρατεῖν ἐγκελευσάμενος, ὡς ἕτερον οὐθὲν ἢ μόνον τὸν στέφανον τὴν βασιλείαν παρὰ τῶν ὑπάρχων κατασχεῖν ἐξουσίαν ἀδέσποτον ἑαυτῇ. ταύτην τὴν ἀρχὴν οἵ τε ῥῆγες οἵ τε δικτάτωρες ἔσχον ἅπαντες, καὶ τὸ λοιπὸν οἱ Καίσαρες, ἔπαρχον τὸν

3 v. Sueton. Aug. 40. F. 12 τουτὶ C, τουτουῒ F. 17 κελέριος C. 18 αὐτῶν C. 20 nonne τῶν ἱππάρχων? an τὴν ἵππαρχον? ἐξουσίας F.

ab Aenea initium habens. neque enim licebat Romanis barbarica veste uti; de quo meminit Tranquillus in Augusto. ait enim Augustum, cum in hippodromo Romanos quosdam barbarorum more vestitos vidisset, succensuisse: itaque animadversos confestim barbarum cultum abiecisse, vixque cognitos esse a Caesare. talis igitur fuit Romuli exercitus.

13. Et attentiones vero, quas vocant, regum ministerio inventas suspicor, ad advehenda ferendaque necessaria, veluti nocturnos ad supellectilem et quaecunque ad lectum pertinent curanda. meminit huius nominis celeberrimus Cicero in oratione contra Verrem. attentos fidos regum ministros vocabant ab attendendo atque obtemperando: attendere enim τὸ φιλονεικεῖν Romani dicunt.

14. Igitur, ut diximus, pedestres copias centurionibus, equestres autem Celeri, qui ante toti exercitui praefuerat, tradidit; eumque omnis potestatis et fortunae et administrationis principem esse voluit, ut nihil aliud nisi solam coronam magistrorum equitum potestati exemptum sibi rex relinqueret. hoc magistratu et reges et dictatores omnes usi sunt, ac deinde Caesares, qui magistrum equitum praefectum praetorio co-

ἵππαρχον μετονομάσαντες· καὶ μάρτυς Αὐρήλιος ὁ νομικός, ῥήμασιν αὐτοῖς πρὸς ἑρμηνείαν τούτοις εἰπών "διὰ βραχέων εἰπεῖν χρειῶδές ἐστι πόθεν τὴν ἀρχὴν ὁ τῶν πραιτωρίων ὕπαρχος ἔσχεν. ἀπὸ τοῦ ἱππάρχου ἢ μᾶλλον· εἰς τόπον γὰρ ἐκείνου τὸν ἔπαρχον προχειρισθῆναι φασίν. τοῖς ἀρχαίοις ἔστιν οἷς ἡ πᾶσα πρὸς καιρὸν ἐξουσία τῶν πραγμάτων ἐπιστεύετο. ἐπελέγοντο γὰρ ἑαυτοῖς ἡγεμόνα τῶν ἱππέων ἕκαστον, κοινωνὸν ὥσπερ τῆς ἀρχῆς καὶ διοικήσεως τῶν πραγμάτων. τοῦ δὲ κράτους ὕστερον ἐπὶ τοὺς αὐτοκράτορας μετενεχθέντος, πρὸς ὁμοίωσιν τοῦ ἱππάρχου ὁ τῶν πραιτωρίων προῆλθεν ἔπαρχος. καὶ δέδοται αὐτῷ μείζων ἢ κατ' ἐκεῖνον ἰσχὺς τῆς τε διοικήσεως τῶν πραγμάτων τῆς τε καταστάσεως καὶ ἀσκήσεως τῶν στρατευμάτων καὶ ἐπανορθώσεως ἁπάσης, καὶ εἰς τοσοῦτον ὑπεροχῆς προελθεῖν ὡς μηδενὶ ἐξεῖναι πρὸς ἔφεσιν ὁρμᾶν ἢ ὅλως ἐκκαλεῖσθαι τὴν αὐτοῦ κρίσιν." καὶ τότε μὲν ὁ νομογράφος.

15. Ὅτι δέ, κἂν εἰ τυχὸν πρεσβυτέρα καὶ μείζων τῶν ἀρχῶν ἁπασῶν ἐπαρχότης τῶν πραιτωρίων εἶναι δέδοται, καὶ χρειῶδες ἦν ἅμα καὶ ἁρμόδιον δι' ὅλης αὐτῆς τῆς τάξεως καὶ δυνάμεως ἐξαγαγεῖν τὸν λόγον· ἀλλ' οὖν ἐπειδὴ μὴ ἀπ' ἀρχῆς, ἀπὸ δὲ τοῦ Αὐγούστου ἀντὶ τοῦ ἱππάρχου, ὡς ἔφην, προεχειρίσθη,

1 locus Aurelii, qualis nunc in Digestis (1 tit. 11) exstat, nonnulla habet a Lydo non expressa. F. 3 ὁ vulgo om. 4 ἤ, ni fallor, delendum. cf. 1 33 et 2 12 μᾶλλον. F. 5 φασίν F, πασιν C. 7 lego ἕκαστος. F. 9 ὁ vulgo om. 11 τε διοικ. F, δὲ διοικ. C. 14 ἔφεσιν F, ἄφεσιν C. mox F ἐγκαλεῖσθαι. lego τόδε. F. 16 lego πρεσβυτέραν — ἐπαρχότητα. F. mihi facilius visum μείζω mutare in μείζων.

gnominarunt. testis est Aurelius iurisconsultus, cuius ipsa verba secundum versionem haec sunt: "breviter commemorare necesse est, unde initium praefectus praetorio habuerit. a magistro equitum profecto: in illius enim locum praefectum praetorio creatum esse aiunt. apud veteres quibusdam omnis rerum administratio ad tempus credebatur. nam eligebant sibi quisque magistrum equitum socium quasi imperii et rei publicae administrandae. postea vero summa rerum ad imperatores translata, ad similitudinem magistri equitum praefectus praetorio prodiit, dataque est ei maior quam fuerat illius potestas, cum in rebus administrandis, tum in exercitibus et instituendis et exercendis, tum in omni disciplina emendanda; quae quidem eo progressa est, ut nemini appellare aut omnino incusare eius sententiam liceret." haec iurisconsultus.

15. Quoniam vero, quamvis forte vetustior omnibus magistratibus ampliorque sit praefectura praetorii, ac necesse simul congruumque totum eius officium potestatemque enarrando persequi: verum tamen, quoniam non initio, sed ab Augusto pro magistro equitum, ut dixi,

ἀρκέσει τέως περὶ τῆς ἀρχαιότητος εἰπεῖν, καὶ ὅθεν ἡ ἐπαρχότης ἔχει τὰ σπάργανα, εἶτα μετὰ τὴν ἀφήγησιν τῶν παλαιοτέρων ἀρχῶν, ἐν προοιμίοις τῆς Αὐγούστου βασιλείας, ἐξ ἧς, ὡς ἔφην, καὶ τὰ προοίμια ἔσχεν ἡ ἀρχή, ἐφεξῆς ἅπαντα, ὅσων τε κατὰ σμικρὸν ἀφῃρέθη. εἶτα δὲ καὶ περὶ τῆς ὑπ' αὐτὴν τελούσης μεγίστης ὡς ἀληθῶς τάξεως, ἐν ᾗ κἀμὲ τελέσαι συμβέβηκε, λεπτομερῶς ἀφηγήσομαι (καὶ γὰρ ἐπίσταμαι οὐ κακόν, ἀλλ' αὐτοῖς ἔργοις ὑπουργήσας τοῖς πράγμασιν) εὐχαριστήριον ὥσπερ ἀνάθημα προσφιλὲς τοῖς ἐφόροις τῆς ἀρχῆς ἀναφέρων, διαθρέψασιν ἅμα κοσμίως ἡμᾶς, καὶ μετὰ θεὸν τὸν πάντων κύριον γέρα τε τῶν πόνων καὶ πέρας ἐσθλὸν καὶ τύχην κρείττονα παρεσχηκόσιν.

16. Δῆλον ἀντικρὺς ἑκατὸν τὸν ἀριθμὸν γέροντας ἐκ πασῶν τῶν κουριῶν (ἀντὶ τοῦ φυλῶν) ἐπιλέξασθαι τὸν Ῥωμύλον πρὸς διάσκεψιν τῶν κοινῶν, οὓς αὐτὸς μὲν πατέρας Ἰταλοὶ δὲ πατρικίους ἐκάλεσαν ἀντὶ τοῦ εὐπατρίδας. μετὰ δὲ τὴν ἁρπαγὴν τῶν Σαβίνων conscriptos αὐτοὺς ἐπονομάσας οἱονεὶ συγγεγραμμένους, ὅθεν patres conscripti οἱ Ῥωμαίων ἄρχοντες ἔτι καὶ νῦν χρηματίζουσι, καὶ ἑτέρας δὲ τριάκοντα κουρίας καὶ τοσούτους ἑκατοντάρχους καὶ τριακοσίους ἑτέρους ἱππότας ἐκ τοῦ Σαβίνων ἔθνους τῷ Ῥωμαϊκῷ συνηρίθμησε στρατῷ, ὡς εἶναι πάντας ἑξακισχιλίους μὲν πεζομάχους ἑξακοσίους δὲ ἱππότας. καὶ τοῦτον τὸν ἀριθμὸν ὁ Μάριος ὕστερον διεφύλαξε, τὰς λεγομένας λεγεῶ-

4 ὅσον vulgo. 7 legendum, ni fallor, κακῶς. F. 9 διατρέψασιν vulgo. 13 φίλον C.

creatus est, satis erit huc usque de antiquitate et incunabulis praefecturae dixisse, ac deinde, enarratis vetustioribus magistratibus, in prooemio Augusti imperii, ex quo, ut dixi, initium magistratus quoque habuit, omnia deinceps, quantumque paulatim imminutus sit, explicare. deinde autem et de eidem apparente officio, sane maximo, ad quod me quóque pertinere contigit, subtiliter exponam (etenim non male scio, quippe qui vere operam rebus dederim), in gratiarum actionem quasi consecratum acceptumque donum praesidibus imperii offerens, qui et liberaliter nos sustentant, et post deum, omnium dominum, praemia laborum nobis et optatum finem et fortunam potiorem praebuerunt.

16. Constat omnino centum numero senes ex omnibus curiis (id est tribubus) elegisse Romulum, qui de re publica consultarent; quos ipse patres, Itali autem patricios (id est nobili genere ortos) dixerunt. post raptas Sabinas vero conscriptos eos cognominavit, id est *συγγεγραμμένους:* unde patres conscripti Romanorum magistratus etiamnum appellantur. nec non alias triginta curias totidemque centuriones atque alios trecentos equites de gente Sabinorum Romano exercitui adiecit, ut omnino essent peditum sex milia et equites sexcenti. atque hunc numerum Marius postea servavit, legiones quas vocant (id est delectas

νας οἱονεὶ λογάδας διατυπῶν. καὶ ὁ Λέων δὲ ὁ βασιλεὺς πρῶτος τοὺς λεγομένους ἐκσκουβίτωρας τῶν παρεξόδων τοῦ παλατίου φύλακας προστησάμενος τριακοσίους μόνους ἐστράτευσε κατὰ τὴν ἀρχαιότητα.

17. Ἐπίσημα δὲ τοῖς πατρᾶσιν ἤτοι πατρικίοις ἦν δίπλακες μὲν ἤτοι χλαμύδες ἄχρι κνημῶν ἐξ ὤμων διήκουσαι, περόναις χρυσαῖς ἀνεσταλμέναι, τὸ χρῶμα ξηραμπέλινοι, πορφύρᾳ κατὰ μέσου διάσημοι (λατικλαβίας αὐτὰς ὠνόμαζον, τὰς δὲ χλαμύδας ἀτραβαττικὰς ἐκ τοῦ χρώματος, ὅτι τὸ φαιὸν κατ' αὐτοὺς ἄτρον προσαγορεύεται), καὶ παραγῶδαι, χιτῶνες λογχωτοί, ἀκροπόρφυροι, λευκοὶ διόλου, περιχερίδας ἔχοντες (μάνικας αὐτὰς ἐκεῖνοι λέγουσι, τοὺς δὲ τοιούτους χιτῶνας παραγαύδας τὸ πλῆθος οἶδεν ὀνομάζειν· ἀρχαῖος ὅμως χιτὼν ὁ παραγαύδης, Πέρσαις καὶ Σαυρομάταις ἐπίσημος, ὡς Διογενιανῷ τῷ λεξικογράφῳ εἴρηται), περισκελίδες τε λευκαί, ὅλον τὸ σκέλος σὺν τοῖς ποσὶ σκέπουσαι, καὶ ὑπόδημα μέλαν, ὑποσάνδαλον, δι' ὅλου γυμνόν, βραχεῖ τινὶ ἀναστήματι τὴν πτέρνην, ἐπ' ἄκρου δὲ τοὺς δακτύλους τοῦ ποδὸς συσφίγγων, ἱμάντων ἑκατέρωθεν ἐπὶ τοὺς ἀστραγάλους ὑπὸ τὸ ψάμα τοῦ ποδὸς διελκομένων ἐπὶ τὸ στῆθος, ἀνθυπαντώντων ἀλλήλοις καὶ διαδεσμούντων τὸν πόδα, ὥστε βραχὺ λίαν ἔκ τε δακτύλων ἔμπροσθεν καὶ ἐξόπισθεν διαφαίνεσθαι τὸ ὑπόδημα, ὅλον δὲ τὸν πόδα τῇ περισκελίδι διαλάμπειν. κάμπαγον αὐτὸ καλοῦσιν ἐκ τῆς ἐπὶ τὸν κάμπον, οἱονεὶ τὸ πεδίον, χρείας ἔτι καὶ

6—7 περόνες χρυσαῖς ἀνεσταλμέναις C. 19 ψάμα] an πέλμα? 21 ἔμπρος C.

copias) constituens; primusque Leo imperator, cum excubitores, quos vocant, palatii liminum custodes constituisset, more antiquo non plus trecentos delegit.

17. Insignia autem patribus sive patriciis erant laenae duplices sive chlamydes, ab humeris ad tibias pertinentes, aureis fibulis adstrictae, colore xerampelino, mediae purpura insignes (laticlavias eas vocabant; chlamydes autem atrabatticas a colore, quoniam τὸ φαιόν illorum sermone atrum dicitur): paragaudae tunicae lanciolatae, purpura praetextae, totae albae, manicis ornatae (sic illi περιχερίδας vocant. tales vero tunicas paragaudas appellari vulgo notum est. antiqua tamen tunica paragaudis, Persarum et Sauromatarum insignis vestis, ut Diogenianus, vocabulorum scriptor, dixit); fasciae crurales albae, totum crus cum pede tegentes; et calceamentum nigrum, solea constans, apertum prorsus, exstante parva parte calcem, et in imo digitos premens; loris utrinque ... pedemque vincientibus, ut perexigua calcei pars, cum a digitis tum a calce, appareret, totus vero pes cum fascia crurali cerneretur. campagum eum ab usu in campo etiamnum vocant: in campo

νῦν· ἐπὶ γὰρ τοῦ πεδίου γενόμενοι τὰς προαγωγὰς τῶν ἀρχόντων Ῥωμαῖοι ἐπετέλουν, ἐφ᾽ οὗ τοῖς τοιούτοις ἐστέλλοντο ὑποδήμασι. τουτονὶ τὸν κάμπαγον Θούσκων γενέσθαι τὸ πρὶν ὁ Λέπιδος ἐν τῷ περὶ ἱερέων φησί.

18. Πρόοδος δὲ τοῖς πατρικίοις ἐκ ποδὸς μὲν οὐδέποτε, ἀλλ᾽ οὐδὲ ἱππική (κοινὴ γὰρ ἐδόκει), ὀχήμασι δὲ ἐπισήμοις, ἐφ᾽ ὑψηλοῦ τῆς καθέδρας ἀναστρωννύμενοι, τεσσάρων ἡμιόνων ἑλκόντων τὸ ὄχημα, ἐκ χαλκοῦ Κορινθίου εἰς πλῆθος σχημάτων καὶ τύπων ἀρχαιοφανῶν διαγεγλυμμένων. οὐδὲ γὰρ ἵππους ἐξῆν ὑποζεῦξαι τῷ ὀχήματι, εἰ μή γε μόνοις τοῖς βασιλεῦσι· θριαμβικὴ γὰρ ἡ μετὰ τῶν ἵππων ἐν ὀχήματι πρόοδος. βουριχάλλια δὲ τὰς ἁμάξας ἐκ τῶν βοῶν ἐκάλουν· ὧν ἄνευ, ἐπεὶ μὴ φορτίον ἐπέκειτο, ἡμιόνοις ἐπίστευον τὸν ζυγόν.

19. Τίτος Τάτιος Σαβίνων ἡγούμενος, ὡς ἔφθην εἰπών, συναφθεὶς τοῖς Ῥωμαίοις οὕτως ἥνωσεν ἄμφω τὰ ἔθνη, ὡς μηκέτι δύο μίαν δὲ καὶ μόνην ἀναφέρεσθαι τὴν Ῥωμαίων πολιτείαν. ὅτι δὲ Τίτος Τάτιος τὴν προσηγορίαν ἐκεῖνος εἶχεν, ὑποκοριστικῶς τίτουλον ἀπὸ τοῦ πρώτου Τίτου τὴν προγραφὴν τῆς εὐγενείας ἐκάλεσαν, καὶ Τίτους τοὺς ἐκ προγόνων εὐγενεῖς, ὥς φησι Πέρσιος ὁ Ῥωμαῖος. τοιαῦτα μέν τινα περὶ τῶν ἀξιωμάτων.

20. Πάσης δὲ τιμῆς πρώτην ἐλογίζοντο οἱ τῆς Ῥώμης εὐπατρίδαι τὴν ἀπὸ τῶν χαρισμάτων εὐφημίαν, καὶ ὅσῳ πλείους

7 leg. ἀναστρωννυμένοις: refertur enim ad ὀχήμασιν. F. 9 malim διαγεγλυμμένον. 16 an ἀναφαίνεσθαι? 19 v. Pers. Sat. 1 19 et 20. F.

enim magistratuum electiones Romani peragebant, ubi huiusmodi calceos gerebant. hunc campagum Thuscorum antea fuisse ait Lepidus in libro de sacerdotibus.

18. Prodibant autem patricii pedibus quidem nunquam; at neque equo (vulgare quippe videbatur), sed curru insigni, cuius alta sedes instrata; quattuor mulis trahentibus currum ex aere Corinthio, plurimis figuris imaginibusque antiquis insculptis ornatum. neque enim equos currui iungere cuiquam nisi solis regibus licebat: triumphalis quippe cum equis in curru incessus. burichallia autem vehicula a bovibus vocabant; quorum in vicem, cum onus impositum non esset, mulis iugum tradebant.

19. Titus Tatius Sabinorum rex, iunctus, ut supra diximus, Romanis, ita inter se ambos populos coniunxit, ut non amplius duae sed una solaque Romanorum res publica appellarentur. qui cum Titus Tatius vocaretur, diminutive titulum a primo Tito inscriptionem nobilitatis, et Titos nobili stirpe genitos dixerunt, ut ait Persius Romanus. haec de titulis.

20. Quovis autem honore maiorem ducebant Romani patricii bonam famam munificentia partam; et quo plures familiares habebant, eo

εἶχον τοὺς οἰκειουμένους αὐτοῖς, τοσούτῳ μείζονα τὴν εὐδοξίαν παρὰ τοὺς ἐλάττονας ἐλογίζοντο. καὶ μάρτυς ὁ Ῥωμαῖος Ἰουβενάλιος, εἰπὼν καὶ ὑπατειῶν καὶ θριάμβων καὶ τῶν ἐν πολέμοις ἀνδραγαθημάτων πρώτην γενέσθαι τοῖς ἀρχαίοις τὴν ἀπὸ τῶν χαρισμάτων εὔκλειαν. τοὺς δὲ οἰκειουμένους αὐτοῖς κλιέντης ἀντὶ τοῦ κολιέντης κατ' ἀντίστοιχον πατρίως ἐκάλουν, οἱονεὶ τιμῶντας καὶ ἀγαπῶντας αὐτούς, σὺν πάσῃ τιμῇ καὶ μετριότητι τὰς δωρεὰς χαριζόμενοι, ὥστε φιλοτιμίας τὰς τῶν φίλων τιμὰς ὀνομάζειν. οὐδεὶς δὲ τυχὼν οἰκειώσεως εὐπατρίδου ἔχρηζεν ἑτέρου τὸ λοιπὸν πρὸς τὴν τοῦ ὅλου βίου παραμυθίαν, αἶσχος οἰομένων αὐτῶν καὶ τῆς οἰκείας τύχης ἀπόστασιν, εἴ πού τις τῶν φίλων αὐτοῖς εἰς ἑτέρου κατέστη χρείαν. καὶ τουτουὶ ἴχνος ἀμαυρὸν ἕως ἄρτι παρὰ Ῥωμαίοις ἐφυλάττετο. περὶ γὰρ τὴν Ὀστίαν (πόλις δέ ἐστιν ἐπὶ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Θύβριδος κειμένη) ἀπέστελλον οἱ τῆς Ῥώμης λογάδες τοὺς οἰκειοτάτους, καθάπερ τι θήραμα καλόν, τοὺς ἀναγομένους ξένους λαμβάνοντας πρὸ τῶν ἄλλων ἄγειν ὡς αὐτούς, πρὸς πάσης ἀφθονίας ἐπίδοσιν ἀνεωχθεισῶν ἅπασι τῶν αὐλείων θυρῶν τῆς οἰκίας τοῦ μείζονος, μηδενὸς φύλακος ἢ θυρωροῦ διακωλύοντος τοῖς δεομένοις τὴν εἴσοδον, αὐτῶν τῶν εὐπατριδῶν σὺν γαμεταῖς καὶ τέκνοις προφαινομένων τοῖς ξένοις καὶ θαρρεῖν ἀξιούντων τοὺς οὐδέποτε ὀφθέντας αὐτοῖς. διῆλθε δὲ ὅμως καὶ ἐπὶ τὴν καθ' ἡμᾶς Ῥώμην ἡ τοιαύτη φιλανθρωπία,

2 excidit forte ἔχοντας. F. Iuvenalis Sat. 5 110: *namque et titulis et fascibus olim maior habebatur donandi gloria.* F. 9 ἔχρησεν vulgo. 16 malim καταγομένους. F.

maiorem suam prae aliorum, quibus pauciores essent, gloriam existimabant. testis est Iuvenalis Romanus, cum ait et fascibus et triumphis et praeclaris bellorum facinoribus maiorem fuisse antiquis munificentiae gloriam. familiares autem suos clientes, per antistichum pro colientes, patrio sermone dicebant, id est honorantes amantesque ipsos, cum summo honore modestiaque dona largientes, ut munera sua amicorum honores appellarent. nemo autem patricii familiaritatem consecutus alius in posterum per totam vitam praesidio indigebat, turpe reputantibus illis et fortunae suae iacturam, si quis forte amicorum eorum ad alterius opem confugisset. cuius rei obscurum vestigium ad nostrum aevum apud Romanos servatum est. nam circa Ostiam, quae est urbs ostiis Tiberis adiacens, primores Romani familiarissimos suos mittebant, veluti egregiam praedam, e portu solventes hospites aliis praerepturos ipsisque adducturos; quo omnis generis abundantia praeberetur, apertis cuilibet vestibuli ianuis maioreque aedium parte, nullo custode aut ianitore introire cupientes impediente: ipsi patricii cum uxoribus liberisque hospitibus obvii, quos nunquam vidissent, salutabant. transiit vero et ad

καὶ τὸ λοιπὸν οὐκ ἔστη, τῶν ἐν ἡμῖν ἐνδόξων ἄχρις ἑαυτῶν τὴν ὑπεροχὴν τῆς τύχης ἐνδεικνυμένων.

21. Καὶ πρὸ Ῥωμύλου δὲ ἄν τις εὕροι Σιλβίους τοὺς βασιλέας τῆς χώρας ἐπονομαζομένους ἀπὸ Σιλβίου Αἰνείου τοῦ ἀπὸ Αἰνείου τοῦ πρώτου. ἐν γὰρ ταῖς ὕλαις τὰς οἰκήσεις ἔχοντες οἱ πρίν, καὶ τὸν νομαδικὸν τιμῶντες βίον, Σιλβίους σφᾶς σεμνυνόμενοι προσηγόρευον, μηδὲ αὐτῶν βασιλέων ἀπαξιούντων νέμειν ἀγέλας καὶ χρήματα συλλέγειν ἀπ᾽ αὐτῶν· ὅθεν καὶ πεκουνίαν κατ᾽ αὐτοὺς τὰ χρήματα καλοῦσι. ταύτῃ καὶ κύνας παρέπεσθαι Εὐάνδρῳ ποτὲ τῷ Τεγεάτῃ ἡ παλαιότης οἶδε. καὶ οὐ μόνον ἀνδράσι τὸ Σιλβίων ἐπώνυμον ἀλλὰ καὶ γυναιξὶν ἐπετίθετο, ὡς Ῥέᾳ Σιλβίᾳ καὶ Ἰλίᾳ Σιλβίᾳ. μετὰ δὲ τὴν τῆς Ῥώμης γένεσιν καὶ τὴν ἁρπαγὴν τῶν Σαβίνων πρῶτος ὁ βασιλεὺς Νουμᾶς διώνυμος ἐχρημάτισε, Πομπίλιος Νουμᾶς προσαγορευόμενος, ὧν τὸ μὲν Ῥωμαίων τὸ δὲ Σαβίνων ἐπώνυμον ἦν· οὐδὲ γὰρ πρὸ αὐτοῦ εὕροι τις Ῥωμύλον ἤ τινα ὅλως πρὸ τῆς Σαβίνων πρὸς Ῥωμαίους συναφείας, παρὰ τὴν οὖσαν αὐτῷ κυρίαν, προσηγορίαν κτησάμενον. (22) καὶ τότε μὲν σπουδὴ καὶ κόσμος ἦν ἐκείνοις τῇ ἐξ ἑκατέρας γενεᾶς σεμνύνεσθαι προσηγορίᾳ· προϊὼν δὲ ὁ χρόνος ἐπωνυμίας εἰσήγαγε καινάς, νῦν μὲν ἀπὸ Τρωϊκῆς εὐγενείας, νῦν δὲ ἀπὸ τῶν λεγομένων Ἀβοριγίνων καὶ αὐτοχθόνων τῆς χώρας (καὶ γὰρ ἴσμεν Κέθηγον ἐξ ἐκείνων τῶν γηγενῶν ἕλκειν τὸ γένος

1 ἔστην C. 8 ἀπ᾽ vulgo om. πεκουνίαι vulgo. 20 κένας C. 22 καὶ θηγῶν C.

nostram Romam ea humanitas; at non duravit postea, claris inter nos hominibus fortunae culmen haud ultra sese ostendentibus.

21. Iam ante Romulum reperias Silvios eius regionis reges appellatos a Silvio Aenea, genus a primo Aenea ducente. quippe in silvis habitantes prisci homines, ac nomadum vitam colentes, Silvios se gloriantes dicebant, ne ipsis regibus quidem pascere greges et rem colligere dedignantibus; unde etiam pecuniae eorum sermone facultates dicuntur. hinc et canes Evandrum Tegeaeum olim comitatos esse veteres narrant. neque viris tantum Silviorum cognomen, sed mulieribus quoque dabatur, veluti Rhea Silvia et Ilia Silvia. post conditam autem Romam et raptas Sabinas primus rex Numa duobus nominibus usus est, Pompilius Numa appellatus; quorum illud Romanorum, hoc Sabinorum cognomen erat. neque enim ante illum reperias Romulum, neque omnino quenquam ante Sabinorum cum Romanis coniunctionem praeter proprium eius nomen aliud accepisse. (22) ac tum quidem studium ornamentumque illis erat nomine ab utraque stirpe gloriari. succedens autem aetas nova cognomina introduxit, nunc a Troiana nobilitate, nunc ab Aboriginibus, quos vocant, autochthonibusque regionis (etenim scimus Cethegum, a terrigenis illis genus iactantem, nudum veste, toga tantum

ἀξιοῦντα γυμνὸν ἐσθῆτος, μόνης αὐτῷ τόγης τραχείας περὶ τοῖς στέρνοις κειμένης, ἐπ' ἀγορᾶς γενόμενον, καίτοι βουλευτικοῖς ὠγκωμένον γνωρίσμασιν), εἶτα δὲ καὶ ἀπὸ τρόπου ἢ διαθέσεως, ὡς Πούβλιος Βαλέριος Πουπλικόλας, ὧν αἱ μὲν δύο ἐπωνυμίαι τὴν ἐκ Ῥωμαίων, ὡς ἔφην, καὶ Σαβίνων παρεδήλουν λαμπρότητα, ἡ δὲ τρίτη τὴν ἐκ τῆς περὶ τὸν δῆμον στοργῆς ἐδείκνυ διάθεσιν. καὶ τάχα χρειῶδες ἀντὶ πολλῶν μετρίων ἐπιμνησθῆναι τοιουτωδῶν περιττωμάτων· οὐδὲ γὰρ σχολὴν ἄγω περὶ ταύτην ἀπραγῆσαι τὴν ζήτησιν, ἱκανὴν οὖσαν καθ' ἑαυτὴν καὶ μόνην μεγίστας ἀπασχολῆσαι βίβλους.

23. Πρόκουλον τοιγαροῦν τὸν ἀποδημοῦντι τεχθέντα τῷ πατρὶ καὶ Πόστουμον τελευτήσαντι, καὶ Βώπισκον τὸν δίδυμον μὲν συλληφθέντα τοῦ δὲ ἑτέρου φθαρέντος σωζόμενον, καὶ Καίσαρα τὸν ἀνατμηθείσης τῆς μητρῴας γαστρὸς θανούσης ἀποσωθέντα ἐκάλουν, καὶ Φλάκκον τὸν ὦτα μείζονα ἔχοντα, καὶ Ναίβιον τὸν ἀλφώδη, καὶ Λούκιον Λικίνιον Κράσσον, ὧν τὸ μὲν πρῶτον τὸν ἀνίσχοντος ἡλίου τεχθέντα, τὸ δὲ δεύτερον τὸν ἀκρόουλον τὴν κόμην, τὸ δὲ τρίτον τὸν κρεώδη καὶ εὐσώματον διασημαίνει· κράσσος γὰρ ὁ παχὺς τὸ σῶμα κατὰ φύσιν παρ' Ἰταλοῖς τοῖς ἀρχαιοτέροις εἴρηται. Πειναγΐος δὲ ὁ πειῶν, καὶ Στάτης ὁ εὐῆλιξ, καὶ Φαῦστος καὶ Φλάβιος ὁ εὔνους, καὶ Γάϊος (οἱονεὶ γαύδιος) ὁ χαρίεις, καὶ Τιβέριος ὁ παρὰ Τίβεριν τὸν ποταμὸν τεχθείς, καὶ Τίτος ὁ ἀπὸ Τατίου τοῦ Σαβίνου, καὶ Ἄππιος ὁ ἐν Ἀππίᾳ οἰκῶν (ὁδὸς δέ ἐστιν ἐπίσημος), καὶ Σέρβιος

1 τὸ γῆς C. 17 τὸν ante ἀνίσχ. vulgo om. 20 lego πινάριος δὲ ὁ πεινῶν. F.

aspera pectus tegente, in forum venisse, quamvis senatoriis ornamentis insignem), deinde vero a moribus etiam aut indole, veluti Publius Valerius Publicola; quorum nominum duo a Romanis, ut dixi, Sabinisque generis claritudinem, tertium affectionem ab amore in populum ostendebat. ac necesse, opinor, erit e multa hac farragine pauca quaedam commemorare. neque enim otium ago, tali investigatione quod perdam, quae per se solam maximis voluminibus implendis sufficiat.

23. Proculum igitur peregre profecto et Postumum mortuo patri natum vocabant, et Vopiscum, qui, geminus susceptus, extincto altero, et Caesarem, qui incisa mortuae matris alvo servatus, et Flaccum, cui maiores aures, et Naevium, cui maculae genitivae. nominum Lucii Licinii Crassi primum oriente sole natum, secundum coma crispum, tertium carnosum et corpulentum sonat: crassus enim ab antiquioribus Italis dictus est, qui natura corpore obeso. Pinarius sonat esurientem, States aetate vigentem, Faustus et Flavius benevolum, Caius (id est gaudius) iucundum, Tiberius ad Tiberim flumen natum, Titus a Tatio Sabino ortum, Appius in Appia (quae est via insignis) habitantem, Ser-

ὁ θανούσης αὐτῷ τῆς μητρὸς ἐγκύμονος διασωθείς, καὶ Νέρων ὁ ἰσχυρὸς τῇ Σαβίνων φωνῇ, καὶ Νάσων ὁ εὔρινος, καὶ Τούκκας ὁ κρεωβόρος, ὃν οἱ ἰδιῶται ζικκὰν ἐκάλεσαν καθ' ἡμᾶς, καὶ Βάρος καὶ Βλαισὸς ὁ πλαγιόσκελος, καὶ Σερρανὸς ὁ γεωργικὸς ἀπὸ τοῦ σπείρειν, καὶ Αὔγουστος ὁ καλοιώνιστος, καὶ Βιτέλλιος ὁ κροκοειδὴς τὴν ὄψιν, ὅτι βιτέλλον οἱ Ῥωμαῖοι τὴν λέκυθον τοῦ ᾠοῦ ἐπικαλοῦσι, καὶ Βάρρων ὁ κατὰ μὲν Φοίνικας Ἰουδαῖος κατὰ δὲ Κέλτας ἀνδρεῖος. καὶ πολλὰ ἄν τις τοιαῦτα συνάγοι κατὰ σχολήν, εἰ τυχὸν αὐτόν, οὐκ ἔχοντα ὅ τι πράττοι, ἀφρόντιδα συμβαίνοι διαβιοῦν, καὶ τοιούτοις ὁποίοις ἐγώ, καίπερ μυρίαις συμπεπλεγμένος φροντίσιν, ἐναγρυπνῶ μωραίνων ἀθύρμασιν.

24. Τὸ πιστὸν τοῖς γράφουσιν ἡ τῶν ἀρχαίων ἐπιτίθησι μαρτυρία. Ἰούνιος τοίνυν Γρακχιανός, ἐν τῷ περὶ ἐξουσιῶν, αὐτοῖς ῥήμασι περὶ τοῦ καλουμένου παρὰ Ῥωμαίοις κυαίστωρος "προεχειρίζοντο ψήφῳ τοῦ δήμου. Τοῦλος δὲ ὁ ῥὴξ μετὰ τούτους ἀναγκαίαν εἶναι τὴν τῶν κυαιστώρων ἀρχὴν ἔκρινεν, ὡς τοὺς πλείους τῶν ἱστορικῶν αὐτῷ τὴν τοιαύτην προαγωγὴν ἀναγράψαι καὶ μόνῳ. ἀπὸ δὲ τῆς ζητήσεως οὕτως ὀνομασθῆναι αὐτοὺς Ἰούνιος καὶ Τρεβάτιος καὶ Φενεστέλα εἶπον." καὶ μεθ' ἕτερα "πλὴν ὕστερον ἐξῃρέθησαν οἱ κανδιδάτοι τοῦ βασιλέως κυαίστωρες, οἳ πρὸς ἀνάγνωσιν τῶν βασιλικῶν γραμμάτων καὶ μόνην ἐσχόλαζον· οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ ψήφους ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τῆς

4 βλέσος C. an ἀπὸ τοῦ σέρερε οἱονεὶ σπείρειν? cf. c. 25, 30, 46. 6 βιτέλλιον C. 10 καὶ] κἂν? 15 προεχωρήσαντο vulgo. 18 ἀπὸ — εἶπον] patet et haec, et quae sequuntur post καὶ μεθ' ἕτερα, Gracchano falso tribui, priora quidem, quia Iunius idem qui Gracchanus, posteriora autem, quia Gracchani aevo necdum erant quaestores candidati. F.

vius mortuae matris ex utero servatum, Nero Sabinorum lingua fortem, Naso nasonem, Tucca carnivorum (quem nunc Ziccam idiotae appellant), Varus et Blaesus, cui crura obliqua, Serranus agricolam a serendo, Augustus boni ominis et Vitellius crocea facie hominem, quia vitellum Romani flavum ovi vocant, Varro Phoenicia lingua Iudaeum, Celtica strenuum. talia multa colligere per otium possit, cui forte, quod agat non habenti, sine cura vivere contingat, atque eiusmodi quibus stolidus ego, quamvis innumeris implicitus curis, oblectamentis vigilare.

24. Fidem scriptoribus addunt veterum testimonia. Iunius igitur Gracchanus, in libro de Potestatibus, his ipsis verbis de quaestore Romanorum. "creabantur populi suffragio. Tullus vero rex deinceps, ut necessarius esset quaestorum magistratus, decrevit; unde plerique historici eorum electionem illi solique tribuerunt. a quaerendo autem eos ita dictos esse Iunius, Trebatius et Fenestella dixerunt." et post alia "verum postea excepti sunt candidati principis quaestores, qui solis principalibus libris legendis vacabant. iidem autem et sententias uni-

βουλῆς ἀνεγίνωσκον ὑπὲρ τῶν εἰς ἀξιώματα προαγομένων." *ταῦτα μὲν ὁ Ἰούνιος, ὁ νομικὸς δὲ Οὐλπιανὸς ἐν τῷ* de officio quaestoris *(ἀντὶ τοῦ περὶ κυαίστωρος) ἀποχρώντως διαλέγεται.*

25. *Ζητῆσαι δὲ ἀξιόλογον εἶναι νομίζω, τί μέν ἐστι κυαίστωρ, τί δὲ κυαισίτωρ, καὶ τί μὲν σημαίνει διὰ τῆς διφθόγγου γραφόμενον, τί δὲ ψιλῆς. κυαίστωρ τοίνυν ὁ ζητητής, ἀπὸ τοῦ* quaerere *οἷον ἐρευνᾶν· οἱ γὰρ παρ' Ἕλλησιν ἐρευνάδες παρὰ Ῥωμαίοις κυαίστωρες ὠνομάσθησαν. κυαισίτωρ δὲ ὁ τιμωρὸς (τὸ μὲν γὰρ πρῶτόν ἐστι παρὰ Ῥωμαίοις δισύλλαβον, τὸ δὲ τρισύλλαβον)· ἐπὶ γὰρ τοῦ μόνου Μίνωος τοῦ Κρητός, ὃς γενέσθαι τιμωρὸς κατὰ τὸ μυθικὸν τῶν ἐν Ἅιδου ψυχῶν ἐνομίσθη, τὸ κυαισίτωρος ὄνομα ὁ Ῥωμαίων ποιητὴς ἐν ἕκτῳ τῆς Αἰνηΐδος τέθεικεν. ὅθεν καὶ κυαιστίωνας τὰς τιμωρίας καὶ κυαιστιοναρίους τοὺς τῶν ποινῶν ὑπηρέτας Ῥωμαῖοι ἔγνωσαν καλεῖν. ὁ μὲν γὰρ κυαίστωρ ζητητής ἐστιν ἐπὶ χρήμασιν, ὁ δὲ κατ' ἐπέκτασιν καὶ συλλαβῆς προσθήκην ἐπ' ἐγκλήμασιν· ἑκάτερον δὲ διὰ τῆς διφθόγγου γραφήσεται, κἂν εἰ τὸν ταμίαν διασημαίνῃ, ὅτι κυαίστους ὁ πόρος παρὰ Ῥωμαίοις καλεῖται. ὅτε δὲ μὴ δίφθογγος ᾖ ἐν προοιμίοις ἡ λέξις ἀλλὰ ψιλῇ γράφεται, οὐδέτερον μὲν τῶν εἰρημένων σημαίνει, τὸν δὲ μέμψιμον καὶ βλάσφημον διὰ τῆς γραφῆς ἐπιδείξει, ὅτι* queror *μέμφομαι, ῥήματι κοινῷ, πάθος ἅμα καὶ*

1 *προσαγομένων* C. 3 *κυαισίτωρος* C. sed hiat locus, ita fortasse supplendus: (*ἀντὶ τοῦ περὶ τῆς τοῦ κυαίστωρος τάξεως*) *περὶ κυαίστωρος*. cf. c. 28. 6 excidit forte *διά*. F. an *ψιλῇ*, ut c. extr.? 10 *τοῦ* ante *Μίνωος* aut delendum aut cum *καί* mutandum. 20 an *μεμψίμοιρον?*

versi senatus de iis qui ad honores provehebantur legebant." haec Iunius. prolixe de quaestore explicat Ulpianus iurisconsultus in libro de Officio quaestoris.

25. Quaerere autem operae pretium existimo, quid quaestor et quid quaesitor, quidque sonet cum diphthongo, quid, cum simplici vocali scribitur. quaestor igitur est qui quaerit, a quaerere, id est *ἐρευνᾶν:* qui enim apud Graecos *ἐρευνάδες*, apud Romanos quaestores dicti sunt. quaesitor vero est vindex (scilicet prius apud Romanos dissyllabum, hoc autem trisyllabum est): etenim soli Minoi Cretensi, qui animarum apud inferos vindex secundum fabulam credebatur, vates Romanus, in libro sexto Aeneidos, quaesitoris nomen tribuit. unde etiam quaestiones poenas et quaestionarios poenarum ministros Romani dixerunt. nempe quaestor est qui de facultatibus, quaesitor autem, quod fit extenta voce additaque syllaba, qui de criminibus quaerit. utrumque vero diphthongo scribendum; neque minus quaestor, quoniam quaestus a Romanis reditus vocatur. cum autem non diphthongo prima vocis syllaba, sed simplici vocali scribitur, neutrum illorum quae diximus, sed querulum et calumniatorem vi scripturae significabit, quia queror

ἐνέργειαν παραδηλοῦντι, λέγουσι, καὶ κυεριμονίας καὶ κυερήλας τὰς μέμψεις.

26. Ὅπως δὲ μὴ τυχὸν τεχνολογίαις τἀληθὲς δόξωμεν σοφίζεσθαι, πρὸς τῶν περὶ ταῦτα ἠσχολημένων μάθωμεν. Γάϊος τοίνυν ὁ νομικὸς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ παρ' αὐτοῦ ad legem 12 tabularum (οἷον εἰς τὸν νόμον τοῦ δυοκαιδεκαδέλτου) αὐτοῖς ῥήμασι πρὸς ἑρμηνείαν ταῦτά φησιν. "ὡς δὲ τὸ γαζοφυλάκιον τοῦ δήμου εἰς ἐπίδοσιν ἦλθε, προεχειρίσθησαν κυαίστωρες ὑπὲρ τῆς αὐτοῦ φροντίδος, ἀπὸ τῆς περιποιήσεως καὶ φυλακῆς τῶν χρημάτων οὕτως ὀνομασθέντες. ἐπειδὴ δὲ περὶ κεφαλικῆς τιμωρίας οὐκ ἐξῆν τοῖς ἄρχουσι κατὰ Ῥωμαίου πολίτου ψηφίσασθαι, προεβλήθησαν κυαίστωρες παρρικίδιοι" ὡσανεὶ κριταὶ καὶ δικασταὶ τῶν πολίτας ἀνελόντων. παρρικίδας δὲ Ῥωμαῖοι ὁμωνύμως τούς τε γονέων τούς τε πολιτῶν φονέας ἀποκαλοῦσι, παρέντης ἑκατέρους προσαγορεύοντες. διαφορὰν δὲ ἐπὶ τῆς ἐπωνυμίας ταύτην παρέχουσί τινα· συστέλλοντες γὰρ τὴν πρώτην συλλαβὴν καὶ βραχεῖαν ποιοῦντες τοὺς γονέας, ἐκτείνοντες δὲ τοὺς ὑπηκόους σημαίνουσιν.

27. Τῷ δὲ τρίτῳ καὶ διακοσιοστῷ τῶν ὑπάτων ἐνιαυτῷ, ἐπὶ τῆς ὑπατείας Ῥηγούλου καὶ Ἰουνίου, κρινάντων Ῥωμαίων πολεμεῖν τοῖς συμμαχήσασι Πύρρῳ τῷ Ἠπειρώτῃ, κατεσκευάσθη στόλος καὶ προεβλήθησαν οἱ καλούμενοι κλασσικοὶ (οἱονεὶ ναυάρ-

7 forsitan et hic Lydus erravit, ac Pomponii verba (Digest. 1 tit. 2 2) Caio tribuit. F. 16 βραχεῖαν ποιοῦντες F, βροχὴν ποροῦντες C. 22 προσεβλήθησαν vulgo.

τὸ μέμφομαι, verbo communi, affectum simul actionemque declarante, dicunt, nec non querimonias et querelas τὰς μέμψεις.

26. Ne autem forte verborum argutiis veritatis speciem quaerere videamur, ab iis qui in hoc argumento versati sunt discamus. Caius igitur iurisconsultus, in libro quem inscripsit *ad legem 12 tabularum*, haec ait. "cum autem aerarium populi auctius esse coepisset, ut essent qui ei praeessent, constituti quaestores, dicti ab eo quod conquirendae et conservandae pecuniae causa creati erant. et quia de capite civis Romani non licebat magistratibus ius dicere, propterea constituebantur quaestores parricidii (quasi quaesitores iudicesque eorum qui cives occidissent)." parricidas autem Romani et parentem et civium interfectores iuxta vocant, parentes utrosque appellantes. discrimen autem nominis afferunt hoc: nempe primam syllabam cum corripiunt, parentes, cum producunt, cives indicant.

27. Tertio autem et ducentesimo a consulatu anno, Regulo et Iunio consulibus, cum Romani iis qui Pyrrhi Epirotae socii fuerant bellum inferre statuissent, aedificata classis, et additi sunt qui vocantur classici (id est navarchi), numero duodecim quaestores, distributores

χαι) τῷ ἀριθμῷ δυοκαίδεκα κυαίστωρες, οἷον ταμίαι καὶ συναγωγεῖς χρημάτων· τίνι δὲ διαφέρει κυαίστωρ κυαισίτωρος, προειρήκαμεν. καὶ διεφυλάχθη ἡ τοιαύτη συνήθεια καὶ συναγωγὴ τῶν πόρων τοῖς τε ὑπάτοις τοῖς τε πραίτωρσιν ἐκδημοῦσιν.

28. Περὶ δὲ τῶν τοῦ παλατίου κυαιστώρων πυθέσθαι χαλεπὸν οὐδὲν Οὐλπιανοῦ τοῦ νομικοῦ· λέγει δὲ ὧδε ἐν μονοβίβλῳ περὶ τῆς τοῦ κυαίστωρος τάξεως. "πλὴν ἐξῄρηντο οἱ κυαίστωρες οἱ κανδιδάτοι τοῦ Καίσαρος· οὗτοι γὰρ μόνοις τοῖς βιβλίοις τοῖς ἐπὶ τῆς βουλῆς ἀναγινωσκομένοις ἐσχόλαζον, καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς τῶν βασιλέων ὑπούργουν." κανδιδάτους δὲ τοὺς λευχείμονας Ῥωμαίοις ἔθος καλεῖν· οὐδεὶς δὲ λόγον ὅντινα οὖν ἀναγνωσόμενος, καὶ μάλιστα ἐκ προσώπου βασιλέων, μὴ λευχείμων ἐπέβη τῆς ἀναγνώσεως. κανδιδάτοι δὲ καὶ οἱ μέλλοντες εἰς ἀρχὰς τῶν ἐπαρχιῶν παριέναι ἐλέγοντο, ὅτι καὶ αὐτοὶ λευχειμονοῦντες προῄεσαν, ταύτῃ παραδηλοῦντες ὡς ἀρχοντιῶσιν. καὶ τούτων μάρτυς πᾶς ὁ Ῥωμαϊκῆς οὐκ ἄμοιρος ἱστορίας. τὸ γὰρ μηδένα τῶν ἀρχόντων ἑτέρᾳ παρὰ τὴν ἐν ἑορταῖς στολῇ χρήσασθαι πᾶσίν ἐστι γνωριμώτατον· καὶ οὐκ ἐπὶ τῆς Ῥώμης μόνης ἀλλὰ μὴν κἂν ταῖς ἐπαρχίαις τοῦτο κρατῆσαν αὐτὸς ἐγὼ διαμέμνημαι, ἕως ἂν τὰ βουλευτήρια διῴκουν τὰς πόλεις, ὧν ἀπολομένων συνεξώλισθε τοῖς ἐν γένει τὰ ἐν εἴδει.

29. Τοσούτους ἄρχοντας τὰ Ῥωμαίων ἰθῦναι ὑπὸ τοῖς

1 συναγωγῆς C. 7 Ulpianus Digest. 1 tit. 13: *verum excepti erant candidati principis: hi etenim solis libris principalibus in senatu legendis vacant.* F. 8 μόνοι C.

videlicet exactoresque pecuniarum. quaestor et quaesitor quo differant, supra diximus. et servata haec consuetudo ac reditus colligendi ratio tum a consulibus tum a praetoribus, cum in exteras regiones proficiscerentur.

28. De palatii quaestoribus autem licet Ulpianum iurisconsultum audiamus: ait autem sic in libro singulari de Officio quaestoris. "verum excepti erant quaestores candidati principis: hi etenim solis libris in senatu legendis et epistolis imperatorum vacabant." candidatos autem Romani candidam vestem gerentes vocare solent. nemo autem orationem qualemcunque lecturus, ac praesertim coram imperatore, non cum candida veste ad lectionem accedebat. candidati vero ii quoque dicebantur qui in provinciis magistratus erant gesturi, quia et hi cum candida veste prodibant, hoc se studiosos magistratuum esse indicantes. testatur haec quisquis Romanae haud expers historiae: nam e magistratibus neminem, praeterquam solennibus diebus, alia veste usum esse, omnibus notissimum est. neque vero id Romae tantum, sed in provinciis etiam moris fuisse ipse memini, quamdiu quidem a curialibus civitates regebantur: quibus sublatis cum universis singula simul evanuerunt.

29. Tot magistratus rem Romanam sub regibus, per annos ducen-

ῥῆξιν ἐπὶ τοὺς τρεῖς καὶ τεσσαράκοντα καὶ διακοσίους ἐνιαυτούς, ἐφ' ὅσους οἱ ῥῆγες ἐκράτησαν, ἡ καθόλου ἱστορία παραδέδωκεν. καὶ τὸ λοιπὸν ὥσπερ ἐν σκότῳ τὸ τῆς ἐλευθερίας ἐξέλαμψεν ὄνομα.

30. Ὑπάτους Ἕλληνες τοὺς ὑψηλοὺς καὶ μεγάλους λέγουσιν, οὐ στοχασάμενοι τῆς ἀληθοῦς τοῦ ὀνόματος προσηγορίας. τὸ γὰρ κόνσουλ, ὡς Ἰταλοῖς ἡ φύσις παραδέδωκεν, οὐ τὸν ὑψηλὸν ἀλλὰ τὸν πρύτανιν σημαίνει. Κόνσος γὰρ αὐτοῖς ὁ Ποσειδῶν ἐνομίσθη· κρύφιος δὲ αὐτὸς καὶ ὑποβρύχιος, καὶ ὡς τοῖς ποιηταῖς ἤρεσεν, ἐννοσίγαιος καὶ ἐνοσιχθών· ιτι δὲ κρύφιον τοῦτο λεληθῶς. ταύτῃ καὶ κονσίλια τὰ βουλεύματα καὶ μυστικὰ σκέμματα λέγεται παρ' ἐκείνοις, ἀπὸ τοῦ κόνδερε οἱονεὶ τοῦ κρύπτειν, καὶ κόνσουλ ὁ κρυψίνους, ἀπὸ τοῦ προνοεῖν καὶ καθ' ἑαυτὸν ὑπὲρ τῶν κοινῶν σκεπτόμενον ἀγρυπνεῖν. ταύτῃ καὶ κονσουάλια τὰ ἱπποδρόμια καλοῦσιν οἱ ἀρχαῖοι· ἵππειον γὰρ ὁ μῦθος τὸν Ποσειδῶνα λέγει. τοιαῦτα μέν τινα περὶ τῆς Ἰταλικῆς τῶν ὑπάτων προσηγορίας.

31. Ὅτι δὲ τῶν πάντων ἠγνόησεν οὐδεὶς τὰ ὀνόματα τῶν πρώτως ὑπατευσάντων, μέτριά τινα περὶ Βρούτου λεκτέον. Ἰούνιος μὲν κύριον ὄνομα τἀνδρὶ γέγονε, Βροῦτον δὲ αὐτὸν κατὰ τὸν τῆς ἐπωνυμίας τρόπον ἔλεγον ἀπὸ τῆς ὑποκεκριμένης αὐτῷ μωρίας· βροῦτον γὰρ τὸν μωρὸν ἐπεχωρίαζον Ἰταλοὶ τὸ πάλαι ἀπὸ τῆς βαρύτητος τῶν φρενῶν. οὗτος, ὡς ἔφην, εὐήθειαν σκη-

8 κόνσον C. 9 αὐτὸς] οὗτος? 10 ιτι] ἔστι F. an ἀληθῶς? 12 κονδόρε C. 21 ὑποκεκρυμμένης vulgo.

tos quadraginta tres, quos penes reges imperium fuit, rexisse in universum historia tradidit. ac deinde velut in tenebris libertatis nomen eluxit.

30. Ὑπάτους Graeci excelsos magnosque vocant, neglecta vera nominis significatione. etenim τὸ consul Italorum, ut res ipsa fert, non excelsum sed prytanem significat. Consum enim illi Neptunum dicebant: occultus vero ille, sub undis latens, atque, ut poetis placuit, terrae quassator .... eadem ratione consilia ab iis consultationes deliberationesque secretae a condere (id est occultare) dicuntur, et consul tanquam mentem celans, quippe qui prospiciat proque re publica secum cogitans vigilet. hinc etiam consualia antiqui cursus equestres ludicros dicunt: equestrem enim fabula appellat Neptunum. haec de Italo consulum nomine.

31. Quoniam vero primorum consulum nomina nemo ignorat, pauca quaedam de Bruto dicenda. Iunius proprium viri nomen erat, Brutum autem, secundum cognominandi morem, eum a simulata eius stultitia vocabant: Brutum enim Itali olim patrio sermone stultum a torpore mentis appellabant. hic, ut dixi, stultitiam fingens tempus quaerebat Tar-

νευόμενος ἐζήτει καιρὸν τὸν Ταρκύνιον, ἄνδρα τῶν πώποτε τυράννων ἀπηνέστατον, ἐξωθῆσαι τῆς ἀρχῆς. ὡς δὲ βραδύνων Ἀθήνησι διὰ τοὺς νόμους σὺν τοῖς μετ᾽ αὐτοῦ πρὸς τοῦτο σταλεῖσιν ὑπὸ Ῥωμαίων ᾔτει τὸν θεὸν ὁδὸν ὑποδεῖξαι καὶ συλλαβεῖν αὐτῷ πρὸς τοῦτο, ἔχρησεν αὐτῷ τὸ δαιμόνιον ὅτι εἰ τῆς πατρίδος ἐπιβὰς πρὸ πάσης τάξεως τὴν μητέρα περιπτύξηται καὶ λιπαρῶς περιβάλοι, περιέσται τοῦ σκοποῦ. καὶ δὴ ἐπανελθὼν ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ τὴν γῆν περιβαλὼν (αὕτη δὲ μήτηρ τῶν πάντων) ἠλευθέρωσε Ῥωμαίους τυραννίδος, ἀρχὴν ἐξευρὼν παρ᾽ οὐδενὶ τῶν ἐθνῶν γνωριζομένην, καὶ εἰ παρ᾽ Ἑβραίοις Δανιὴλ ὁ προφητῶν θειότατος ὑπάτων παρὰ Ἀσσυρίοις γενομένων ποτὲ μνημονεύει. οὐδὲ γὰρ οὗτος αὐτὸς ἐπὶ τῆς Ἑβραΐδος ἀπέθετο φωνῆς, ὡς Ἀρισταῖος λέγει· ἀλλ᾽ οἱ ἑρμηνεύσαντες παρὰ Πτολεμαίῳ τὰ λόγιά ποτε ἀντὶ δυναστῶν καὶ βουλευτῶν ὑπάτους εἶπον, μήπω τότε παρὰ Ῥωμαίοις ἀνισχούσης τῆς ἀρχῆς καὶ παρὰ πᾶσιν ἐπὶ τῷ καινῷ μεγέθει [τῆς ἀρχῆς] θαυμαζομένης. τούτων οὕτως ἐχόντων περὶ τῶν τῆς ὑπατείας συμβόλων ῥητέον.

32. *Λευκοὶ φαινόλαι ποδήρεις, καὶ κολοβοὶ μετρίως παρὰ τοὺς φαινόλας ἀνεσταλμένοι, πλατύσημοι, πορφύρα διάσημος ἐξ ἑκατέρων τῶν ὤμων, τοῖς μὲν φαινόλαις πρόσθεν τοῖς δὲ κολοβοῖς καὶ ἐξόπισθεν, καὶ ὑποδήματα λευκὰ (ἀλούταν δὲ τὸ ἀπὸ στυπτηρίας δέρμα καλοῦσιν οἱ Ῥωμαῖοι, ὅτι ἄλουμεν κατ᾽ αὐτοὺς ἡ*

5 *ὅτι* vulgo om. 6 pro *τάξεως* malim *πράξεως*. 12 *οὕτως?* *ἐπέθετο* vulgo: cf. 3 70. 14 immo *μήποτε*. 19 *διάσημα* vulgo. 22 *ἄλουμον* C.

quinium, virum omnium, qui unquam tyranni fuere crudelissimum, regno expellendi. qui cum (Athenis cum iis degens qui legum causa cum eo a Romanis erant missi) deum rogasset ut viam monstraret seque in eo adiuvaret, respondit ei numen, si in patriam ingressus matrem ante omnia amplectatur avideque osculetur, voti compotem futurum. et vero, Romam reversus, terramque (est autem haec omnium mater) osculatus, tyrannide Romanos liberavit, magistratumque repperit nulli populorum cognitum; quamvis apud Hebraeos Daniel, prophetarum sanctissimus, *ὑπάτων*, qui olim apud Assyrios fuere, mentionem faciat. neque enim hic ipse, ut ait Aristaeus, in Hebraeo sermone ita scripserat: sed qui apud Ptolemaeum sacras literas olim vertere, principes et senatores *ὑπάτους* dixerunt, necdum tum eminente apud Romanos imperio, neque nova magnitudine omnium admirationem in se convertente. restat ut de insignibus consulatus dicamus.

32. Consulum insignia toga alba talaris, et colobus, paenula aliquanto restrictior, laticlavius, purpura ex utroque humero insignes, et paenula quidem in adversa, colobus autem in aversa etiam parte; calceamenta alba (alutam autem alumine subactum corium appellant Romani,

στυπτηρία λέγεται), καὶ ἐκμαγεῖον ἐπὶ τῆς δεξιᾶς ἀπὸ λίνου λευκόν, τὰ ἐπίσημα τῶν ὑπάτων ἦν (μάππαν καὶ φακιόλην ἐπιχωρίως ὠνόμασαν, ὅτι φακίης κατ' αὐτοὺς ἡ ὄψις λέγεται), καὶ πελέκεις ἡγούμενοι, εἰς ὕψος ἀρθέντες, καὶ πλῆθος ἀνδρῶν ῥάβδους ἐπιφερομένων, ἐξ ὧν ἱμάντες φοινικῷ χρώματι βεβαμμένοι ἐξήρτηντο, ἢ ἀπὸ Σερανοῦ τοῦ δικτάτωρος, ὃς ἐν ὕλαις ξυλοτομῶν καὶ πέλεκυν εἰκότως ἐπιφερόμενος ῥάβδον τε ἐξηρτημένην ἡνίας πρὸς ἔλασιν τῶν βοῶν τῆς ἁμάξης ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν μετεστάλη, ὡς Πέρσιος ὁ Ῥωμαῖος σατυρικὸς ἔφη, ἢ καὶ ὅτι πέλεκυς ἐξουσίας ἐστὶ δεικτικός· πρὸς τούτοις καθέδρα (σέλλαν αὐτὴν ἐκεῖνοι καλοῦσιν) ἐξ ἐλέφαντος, ἐφ' ᾗ καθήμενον τὸν ὕπατον οἱ πολῖται, σχίδακας ἐπιμήκεις ὑποβαλόντες, ἔφερον προϊόντα.

33. Ὅπως δὲ μὴ τῇ τοῦ ἑνὸς ἐξουσίᾳ ἀδυσώπητος ἡ ἀρχὴ τοῦ ὑπάτου γένοιτο, δύο καὶ ἐπὶ μόνον ἐνιαυτὸν προεχειρίσαντο, ὡς εἴρηται, Βροῦτον τὸν τῆς ἐλευθερίας ἔκδικον, σὺν αὐτῷ Πουπλικόλαν (τὸ δὲ ὄνομα τὸν δημαγωγὸν σημαίνει)· οἷς ἐξῆν καὶ νόμους γράφειν καὶ αὐτοκρατῶς τοὺς πολέμους διοικεῖν, οἷα τὴν τῶν ὅλων διοίκησιν ἀνημμένοις. τελευτήσαντος δὲ τὸν βίον τοῦ Βρούτου δημοσίῳ πένθει ἐτίμησαν τὸν νεκρόν, καὶ βρούτας τὰς σφῶν γυναῖκας ὠνόμασαν ἐξ αὐτοῦ διὰ τὴν σωφροσύνην· τὸν δὲ ἕτερον ὁ θάτερος ἔτι περιὼν ἐπικηδείῳ πρῶτος ἐτίμησε. λέγεται

4 πλῆθους C. 6 ἢ ἀπὸ Σερανοῦ F, μησεράννον C. 7 ῥάβδον — ἡνίαν F. 9 locum Persii, quem certe haec scribens non inspexit Lydus, vide in Sat. 1 37. F. 12 ὑπομήκεις vulgo. προϊόντα F, προσιόντας C. 15 lego καὶ σὺν F.

Tyrannidem quotquot unquam ausi sunt, non solum quibus ipsi vixere tempora afflixere, sed posterioribus quoque nocuerunt, aemulos pravitatis civibus relinquentes. sic Marii tyrannide adiutus Sylla prodiit, seque tyrannum tyranno obiecit; qui dum inter sese confligebant, Romana res publica tyrannorum armis interiecta dilacerabatur. ac Marius quidem initio copias Syllae superavit: fortuna autem perdere utrumque studente, modo hic modo ille superior discessit; finis vero utrique exitium. victus enim Marius a Sylla minutatim concisus est; Sylla autem post victoriam vermibus gemens, nec quicquam ea praeter felicis nomen adeptus, interiit. cui cum se iunxisset Pompeius, superstitem etiam aemulatus est, ductaque in matrimonium nepte eius Antistia socerum habuit, seque totum ei dedit. Caesar autem, qui initio Pompeii studio laborasset, mortua iam Iulia filia, quam in matrimonium ei dederat, contrarias partes amplexus Marium coluit eiusque aemulatus est mores. igitur ambo inter se congrediuntur, quasi heredes tyrannorum, praeter copias, populis quotquot ad orientem solem, a Pompeio, barbaris autem, quotquot ad occidentem solem et septentriones degebant, a Cae-

καὶ δῆλα τὰ λοιπά. (2) κρατεῖ δὲ τῶν ὅλων ὁ Καῖσαρ, καὶ ἐπὶ τριακοσίοις αἰχμαλώτοις θριαμβεύων βασιλεῦσιν ἀναβὰς εἰς τὴν Ῥώμην οὐ βασιλέως (τί δ' ἂν εἴη μεῖζον;) ἤγουν μονάρχου τινὸς ὑπέμεινεν ὑπελθεῖν προσηγορίαν, ἄλλην δέ τινα καὶ τῇ τύχῃ ἠγνοημένην ἐζήτει τιμήν. ὡς γὰρ ἐκ τοῦ Καπιτωλίου μετὰ τὸν θρίαμβον ἐπὶ τὴν βουλὴν ἐφέρετο, ἐκδραμόντος τινὸς τῶν ἐν τέλει τῆς στρατιᾶς καὶ στέφανον ἀγνοοῦντι περιθεμένου λαβὼν αὐτὸς ἔρριψεν ἀγανακτῶν, ὡς ὕβριν ὑπομένειν ὑπολαβών, εἰ βασιλεὺς χρηματίσοι ὁ τοσούτους βασιλέας εἰς δουλείαν ὑπαγαγὼν καὶ αὐτὴν δὲ τὴν τύχην ἑλών. οὕτως ἐμφορηθεὶς ταῖς εὐπραγίαις ἠξίωσε μόλις θεός τε ἅμα καὶ ἀρχιερεὺς καὶ ὕπατος καὶ μόναρχος ἐσαεί, καὶ Ῥωμαίων μὲν πρῶτος ἐπίτροπος δὲ τῶν ἁπανταχοῦ βασιλέων, καὶ ἵππαρχος καὶ πατὴρ πατρίδος καὶ στρατηγὸς καὶ φύλαξ πόλεως καὶ πρῶτος δημάρχων χρηματίσαι, στολὴν ταῦτα πάντα σημαίνουσαν ὑποδύς. καὶ ὄνομα μὲν αὐτῇ τριουμφάλια (οὐδὲ γὰρ ἦν εὔπορον οὕτω πολυσήμαντον ἐξευρεῖν τῇ στολῇ προσηγορίαν), χιτὼν δὲ ἦν ἔνδον μὲν ἐκ πορφύρας, ἄνωθεν δὲ χρυσὸς ὅλως, ὥσπερ ἐλασθέντος διεστηκὼς τοῦ χρυσοῦ, καὶ λῶρος ἄνωθεν· οὕτω δὲ τὴν χρυσήλατον ἐπωμίδα Ῥωμαίοις ἀρέσκει καλεῖν. ταύτην τὴν στολὴν ἔθος ἐκράτησεν ἐξ ἐκείνου τοὺς Ῥωμαίων αὐτοκράτορας ἀμπέχεσθαι, ὅταν ἐπὶ βασιλεῦσιν αἰχμαλώτοις θριαμβεύσωσι. καὶ τοῦτο δῆλον ἐν ἡμῖν ἀπεδείχθη, ὅτε Γελίμερα τὸν

17 χρυσοῦς ὅλος? 21 nonne θριαμβεύωσι? 22 Γελίμερα τὸν F, Γελίμερτῶν C.

sare stantibus. reliqua nota. (2) rerum vero potitur Caesar; qui cum de trecentis captis regibus triumphans Romam rediisset, non principis (quid autem maius foret?) aut summi rectoris nomen subire sustinuit, verum alium quendam et fortunae ignotum honorem quaesivit. nam e Capitolio post triumphum in curiam vehens, cum e principibus exercitus quidam procurrisset coronamque ignaro imposuisset, ipse prehensam iratus proiecit, quasi ignominiosum sibi ratus, si, qui tot reges in servitutem redegisset ipsamque fortunam superasset, rex appellaretur. ita felicitate repletus, vix deus simul et pontifex et consul et perpetuus rector, Romanorumque primus, tutor vero omnium orbis terrarum regum, et magister equitum et pater patriae et imperator et custos urbis et primus tribunorum plebis appellari voluit, vestem haec omnia indicantem indutus; quae quidem triumphalis dicta est: neque enim facile erat tam multa significans nomen vesti reperire. erat autem tunica interius purpurea, exterius vero tota aurea, quasi ducto auro rigida, nec non loro superne ornata: ita autem ex auro factum humerale ornamentum Romani vocare solent. hanc vestem induere Romanorum imperatores, cum de captivis regibus triumpharent, ex illo moris fuit; quod apud nos manifeste patuit, quo tempore Gelimerem, Vandalorum et Libyae re-

Βανδήλων καὶ Λιβύης βασιλέα πανεθνεὶ θεὸς αἰχμάλωτον τῇ καθ' ἡμᾶς παρεστήσατο βασιλείᾳ. οὐδὲ γὰρ ἦν ὁμοσχήμονα τὸν νικητὴν πορφύραν περικειμένῳ γίνεσθαι τῷ κρατηθέντι. τοιούτοις τὸν Καίσαρα τῆς τύχης ἐπὶ τριετῆ χρόνον διαπαιζούσης φρυάγμασιν, ἡ φύσις ἔπεισεν ἄνθρωπον εἶναι.

3. Ὀκταβιανὸς δὲ μετ' αὐτόν, ἀδελφιδοῦς ἐξ Ἀτίας τοὔνομα τῆς ἀδελφῆς αὐτῷ γενόμενος καὶ θετὸς παῖς, διαδεξάμενος τὴν αὐτοκράτορα τιμήν, θεὸς μὲν δῆθεν εὐσεβῶς μετριάζων ὀνομάζεσθαι παρῃτεῖτο, θεῖος δὲ μᾶλλον (καὶ τοῦτο πᾶσι τοῖς μετ' αὐτὸν τὸ ἀξίωμα περιετέθη)· τὸ μὲν γὰρ τῶν φύσει πεφυκότων ἐστί, τὸ δὲ τῶν θέσει, τιμῆς ἢ μᾶλλον βλασφήμου κολακείας χάριν τοῖς βασιλεῦσι περιτιθέμενον. τοῖς δὲ ἐπισήμοις χρήσασθαι οἷς Καῖσαρ ὁ μέγας, τέως οὐκ ἔσχε, πρῶτον μὲν ὅτι κοινωνοὺς εἶχε τῆς ἀρχῆς Ἀντώνιον καὶ Λέπιδον. νέος δὲ ὢν κομιδῇ, καὶ τὴν λεγομένην παρὰ Ῥωμαίοις βοῦλλαν οἱονεὶ ψῆφον, τῆς Καίσαρος ἠξιοῦτο προσηγορίας· ὅθεν ἔτι καὶ νῦν τοῖς εἰς βασιλείαν προαγομένοις οὐ πρότερον τὰ ταύτης ἐπιτίθεται σύμβολα, πρὶν στρεπτὸν τῷ τραχήλῳ περιτιθέντες αὐτῷ οἱ ἐν τέλει τῆς στρατιᾶς ἄξιον εἶναι τῆς βασιλείας ἀποφήνωσι, Καίσαρα δεικνύντες αὐτὸν καθάπερ τὸν νέον Καίσαρα, καὶ τῆς τοῦ πρώτου Καίσαρος ἄξιον τιμῆς τε καὶ προσηγορίας. ὥσπερ γὰρ Πέρσαις ἐστὶ νόμιμον τὸν ἐκ βασιλέως τεχθέντα προάγειν ἑαυτοῖς εἰς βασιλείαν, οὕτω Ῥωμαίοις τὸ πάλαι μὴ τῷ τυχόντι ἀλλὰ μόνοις τοῖς ἐκ τῆς Καίσαρος

15 ψῆφον] ψῆφον φορῶν? 17 τὰ ταύτης] ταῦτά τις vulgo.
23 τὸ] οἷς τὸ vulgo, ἣν τὸ F.

gem, cum universa gente deus captivum imperatoriae nostrae urbi exhibuit: neque enim fas erat victorem victo, purpura velato, habitu similem esse. sic superbientem Caesarem cum triennium fortuna lusisset, natura hominem esse persuasit.

3. Octavianus autem, quem ex Atia sorore natum Caesar adoptaverat, imperatoria dignitate post eum potitus, divinus (quod nomen omnes post eum imperatores habuere) potius quam deus, pia scilicet modestia, appellari voluit: illud quippe eorum est qui natura sua dii, hoc eorum qui adoptione, honoris seu potius ignominiosae adulationis gratia datum imperatoribus. insignibus vero uti, queis magnus Caesar, interim non poterat, primum quidem, quia socios imperii, Antonium et Lepidum, habebat. admodum vero adolescens, et quam bullam, id est gemmam, Romani vocant, gerens, Caesaris nomine honoratus est; unde etiamnum ad imperium provehendo non prius haec insignia imponuntur, quam principes exercitus, torque collum eius circumdantes, dignum esse imperio declaraverint, Caesarem eum ostendentes, veluti adolescentem Caesarem et primi Caesaris honore nomineque dignum. quemadmodum enim Persis mos est ex rege nato regnum deferre, sic Romanis olim fuit non cuilibet,

σειρᾶς κατιοῦσιν ἐγχειρίζειν τὸ κράτος. μέσος οὖν ἦν ὁ νέος Καῖσαρ, μήτε τῆς ὅλης ἐπειλημμένος τοῦ κράτους τιμῆς διὰ τοὺς κοινωνοὺς τῆς ἀρχῆς, μήτε μὴν ἀμοιρῶν, τὸ δὲ πλέον ἔχων παρ' ἐκείνους διὰ τὸ Καίσαρος ἐπώνυμον, ὃ περιὼν ἔτι ὁ θεῖος αὐτῷ περιέθηκε, διάδοχον ἑαυτοῦ καταλεῖψαι ψηφισάμενος. ὡς δὲ Λέπιδος μὲν ἐτελεύτα, Ἀντώνιος δὲ πρὸς Κλεοπάτραν ἔρεψε, Φουλβίαν τὴν ἀδελφὴν τοῦ νέου Καίσαρος συνοικοῦσαν αὐτῷ τὸ πρὶν ἀποπτύσας, Αἴγυπτόν τε εἷλε μετ' Ἀντωνίου, καὶ τοὺς ἐμφυλίους ἔπαυσε θορύβους τῆς Ῥώμης, ὀγκωθεὶς καὶ αὐτὸς θεός τε ἐχρημάτισεν ὁ ἄρτι μετριάζων, καὶ ναοὺς ὡσιωμένους πρὸς τιμῆς αὐτῷ ἀπεδέξατο, καὶ ἀρχιερέα ὡσεὶ θεὸς ἐπεμβόλιμος προεχειρίσατο, πρῶτον αὐτὸν τῶν ἱερέων τῶν τότε νομισθέντων θεῶν ἀποδείξας. ἐπισήμοις τε πᾶσιν ἐχρήσατο οἷς ὁ πατήρ, καὶ στρατείαις καὶ τάξεσι καὶ δορυφόροις ὅσοις ὁ Ῥωμύλος τε καὶ πάντες οἱ ἀπ' αὐτοῦ μέχρι τούτων ἐχρήσαντο, μόνον τὸν ἵππαρχον εἰς ἔπαρχον μεταβαλών, ὀχήματι τιμήσας ὑπερηφάνῳ, ἐξ ἀργύρου πεποιημένῳ, καὶ τάξιν πολιτικὴν ἀπονείμας αὐτῷ πειθαρχεῖν, Αὐγουσταλίους ἐξ αὐτοῦ καλέσας αὐτούς· περὶ ὧν ἐν τῷ περὶ τῆς τάξεως τῶν ὑπάρχων μικρὸν ὕστερον ἐροῦμεν. ἠπίως δὲ ὅμως ἐχρήσατο τοῖς ὑπηκόοις· ὥστε τοὺς Ῥωμαίους εἰπεῖν ἐπ' αὐτῷ τῇ πατρίῳ φωνῇ utinam nec natus nec mortuus fuisset! *ἀπηύχοντο γὰρ αὐτοῦ τὴν γένεσιν, ὅτι μόνος ἐστήριξε τὴν τῶν Καισάρων ἡγεμονίαν, καὶ ὁμοίως τὴν τελευτὴν διὰ τὸ ἤπιον ἅμα καὶ τὸ τῶν*

3 *ἄμοιρον* vulgo. 4 *ἐκείνους* F, *ἐκείνοις* C.

sed nonnisi a Caesaris stirpe ortis imperium tradere. medius igitur erat adolescens Caesar, neque expers imperii honoris, neque propter socios principatus omnem consecutus, prae illis vero praecipuum habens Caesaris cognomen, quod superstes etiam avunculus ei dederat, cum successorem sibi eum relinquere constituisset. postquam vero, mortuo Lepido, Aegyptum cum Antonio, qui, Fulvia sorore eius repudiata, Cleopatrae sese dederat, superavit, ac domesticas Romanorum turbas composuit, inflatus et ipse cum dei nomen usurpavit, qui nuper modeste egisset, tum templa honori suo consecrata recepit, et pontificem, tanquam intercalatus deus, creavit, quem primum inter sacerdotes deorum, qui tum colebantur, constituit. insignibus autem omnibus usus est quibus pater; militiis vero, officiis et satellitibus, quot Romulus et omnes deinceps ad eum usque usi erant. solum magistrum equitum in praefectum praetorio mutavit, curruque insigni, ex argento facto, honoravit, nec non civili officio eum praefecit, quos Augustales a semet nominavit; de quibus in libro de officio praefectorum praetorio paulo post disseremus. mansuetum tamen se civibus praebuit; unde Romani de eo patrio sermone dixerunt "utinam nec natus, nec mortuus fuisset!" optabant quippe natum non fuisse, qui solus Caesarum principatum firmasset; iidem mortuum

ἐμφυλίων στάσεων ἀναιρετικόν· οὐδὲ γὰρ μετ' αὐτὸν ἐμφύλιος ἀνήφθη πόλεμος.

4. Ἐχρῆτο δὲ στολῇ ἐπ' εἰρήνης, οἷα ποντίφεξ (ἀντὶ τοῦ ἀρχιερεὺς γεφυραῖος), πορφυρᾷ, ποδήρει, ἱερατικῇ, χρυσῷ λελογχωμένῃ, ἀμφιβλήματι δὲ ὁμοίως πορφυρῷ, εἰς χρυσοῦς αὔλακας τελευτῶντι· τήν τε κεφαλὴν ἔσκεπε δι' ἃς ἐν τῇ γραφείσῃ μοι περὶ μηνῶν πραγματείᾳ ἀποδέδωκα αἰτίας· ἐπὶ δὲ τῶν πολέμων παλουδαμέντοις (αἵ δέ εἰσι δίπλακες ἀπὸ κόκκου, πρωτείας μετάξης κλωστῆς, χρυσῇ περόνῃ λιθοκολλήτῳ ἀναρπαζόμεναι τοῖς ὤμοις· ἡμεῖς μὲν φίβουλαν ὡς Ἰταλοὶ καλοῦμεν, κορνοκόπιον δὲ ἰδίᾳ πως ἐν τοῖς βασιλείοις ἔτι καὶ νῦν λέγουσιν), ἐν δὲ ταῖς εὐωχίαις λιμβοῖς (πορφυροῖ δέ εἰσι τρίβωνες, ποδήρεις, μαιανδρίαις γραμμαῖς, ἐπὶ τῶν ὤμων χρυσοῖς τουβαλαμέντοις οἱονεὶ σωληνωτοῖς ὑφάσμασι διαλάμποντες) καὶ παραγώδαις αὐριγάμμοις, ἀντὶ τοῦ χιτῶσι χρυσοῖς γαμματίσκοις ἀναλελογχωμένοις, ἀπὸ τῆς περὶ τοὺς πόδας ὤας καὶ τελευτῆς τοῦ ἐσθήματος ἐξ ἑκατέρων τῶν πλαγίων εἰς γάμμα στοιχεῖον διαζωγραφοῦσι χρυσῷ τὸν χιτῶνα· ἐν δὲ τῇ βουλῇ χλαμύσι πορφυραῖς μὲν (πῶς γὰρ οὐχί;) πρὸς δὲ τὸ πέρας τῆς ποδήρους ὤας γραμμαῖς τετραγώνοις, διόλου χρυσῷ κοσμουμέναις (σηγμέντα αὐτὰς οἱ τῆς αὐλῆς καλοῦσιν ἀντὶ τοῦ χρυσόσημα, τὸ δὲ πλῆθος ἐπὶ τῶν ἰδιωτικῶν χλαμύδων σημέντα), βραττεολάταις καὶ γεμμάταις καὶ λαγκιολάταις, ἀντὶ τοῦ χρυσο-

6 de Mens. p. 1 19. 9 ἀναπαζόμεναι C. 13 post ἐπὶ videtur excidisse δέ. F. 15 γαμματισκίοις? an γαμματισμοῖς? 20 αὐτὰς οἱ] αὐτὰρ C. 22 βραττεολάτοις καὶ γεμμάτοις καὶ λακιολάτοις C.

non fuisse, qui et mansuetus fuisset et domesticas factiones sustulisset. neque enim post illum bellum civile conflatum est.

4. Veste autem utebatur, pace, utpote pontifex (id est ἀρχιερεὺς γεφυραῖος), purpurea, talari, sacerdotali, auro lanciolata, et pallio pariter purpureo, in aureos sulcos desinente; caputque operiebat, ob causas quas in libro meo de mensibus memoravi; bello autem paludamentis (quae sunt duplices laenae, e cocco, torta metaxa praestantissima, fibula aurea, gemmata, in humeris coercitae; quam fibulam nos, sicut Itali, vocamus, cornucopium vero peculiari quodam nomine in aula etiamnum vocatur): in conviviis limbis (sunt autem lacernae purpureae, talares, maeandris ornatae, circa humeros aureis tubulamentis, id est pannis canaliculatis, fulgentes) et paragaude aurigamma, id est tunica aureis gammis lanciolata, a limbo circa pedes imoque vestis, ab utroque latere, in formam literae gamma tunicam auro distinguentibus; in senatu chlamyde, purpurea (quidni enim?), in imo autem ad pedes pertinentis limbi figuris quadrangularibus (segmenta eas aulici, id est clavos aureos, vocant, vulgus autem in privatorum chlamydibus sementa), tota vero auro ornata, bracteolata, gemmata, lanceolata, id est aureis foliis, gemmis, lancio-

πετάλοις καὶ διαλίθοις καὶ λογχωταῖς, καὶ τοῖς λοιποῖς τῆς βασιλείας ἐπισήμοις, περὶ ὧν κατὰ λεπτὸν ἀφηγήσασθαι περιττὸν ὑπολαμβάνων παρίημι, τοῦ λόγου με τὸ λοιπὸν ἐπὶ τὴν ἀφήγησιν τῆς ποτὲ πρώτης τῶν ἀρχῶν κατὰ τάξιν ἄγοντος.

5. Τὸ μὲν περίβλεπτον τῆς ἀρχῆς καὶ μόνῳ τῷ σκήπτρῳ παραχωροῦν καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς ἀμυδρᾶς σκιᾶς, ἣν ἔτι καὶ μόνην δοκεῖ διασώζειν, ἱκανοῖς ἄν τις καταλάβοι γνωρίσμασι· πέφυκε γὰρ τὰ τῶν πραγμάτων ὑπέροπτα καὶ ἐξ αὐτῆς καταλαμβάνεσθαι τῆς ἐλαττώσεως. δεινὸς δὲ ὁ χρόνος ἐκφαγεῖν τε καὶ ὑπεργάσασθαι τὰ γένεσιν ἅμα καὶ φθορὰν εἰληχότα. ἀλλ' ἡ βασιλέως ἀρετὴ τοσαύτη τίς ἐστιν ὥστε παλιγγενεσίαν δι' αὐτοῦ τὰ πρὶν ἐξολωλότα καραδοκεῖν.

6. Οὕτως οὖν τῶν ἀρχῶν, ὡς ἔφθην εἰπών, ἄχρι τῆς Καίσαρος τοῦ πρώτου ἐπικρατείας προελθουσῶν, αὐτὸς μετὰ τῆς τύχης ἐπιστὰς τοῖς πράγμασι ξύμπαν ἐξηλλοίωσε τὸ πολίτευμα, ὑπάτοις μὲν μηδὲν παρὰ τὴν προσηγορίαν ἀπολιπὼν εἰς μήνυμα τοῦ χρόνου δῆθεν· ὑφ' ἑαυτῷ δὲ τάξας τὸν σύμπαντα στρατόν, δέδωκε τοῖς μετ' αὐτὸν ἢ δι' ἑαυτῶν, πλὴν εἰ μή γε τὸ τρυφᾶν προτιμῷεν, ἢ διὰ στρατηγῶν ὧν ἂν θέλωσιν, ἢ δι' ὑποστρατήγων τῶν παρὰ Ῥωμαίοις λεγομένων ληγάτων, τοὺς ἐνισταμένους διεργάζεσθαι πολέμους, μόνῳ τῷ ἱππάρχῳ, ὃς ἦν αὐτῷ Λέπιδος μοναρχοῦντι, καταλιπὼν μετὰ μείζονος αὐθεντίας τὴν δύναμιν· ὃν μετ' αὐτὸν Ὀκταβιανὸς Καῖσαρ, ὡς εἴρηται, ὕπαρχον ἑαυτῷ

1 λογχωτοῖς C. 18 τοὺς μετ' αὐτῶν C: corr F. 19 προτιμῶμεν vulgo. 22 καταλιπὼν F, καταλεπτον C.

lis distincta, et ceteris principatus insignibus; de quibus subtiliter explicare supervacaneum existimans, operis ordine ductus, ad primum quondam inter magistratus deinceps enarrandum transeo.

5. Illustre huius magistratus, soli sceptro cedentis, vel ex ipsa obscura umbra, quam unam nunc retinere videtur, sufficientibus indiciis colligas: solent quippe excelsa rerum vel ex ipsa imminutione intelligi. magna autem temporis vis consumendi ac subigendi, quae ortum simul et interitum sortita. verum ea est imperatoris virtus, ut novum ortum per eum ante exstincta exspectent.

6. Cum igitur, ut supra dixi, ad Caesaris primi principatum usque magistratus prodiissent, ipse comite fortuna rerum potitus, totam mutavit rem publicam, consulibus quidem nil praeter nomen, temporis videlicet indicandi gratia, relinquens, copias vero universas sibi subiiciens; unde successores eius vel per sese vel, si forte mollitiem praeferant, per quos volunt duces, vel per quos legatos Romani vocant, id est inferioris ordinis duces, obvia bella administrant. soli magistro equitum, quo solus regnans Lepido usus est, potestatem eamque auctoritate auctam reliquit; quem cum post eum Octavianus Caesar, uti diximus, praefe-

οὐ τῆς αὐλῆς μόνης ἀλλὰ μὴν καὶ στρατιᾶς ἁπάσης καὶ πολιτικῆς τάξεως, ἣν οὐκ εἶχε πρότερον, ἀναδείξας, ὡς βραχὺ παρατραπείσης τῆς λέξεως ἐξ ἀφυλάκτου συνηθείας, ἀντὶ ἱππάρχου ὕπαρχος προσηγορεύθη. καὶ ἐπὶ μὲν τῆς Ῥώμης, ἐφ' ἧς καὶ μόνης τὴν αὐλὴν παλάτιον καλεῖσθαι νόμος, ὕπαρχος τοῦ Καίσαρος ἐνόμιζεν οἱονεὶ δεύτερος μετ' ἐκεῖνον, ἐπὶ δὲ τῶν κάστρων (οὕτω δὲ τὰς ἐν πολέμῳ παρεμβολὰς Ῥωμαίοις ἔθος καλεῖν) πραίφεκτος πραιτωρίῳ οἱονεὶ προεστηκὼς τοῦ πραιτωρίου· τὸ γὰρ στρατηγικὸν ἐπὶ ξένης κατάλυμα πραιτώριον ἐκείνοις ἔδοξεν ὀνομάζειν, κἂν εἰ τυχὸν αὐτὸν τὸν Καίσαρα αὐλίζεσθαι ἐπ' ἐκείνου συμβαίνῃ. ηὗρον δὲ καὶ στερεὰν αἰτίαν, ἧς ἕνεκα τῇ τοῦ ἐπάρχου προσηγορίᾳ καὶ τὸ τῶν πραιτωρίων προστίθεται γνώρισμα, ὡς εἶναι τὴν ἀρχὴν τῶν πρός τι, καὶ μὴ δοκεῖν ἀσήμαντον ἔχειν τὴν ἐξοχήν, συνώνυμον δὲ τῷ πολιάρχῳ, ὃν καὶ αὐτὸν ὕπαρχον ὀνομασθῆναι προδεδήλωται, πραίτωρα οὐρβανὸν τὸ πρὶν προσαγορευόμενον. Τράγκυλλος τοίνυν τοὺς τῶν Καισάρων βίους ἐν γράμμασιν ἀποτίνων Σεπτιμίῳ, ὃς ἦν ὕπαρχος τῶν πραιτωριανῶν σπειρῶν ἐπ' αὐτοῦ, πραίφεκτον αὐτὸν τῶν πραιτωριανῶν ταγμάτων καὶ φαλάγγων ἡγεμόνα τυγχάνειν ἐδήλωσεν. ὥστε οὐ μόνον ἄν τις λάβοι τὸν ὕπαρχον τῆς αὐλῆς, ἣν καὶ πραιτώριον πολλαχοῦ καλουμένην κατὰ τὸν ἑνικὸν ἀριθμὸν ἐδηλώσαμεν, ἀλλὰ μὴν καὶ κατὰ τὸν πληθυντικὸν καλῶς ὠνομασμένον (οὐ μόνον γὰρ λέγεται πραίφε-

6 ἐχρημάτιζεν? 8 πραιτωρίων C. 15 videtur Suetonius, quod Lydus refert, in praefatione ostendisse, in qua vitas Caesarum Septimio dedicaverit. F. 16 ὑποτείνων? 21 ἐδηλώσαμεν post καλουμένην F.

ctum non aulae tantum verum etiam omnium copiarum, nec non civilis officii, cui antea non praefuerat, constituisset, quasi paululum immutata voce e consuetudine non observata, ὕπαρχος pro ἵππαρχος (praefectus praetorio pro magistro equitum) dictus est. ac Romae quidem, qua sola in urbe aula palatium vocari solet, praefectus Caesaris dicebatur utpote primus ab illo, in castris vero (ita autem Romani dicunt quod Graeci in bello παρεμβολάς) praefectus praetorio: ducis enim apud exteros domicilium praetorium illis vocare placuit, quamvis forte ipsum Caesarem in eo degere contingat. gravem vero etiam causam repperi, cur praefecti nomen etiam addito *praetoriorum* distinguatur, ut ad aliquid referatur magistratus, exprimaturque eius eminentia, neque idem praefecto urbis nomen habere videatur, quem pariter praefectum appellatum esse supra ostendimus, cum antea praetor urbanus dictus fuisset. Tranquillus igitur Septimio, qui tum erat praefectus praetorianarum cohortium, Caesarum vitas exponens, praefectum eum praetorianorum ordinum et phalangum ducem esse ostendit. quare praefectum aulae, quam et praetorium saepe vocari demonstravimus, non singulari tantum verum etiam plurali numero recte appellaveris (non enim praefectus praetorio tantum dicitur), vide-

κτος πραιτωρίου) οἱονεὶ ἡγεμόνα τῶν πραιτωριανῶν, ὑπακουομένου ταγμάτων ἢ σπειρῶν ἢ στρατευμάτων ἢ δυνάμεων.

7. *Αἰτίας μὲν οὖν ἄν τις τοιαύτας οὐκ ἔξω λόγου ἐπὶ τῆς προσηγορίας τῆς ἀρχῆς ἀποδοίη, ἥτις καθάπερ ὠκεανός τις τῶν πραγμάτων τῆς πολιτείας ἐστίν, ἐξ ἧσπερ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα. σπινθῆρες γάρ τινες ὥσπερ ἀετοῦ πυρὸς αἱ λοιπαὶ τῆς πολιτείας ἀρχαὶ ἐκείνης τῆς ἀληθῶς ἀρχῆς τῶν ἀρχῶν δείκνυνται οὖσαι. οὐδὲ γὰρ εἶναι ἄνευ ἐκείνης δύναιντό ποτε, καθὸ μηδὲ αὗται μηδὲ μὴν αἱ τελοῦσαι ὑπ' αὐτὰς ὡσανεὶ τάξεις τινὲς συνεστάναι δύναιντο μὴ τὴν δαπάνην αὐταῖς τε καὶ τοῖς σὺν αὐτῶν ἡγουμένοις χορηγούσης τῆς ἐπαρχότητος. ὃν γὰρ τρόπον τις σκεῦος μέγιστον ἐξ ἀργυρίου πεποιημένον οὐκ ἐξ ἑαυτοῦ ἀλλ' ἐκ προγόνων ἔχει κεκτημένος, εἶτα πρὸς πενίαν ὑποσυρόμενος καταλύει μὲν τὸ σκεῦος, ὀλίγα φροντίσας ἰσχύος τε καὶ κάλλους, πολλὰ δὲ καὶ ἀσθενῆ ἐξ αὐτοῦ σκευύφια κατασκευάζων πολὺν ἄργυρον ἐξ εὐτελείας ἢ μέγιστον ἐξ ἑνὸς καὶ ἀρχαῖον ἔχειν φαντάζεται, οὕτως τῆς μεγίστης ἀρχῆς καταλυομένης πολλαί τινες καὶ τάχα περιτταὶ ἀνέφυσαν ἀρχαί, μᾶλλον τῆς τύχης ἀπαρεσθείσης τῷ ποιητῇ εἰπόντι "οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω." οἱ μὲν γὰρ λεγόμενοι στρατηλάται τὴν τῶν κομήτων ἔχουσιν ἐκ τῆς ἀρχαιότητος καὶ μόνην τιμήν. ταύτῃ καὶ κομητιανοὺς τοὺς*

1 *ἡγεμὼν* C. 5 lego *οὗπερ*. F. 6 lego *ταυτοῦ*. F. non nimis ineptum *Αἰτναίου*, si compares *τοὺς ἐν Λιπάρῃ κρατῆρας* 2 29. 8 *εἶναι ἂν ἄνευ?* 9 *καθ' ὃν δὲ* vulgo. 10 *σὺν*, ni fallor, delendum. F. 17 *καταδυομένης* vulgo. 18 *ἀνεφύησαν? μετεφύησαν* certe p. 120 2, *μετεφύη* de magistr. p. 2 23, *παραφυέντων* p. 3 10.

licet ducem praetorianorum, subintellecto ordinum vel cohortium vel exercituum vel copiarum.

7. Causas quidem tales haud absurde attuleris de nomine huius magistratus, qui quasi oceanus administrationis rei publicae est, e quo cuncta flumina mariaque ducuntur. scintillas enim quasi eiusdem ignis, reliquos civitatis magistratus illius vere magistratus magistratuum esse patet. neque enim sine illo esse unquam possent. quemadmodum vero ipsi, sic nec ipsis subiecti tanquam ordines quidam congregari possent, nisi iis eorumque praepositis sumptum praefectura praeberet. nam quemadmodum aliquis vas maximum, ex argento factum, non a sese sed a maioribus relictum possidet; deinde ad paupertatem delapsus dissolvit illud, parvi faciens firmitatem et pulchritudinem; multa autem et fragilia pocula ex eo fabricatus vilium multitudine quam uno maximo et antiquo magis gloriatur: sic intereunte maximo magistratu plurimi et fortasse supervacui prodiere, minime favente fortuna poetae dicenti "non bona multorum dominatio: unus dominus sit." nam qui *στρατηλάται* (duces) dicuntur, comitum honorem, eumque solum, ab antiquitate tenent. hinc

δευτεροστρατηλατιανοὺς ἡ παλαιότης οἶδε. κόμητας δὲ τοὺς φίλους καὶ συνεκδήμους Ἰταλοὶ λέγουσι, καὶ κομιτάτον ἁπλῶς τὴν βασιλέως συνοδίαν. ἡ δὲ τοῦ λεγομένου μαγίστρου φροντὶς ἀρχὴ μὲν οὐκ ἔστιν οὕτως ἐγκεκρυμμένη, μεγίστη δὲ ὅμως, καὶ ἐγγὺς τῆς ὑπάρχων ἀνίπταται τιμῆς τε καὶ δυνάμεως· περὶ ἧς πρὸς τὸ τέλος τῆσδε τῆς ἱστορίας ἐρῶ· δεῖ γὰρ αὐτὴν νεωτέραν οὖσαν μὴ ταῖς πρεσβυτέραις τῶν ἀρχῶν συναριθμεῖν, δοῦναι δὲ αὐτῇ χῶρον ὃν ὁ χρόνος αὐτῇ παρεχώρησεν.

8. Ἐξῄρηται δὲ ὅμως καὶ πάσας ἀναβέβηκε τὰς ἀρχὰς ἡ ὕπατος τιμή, καὶ τῇ μὲν δυνάμει τῆς ἐπαρχότητος μείων, τῇ δὲ τιμῇ μείζων· ἡ μὲν γὰρ τὴν ὅλην διέπει πολιτείαν οἴκοθεν μὲν οὐδὲν παρέχουσα, τὸ δὲ δημόσιον διοικοῦσα, ἡ δὲ πλοῦτόν τε βαθὺν οἴκοθεν νιφάδων δίκην ἐξαυλακίζει τοῖς πολίταις, καὶ τῷ χρόνῳ τὴν προσηγορίαν χαρίζεται, καὶ πλάνης ἀπαλλάττει τὰ συναλλάγματα, πολέμους μὲν τὸ λοιπὸν οὐκ ἀναδεχομένη, μήτηρ δὲ ὥσπερ τῆς Ῥωμαίων ἐλευθερίας τυγχάνουσα. ἐναντίως γὰρ ἔχει πρὸς τυραννίδα, καὶ κρατούσης ἐκείνης οὐχ ὑφίσταται· τοιγαροῦν ἅμα Βροῦτος ὁ τῆς σωφροσύνης ἔκδικος καὶ τῆς ἐλευθερίας ὑπέρμαχος τὴν ὕπατον ἐξέλαμψε τιμήν, ἅμα Ταρκύνιος ὁ τύραννος ἀπολώλει. ὁ δὲ ἡμέτερος πατήρ τε ἅμα καὶ βασιλεὺς ἡμερώτατος ταῖς μὲν ἐπανορθώσεσι τῶν πραγμάτων καὶ δωρεαῖς τῶν ὑπηκόων ὕπατός ἐστιν ἐφ' ὅσον ἔστι, τῇ δὲ στολῇ γίνεται,

4 ἐκκεκριμένη? 9 ἀνεβέβηκε C.

et δευτεροστρατηλατιανοὶ ab antiquis comitiani appellati sunt. comites vero Itali amicos sociosque itineris vocant, et comitatum omnino, qui principem proficiscentem comitantur. magistri autem, quem vocant, munus tam abstrusus quidem magistratus non est, maximus tamen, atque ad praefecti praetorio honorem potestatemque prope accedit; de quo ad extremum huius historiae dicturus sum: recentiorem enim antiquioribus magistratibus annumerare non oportet, sed quem tempus concessit locum ei tribuere.

8. Exceptus tamen est omnesque magistratus super eminuit consulatus, potentia quidem praefectura minor, honore autem maior: illa enim totam rem publicam regit, domo nihil afferens et publicum administrans; hic vero ingentes domo opes nivis instar civibus profundit, et tempori nomen largitur, pactionesque errore prohibet; ac bella quidem non amplius administrat, parens vero quodam modo est Romanorum libertatis. contrarius enim tyrannidi est, neque eam dominari patitur: itaque simul atque Brutus, pudicitiae vindex et libertatis propugnator, consulis honore effulsit, Tarquinius tyrannus interiit. noster vero pater simul et mansuetissimus imperator, rem publicam emendando et cives donando

ὅταν κοσμεῖν τὴν τύχην ἐθελήσοι, βαθμὸν ἀνώτερον βασιλείας τὴν ὕπατον τιμὴν ὁριζόμενος.

9. Ὅτι δὲ κατὰ τὸ πρόσθεν εἰρημένον μόνῳ τῷ σκήπτρῳ ἀνέκαθεν ἡ ἀρχὴ παρεχώρησε, τὴν ἴσην ἐκείνῳ λαχοῦσα τιμήν, ἀντικρὺς ἐκ τῆς βασιλείας ἔστι λαβεῖν. συναγομένης γὰρ τῆς βουλῆς, πάλαι μὲν ἐν τοῖς καλουμένοις σενάτοις οἱονεὶ γερουσίαις, καθ' ἡμᾶς δ' ἐπὶ τοῦ παλατίου, οἱ τῶν ἐκεῖ πρωτεύοντες στρατευμάτων προϊόντες πορρωτέρω τῶν οἰκείων ἑδρῶν ἀποδέχονται γονυπετεῖς τὴν ἐπαρχότητα, ἡ δὲ φιλήματος ἀξιοῖ προσιόντας αὐτοὺς εἰς θεραπείαν τοῦ στρατοῦ. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Καῖσαρ, οἱονεὶ τῶν Ῥωμαίων βασιλεύς, τῆς βασιλείας ἐκλείπων πρόσεισιν ἐκ ποδός, δι' ἑαυτοῦ ἀποδεχόμενος τὸν ἄρχοντα· οὗ ἔνδον ἅμα αὐτῷ γενομένου φυλακὴ πᾶσα, μηδεμίαν μετ' αὐτὸν εἴσω γενέσθαι τῶν ἀρχῶν συγχωροῦσα, ἀλλ' οὐδὲ διαλυθέντος τοῦ συλλόγου πρὸ αὐτοῦ ἀναχωρεῖν τινὰ τῶν ἐκ τῆς βουλῆς ἐπιτρέπουσα. καὶ τοῦτο ἐγκρατῶς ἐφυλάχθη ἄχρι τῶν Θεοδοσίου τοῦ νέου καιρῶν, ὃς ἐπεὶ νέος ἦν καὶ δι' ἑαυτοῦ προϊὼν κατὰ τὸ συνειθισμένον τὴν τιμὴν προσφέρειν οὐκ ἴσχυσε τῇ ἀρχῇ, εἰκόνα στήσας ὥρισεν ἀντ' αὐτοῦ ἀποδέχεσθαι τὸν ὕπαρχον. καὶ τραπείσης τῆς ὀρθῆς ἐκφωνήσεως περσίκιον τὸ σκῆπτρον ὁ δῆμος καλεῖ, ὅτι περ ση κατὰ Ῥωμαίους τὸ δι' ἑαυτοῦ λέγεται. ταύτης δὲ τῆς τιμῆς καὶ ὁ τῆς πόλεως φύλαξ ἀπολαύει διὰ τοῦ μείζονος ἄρχοντος τῇ ὁμωνυμίᾳ τῆς ἰσο-

5 an forte ἐκ τῆς βουλῆς? 7 δ' add F. 10 αὐτοῖς C. 11 lego τὴν βασιλείαν. F. 12 αὐτοῦ C. 14 αὐτοῦ F, αὐτῆς C. 22 τὴν ὁμωνυμίαν?

consul est, ut magis non possit; veste autem est, cum ornare fortunam vult, altiorem imperio consulatus honori gradum decernens.

9. Soli autem sceptro, ut supra dictum est, olim cessisse praefecturam, parem cum eo honorem sortientem, in palatio manifeste cernere licet. congregante enim se senatu (olim quidem in senatis, id est γερουσίαις, nunc autem in palatio) primores degentium ibi copiarum, a sedibus suis longius progressi, praefectum in genua procumbentes excipiunt, qui osculo accedentes dignatur, exercitum colens; atque ipse Caesar, id est Romanorum imperator, relicto palatio pedibus accedit, magistratum ipse excipiens; qui cum una intus sunt, severa custodia, nemini magistratuum post eum introire, neque soluta concione cuiquam e senatoribus ante eum exire permittens. atque hoc constanter observatum est ad Theodosii iunioris tempora; qui quoniam puer erat, neque ipse secundum consuetudinem obviam procedens honorem magistratui poterat exhibere, ut posita effigies ipsius loco praefectum exciperet decrevit. et mutata genuina pronuntiatione persicium vulgus sceptrum appellat, quia *per se* Romanorum sermone τὸ δι' ἑαυτοῦ dicitur. hoc ipso honore autem et praefectus urbi a maiori magistratu afficitur, nominis

τιμίας ἀξιωθείς. ξίφος δὲ ἐζώννυτο ἀνέκαθεν ὁ ὕπαρχος, οἷα καὶ τῶν ὅπλων ἔχων τὴν δύναμιν· καὶ τοῦτο δυνατὸν αὐταῖς ὄψεσιν ἐπὶ τοῦ παρόντος εὑρεῖν, εἴγε τις φιλάρχαιος ὢν ἐπὶ τὴν Καλχηδόνα περαιωθεὶς τὴν Φιλίππου τοῦ ὑπάρχου εἰκόνα καταμάθοι. σίκην δὲ τὸ ὑποζώνιον ξίφος Ῥωμαῖοι καλοῦσιν, ἐξ οὗ σικαρίους τοὺς κρεουργοὺς καὶ σικάτα τὴν ἐκ σαρκῶν εἰς λεπτὰ κατακοπεῖσαν ἐδωδήν.

10. Ἀλλ' ἀρχὴν ὅσα λέλογχεν, ἔχει τέλος, τὸ ποιητικὸν εἰπεῖν. Κωνσταντίνου γὰρ μετὰ τῆς τύχης τὴν Ῥώμην ἀπολιπόντος, καὶ τῶν δυνάμεων, ὅσαι τὸν Ἴστρον ἐφρούρουν, ἐπὶ τὴν κάτω Ἀσίαν ψήφῳ τοῦ βασιλέως διασπαρεισῶν, Σκυθίαν μὲν καὶ Μυσίαν καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνων φόρους ἐζημιώθη τὸ δημόσιον, τῶν ὑπὲρ Ἴστρον βαρβάρων μηδενὸς ἀνθισταμένου κατατρεχόντων τὴν Εὐρώπην, τῶν δὲ πρὸς τὴν ἕω παρὰ τὸ πάλαι δασμοῖς οὐ μετρίοις βαρυνθέντων ἀνάγκη γέγονε τὸν ὕπαρχον μηκέτι μὲν τῆς αὐλῆς καὶ τῶν ἐν ὅπλοις ἄρχειν δυνάμεων, τῆς μὲν τῷ λεγομένῳ μαγίστρῳ παραδοθείσης, τῶν δὲ τοῖς ἄρτι κατασταθεῖσι στρατηγοῖς ἐκτεθεισῶν, τὴν δὲ ἀνατολὴν πρὸς τῇ κάτω Ἀσίᾳ, καὶ ὅσα ταύτης, διοικοῦντα τὸ λοιπὸν τῆς ἀνατολῆς χρηματίζειν ὕπαρχον. διεσύρη δὲ οὐδὲν ἧττον ἡ τῆς ἀρχῆς δυναστεία ἄχρι τῶν Ἀρκαδίου τοῦ πατρὸς Θεοδοσίου τοῦ νέου καιρῶν, ἐφ' οὗ συμβέβηκε Ῥουφῖνον τὸν ἐπίκλην ἀκόρεστον, ὃς ἦν ὕπαρχος αὐτῷ, τυραννίδα

8 ὅσω C. an ὅσσα? 9 a *Κωνσταντίνου* ad finem huius capitis usque enarrata, paucis exceptis, 3 40—42, ad verbum repetuntur. F. 20 ἧττον ἡ add F e 3 40.

communitate pari honore dignus habitus. ensem inde ab initio praefectus praetorio gerebat, quippe qui copiis etiam praeesset; quod hodieque ipso adspectu reperire licet, si quis antiquitatis amator Chalcedonem transvectus Philippi praefecti praetorio effigiem intueatur. sicam autem Romani ensem, qui sub cingulo geritur, vocant; unde sicarii qui carnem secant, et sicata cibus carne in frustula concisa constans.

10. Sed enim initium quaecunque sortita finem habent, ut ait poeta. posteaquam enim Constantinus cum fortuna Romam reliquit, atque omnes quae Istrum custodierant copiae decreto imperatoris per Asiam inferiorem sparsae sunt, Scythiam Mysiamque et illarum vectigalia aerarium amisit, barbaris, qui ultra Istrum habitabant, Europam nemine resistente incursantibus; Orientis autem populis contra pristinum morem tributis haud mediocribus oneratis, necesse fuit praefectum praetorio aulae et copiis, quarum illa magistro quem vocant, hae strategis nuper creatis traditae, non amplius praeesse, sed Orientem cum Asia inferiori, et quae ad eam pertinent, administrare, ac praefectum Orientis in posterum appellari. neque vero minus potestas magistratus dilacerata est ad Arcadii, patris Theodosii iunioris, tempora; sub quo Rufinus cognomine insatiabilis, quo praefecto praetorii ille utebatur, tyrannidem meditatus a

μελετήσαντα τοῦ μὲν σκοποῦ ὑπὲρ λυσιτελείας τῶν κοινῶν ἐκπεσεῖν, εἰς βάραθρον δὲ τὴν ἀρχὴν καταρρῖψαι. αὐτίκα μὲν γὰρ ὁ βασιλεὺς τῆς ἐκ τῶν ὅπλων ἰσχύος ἀφαιρεῖται τὴν ἀρχήν, εἶτα τῆς τῶν λεγομένων φαβρικῶν οἱονεὶ ὁπλοποιιῶν φροντίδος τῆς τε τοῦ δημοσίου δρόμου καὶ πάσης ἑτέρας, δι' ὧν τὸ λεγόμενον συνέστη μαγιστέριον. ὡς δὲ δύσεργον ἦν ἀποτρέφειν μὲν τὸν ὕπαρχον ἀνὰ τὰς ἐπαρχίας τοὺς δημοσίους ἵππους καὶ τοὺς αὐτοῖς ἐφεστῶτας, ἑτέρους δὲ κεκτῆσθαι τὴν ἐπ' αὐτοῖς ἐξουσίαν τε καὶ διοίκησιν, νόμος ἐτέθη θεσπίζων ἀντέχεσθαι μὲν τὸν ὕπαρχον τῆς τοῦ δημοσίου δρόμου φροντίδος, τὸν πρῶτον μέντοι τῶν φρουμενταρίων (πρίγκιπα αὐτὸν σήμερον συμβαίνει καλεῖσθαι) παρεῖναι διὰ παντὸς τῷ δικαστηρίῳ τοῦ τῶν πραιτωρίων ὑπάρχου καὶ πολυπραγμονεῖν, καὶ τὰς αἰτίας ἐξερευνᾶν ὧν ἕνεκα πολλοὶ ποριζόμενοι παρὰ τῆς ἀρχῆς τὰ λεγόμενα συνθήματα τῷ δημοσίῳ κέχρηνται δρόμῳ (ταύτῃ καὶ κουρίωσος ὠνομάσθη ἀντὶ τοῦ περίεργος, καὶ οὐκ αὐτὸς μόνος ἀλλὰ καὶ πάντες ὅσοι κἂν ταῖς ἐπαρχίαις τοῖς δημοσίοις ἐφεστήκασιν ἵπποις), προσεπιγράφοντος τοῖς ἐπὶ τῶν δρόμων συνθήμασι καὶ τοῦ λεγομένου μαγίστρου. ὅτι δὲ οὕτως, αὐτῆς δυνατὸν ἀκοῦσαι τῆς διατάξεως, ἐν μὲν τῷ πάλαι Θεοδοσιανῷ κειμένης, ἐν δὲ τῷ νεαρῷ παροφθείσης.

11. *Οὕτως οὖν ὥσπερ δι' ὑποβάθρων τινῶν καταφερομένης τῆς ἀρχῆς, τοὺς μὲν στρατιωτικοὺς καταλόγους ἔταξεν ἡ βα-*

3 *πολλῶν* C, sed 3 40 *ὅπλων*. 6 *ἀποστρέφειν* C. 10 *τοι* add F. 11 *καλεῖσθαι* add F e 3 40. 17 lego, ut 3 40, *προϋπογράφοντος*. *τῷ δρόμῳ* 3 40. 21 *ὑποβαράθρων* C.

proposito quidem, bono rei publicae, aberravit, in barathrum vero magistratum praecipitavit. namque imperator continuo potentiam ab armis magistratui adimit, deinde fabricarum, id est armorum conficiendorum, nec non cursus publici curam, et ceteras omnes, e quibus magisterium quod vocant conflatum est. cum autem incommodum esset praefectum praetorio equos publicos iisque praepositos in provinciis sustentare, aliorum vero sub potestate eos administrationeque esse, lex data est ut cursus publici curam praefectus praetorio retineret quidem, primus tamen frumentariorum (principem eum hodie vocant) in auditorio eius semper adesset, et cuncta curiose investigaret, causasque inquireret cur multi, impetratis a praefecto praetorio synthematis, cursu publico utantur (unde etiam curiosus dictus est; neque ille solus, sed quicunque equis publicis in provinciis praepositi), utque synthemata ad cursus et magister, quem vocant, isque primus subscriberet. quod ita esse ipsa constitutio docet, in vetere codice Theodosiano exstans, in novo autem praetermissa.

11. Sic igitur tanquam per gradus labente magistratu, militaribus catalogis imperator, quos comites tum vocabant sive duces, officiis autem

σιλεία ὑπὸ τοῖς τότε καλουμένοις κόμησιν ἢ στρατηγοῖς, τὰς δὲ ἐν τῷ παλατίῳ τάξεις ὑπὸ τῷ πρωτεύοντι τῶν δυνάμεων τῆς αὐλῆς, περὶ οὗ πρὸς τέλος, ὡς ὑπεσχόμην, ἐρῶ, ὃν καὶ αὐτὸν ἄρχοντα οὐ μικρόν, καθάπερ τοὺς λεγομένους στρατηλάτας, αἱ τῆς ἐπαρχότητος ἐλαττώσεις ἀπετέλεσαν· τὰ γὰρ πολυτελῆ τῶν οἰκοδομημάτων καταλυόμενα πολλοῖς ἐπαρκεῖ πρὸς οἰκοδομήν. καὶ ἕως μὲν τοὺς βασιλέας ἐπεξιέναι δι' ἑαυτῶν τοῖς πολέμοις συνέβαινεν, εἶχέ τινα ἡ ἀρχή, εἰ μὴ τοσαύτην, πλὴν ὑπὲρ πάσας τὰς ἄλλας ἰσχύν τε καὶ δύναμιν· ἐξότε δὲ Θεοδόσιος πρῶτος, τῆς τῶν οἰκείων παίδων ῥᾳστώνης προνοούμενος, νόμῳ [δὲ] τὴν ἀνδρίαν ἐχαλίνωσε, κωλύσας δι' ἐκείνους τὴν βασιλέως Ῥωμαίων ἐπὶ πολέμους ὁρμήν, τὸ λοιπὸν τοῖς μὲν στρατηγοῖς τὰ τῶν πολέμων τῷ δὲ μαγίστρῳ διοικεῖν τὰ τοῦ παλατίου γέγονε χώρα, ὡς μηδὲν ἕτερον ἔχειν τὴν ἐπαρχότητα ἢ μόνην τὴν ἐπὶ ταῖς δαπάναις φροντίδα, ἃς εἰκός ἐστι γίνεσθαι κατὰ τὸ ἀναγκαῖον περί τε τοὺς ἐξ αὐτῆς ἄρχοντας, ὡς ἔφην, καὶ περὶ ἐκείνους γε μὴν ὧν αὐτοὶ ἄρχειν ἐτάχθησαν.

12. Εἰ δέ τις καὶ τοὺς ἐκ τῶν προρρήσεων στοχασμούς, οὕς τινες καλοῦσι χρησμούς, ἐν ἀριθμῷ λόγων παραλαβεῖν ὑπομένοι, πέρας ἔλαβε τὰ Φωντηΐῳ τῷ Ῥωμαίῳ ῥηθέντα ποτέ· ἐκεῖνος γὰρ στίχους δοθέντας τινὰς δῆθεν Ῥωμύλῳ ποτὲ πατρίοις ῥήμασιν ἀναφέρει, τοὺς ἀναφανδὸν προλέγοντας τότε Ῥωμαίους τὴν τύχην ἀπολείψειν, ὅταν αὐτοὶ τῆς πατρίου φωνῆς ἐπιλάθωνται.

1 καὶ C, sed 3 41 ἤ. 14 ἃς F, ἣν C. 19 lego ἄς. F. 20 τὰ vulgo om. 21 immo τινὰς δοθέντας.

palatii principem aulicarum copiarum praefecit, de quo ad extremum, ut pollicitus sum, explicabo; quem ipsum magistratum haud parvum, sicuti quos *στρατηλάτας* vocant, praefecturae imminutiones reddidere: quippe magnifica aedificia dissoluta multis ad aedificandum sufficiunt. ac dum imperatores ipsi bella obiere, habuit quandam magistratus, etsi non tantam, super alias tamen omnes potentiam atque auctoritatem: ex quo autem Theodosius primus, filiorum suorum ignaviae prospiciens, lege frenum virtuti iniecit, imperatorem Romanum in bella ire per eos prohibens, deinceps quae ad bellum pertinent, ducum, quae ad palatium, magistri provincia fuere; ut nihil aliud praefectura habeat nisi solam sumptuum administrationem, quos perspicuum est fieri in obvias necessitates, inque magistratus ex illa, ut dixi, ortos, neque minus in eos quibus ipsi praepositi sunt.

12. Quodsi quis et coniecturas e praedictionibus, quae oracula a nonnullis vocantur, rationum in numero habere non recuset, exitum habuere a Fonteio Romano quondam dicta. ille enim versus quosdam olim scilicet Romulo datos patrio sermone refert, aperte praedicentes tum Romanos fortunam derelicturam, cum ipsi patriae linguae obliti fuissent;

καὶ τὸν μὲν λεγόμενον χρησμὸν τοῖς περὶ μηνῶν γραφεῖσιν ἐντεθείκαμεν, πέρας δὲ μᾶλλον ἔσχε τὰ τοιαῦτα μαντεύματα· Κύρου γάρ τινος Αἰγυπτίου, ἐπὶ ποιητικῇ καὶ νῦν θαυμαζομένου, ἅμα τὴν πολίαρχον ἅμα τὴν τῶν πραιτωρίων ἐπαρχότητα διέποντος καὶ μηδὲν ἄλλο παρὰ τὴν ποίησιν ἐπισταμένου, εἶτα παραβῆναι θαρρήσαντος τὴν παλαιὰν συνήθειαν καὶ τὰς ψήφους Ἑλλάδι φωνῇ προενεγκόντος, σὺν τῇ Ῥωμαίων φωνῇ καὶ τὴν τύχην ἀπέβαλεν ἡ ἀρχή.

13. Ὡς οὖν ἔφην, τοῦ μὲν ἱππάρχου πρὸς τοῦ Αὐγούστου ἐκ τῶν ἀρχῶν περιαιρεθέντος, τοῦ δὲ ἐπάρχου τῶν πραιτωρίων τὴν ἐκείνου δύναμιν διαδεξαμένου, εἰκὸς ὀγκωθῆναι πλέον τὴν ἀρχήν, τοῖς ὅπλοις προστεθείσης καὶ τῆς τῶν πολιτικῶν πραγμάτων διοικήσεως· οὐδὲν δὲ ἧττον ἴχνη τινὰ τῆς ἱππαρχίας παραπέμεινεν αὐτῇ, μικρᾶς τινὸς παραλλαγῆς ἐμπεσούσης. μανδύην μὲν γὰρ ὁ ἔπαρχος περιεβάλλετο Κῷον· ἐπ' ἐκείνης γὰρ τῆς νήσου καὶ μόνης ἡ βαθυτέρα βαφὴ τοῦ φοινικοῦ χρώματος τὸ πρὶν ἐπῃνεῖτο κατασκευαζομένη· ἡ γὰρ ἠρέμα πως ἐπὶ τὸ φλόγινον καὶ οὐ σφόδρα βαθὺ ἀναπτομένη πρὸς Παρθυαίων ἐξηύρηται, ὅθεν καὶ Παρθικὰ τὰ φλογυβαφῆ δέρματα συμβαίνει καλεῖσθαι. ὁ δὲ μανδύης χλαμύδος εἶδός ἐστι, τὸ παρὰ τῷ πλήθει μαντίον λεγόμενον, μὴ πλέον ἄχρι γονάτων ἐξ ὤμων ἠρτημένον, σηγμέντων οὐκ ἐπιβαλλομένων τῷ μανδύῃ, τῶν δ' ἐν ἡμῖν λεγομένων ταυλιῶν ἀντὶ τοῦ πτυχίων· ἐκείνων γὰρ ἐπιτιθεμένων οὐκ ἐξῆν ἑτέρῳ ἢ μόνῳ χρῆσθαι τῷ Καίσαρι. σηγμέντα δὲ τὰ χρυσόσημα Ῥωμαίοις

15 Κῴαν vulgo. 21 ἢ addit F. 22 δ' add F.

quod oraculum, ut vocant, nostro de mensibus tractatui inseruimus. exitum vero utique haec vaticinia habuere: postquam enim Cyrus quidam Aegyptius, quem ob poesin etiamnum admirantur, praefectura urbis et praetorii simul fungens, neque aliud quicquam praeter poesin sciens, veterem consuetudinem transgredi ausus est decretaque Graeco sermone protulit, cum Romana lingua fortunam quoque magistratus amisit.

13. Magistro equitum, ut dixi, ab Augusto e magistratibus exempto, eiusque potestate ad praefectum praetorio delata, necesse fuit magis efferri magistratum, armis adiuncta civilium rerum administratione: nihilo vero minus vestigia quaedam magistri equitum muneris, parva intercedente mutatione, ei manserunt. mandyen enim praefectus praetorio gerebat Coam (illa quippe insula, eaque sola, arte saturatiori puniceo colore inficiendi celebris olim fuit: nam qui flammeo quasi propior clariorque, a Parthis inventus est; unde etiam parthica pelles flammeo colore tinctae dicuntur. est autem mandyes chlamydis genus, quod mantium vulgus appellat, ab humeris haud altius quam ad genua promissum), non segmentis sed sinubus, quas taulias (tabulas) apud nos vocant, ornatam: illis enim ornare vestem nemini nisi uni Caesari licebat. segmenta

ἔθος καλεῖν, ὡς προέφαμεν. τοιαύτη μὲν ἡ χλαμύς, παραγώδης δὲ χιτὼν καταπόρφυρος, καὶ ζωστὴρ ἐκ φοινικοῦ δέρματος, ἐφ' ἑαυτὸν μὲν ἀνακεκολλημένος, ἐξ ἄκρων δὲ τῶν πλευρῶν εἰς λεπτὴν καταρραφὴν ἐσπουδασμένος, καὶ σεληνίσκον μὲν ἔχων τινὰ ἐξ εὐωνύμων χρυσῷ πεποιημένον, ἐκ δὲ τῆς ἑτέρας γλωσσίδα τινὰ ἤγουν διάβλημα, χρυσοτελὲς καὶ αὐτό, εἰς βότρυος σχῆμα πεποιημένον δι' ἣν ἐν τῇ περὶ μηνῶν συγγραφῇ ἀποδεδώκαμεν αἰτίαν· ὅπερ διάβλημα ἀπὸ δεξιᾶς φερόμενον καὶ ἐπὶ τὸν σεληνίσκον βαλλόμενον διαζώννυσι τὸν περιτιθέμενον ἀσφαλῶς, περόνης καὶ αὐτῆς χρυσῆς ἐνδακνούσης τὸν ἱμάντα καὶ συναπτούσης τὸν βότρυν τῷ σεληνίσκῳ. φίβουλαν αὐτὴν πατρίως οἱ Ῥωμαῖοι καὶ βάλτεον τὸν ζωστῆρα λέγουσι. τὴν δὲ ὅλην κατασκευὴν τοῦ περιζώματος οἱ Γάλλοι καρταμέραν, ἣν τὸ πλῆθος καρτάλαμον ἐξ ἰδιωτείας ὀνομάζει. ὅτι δὲ οὐ Ῥωμαϊκὸν τουτὶ τὸ ῥημάτιον, μάρτυς ὁ Ῥωμαῖος Βάρρων ἐν βιβλίῳ πέμπτῳ περὶ Ῥωμαϊκῆς διαλέκτου, ἐν ᾧ διαρθροῦται ποία μέν τις λέξις ἐστὶν Αἰολικὴ ποία δὲ Γαλλική, καὶ ὅτι ἑτέρα μὲν ἡ Θούσκων ἄλλη δὲ Ἐτρούσκων, ὧν συγχυθεισῶν ἡ νῦν κρατοῦσα τῶν Ῥωμαίων ἀπετελέσθη φωνή.

14. *Τοιαύτη μὲν τῆς ἀρχῆς ἡ παρ' αὐτοῖς καλουμένη παρατοῦρα, ἀντὶ τοῦ στολή· ὄχημα δὲ ὁποῖον ἴσμεν, καὶ θῆκαι. οὕτω δὲ τὸ λεγόμενον τῷ πλήθει καλαμάριον ἐκεῖνοι λέγουσιν·*

12 *ῥιζώματος* C: corr F. 13 *καρταμέρα* et in Varrone et alibi frustra quaesivi. suspicor autem hanc vocem desiderari in lib. 4 de Ling. Lat. § 24, ubi mendose legitur: *postea succuderunt Galli e ferro sub id vocabulum* etc. F.

autem aureos clavos Romani solent appellare, ut supra diximus. haec chlamys. accedebant paragaudis, tunica purpurea, et balteus e corio puniceo, sibimet agglutinato, ex imis vero lateribus tenui sutura subtiliter elaboratus, habensque in sinistra parte lunulam quandam auream, in altera autem lingulam sive insertorium, pariter auream, in uvae formam elaboratam, ob eam quam in opere de mensibus rettulimus rationem; quae quidem lingula a dextra iuncta lunulaeque imposita firme cingit gerentem, fibula, et ipsa aurea, lorum mordente uvamque cum lunula coniungente. fibulam illam Romani patrio sermone, et balteum cingulum vocant. totum vero cinguli ornatum Galli cartameram, vulgus ignorantia cartalamum appellat. Latinum non esse hoc vocabulum, testis est Varro Romanus, in libro quinto de Lingua Latina, in quo explicat quaenam vox Aeolica, quaenam Gallica; atque aliam esse Thuscorum, aliam Etruscorum, quibus inter se mixtis quae nunc habetur Romanorum lingua conflata est.

14. Haec magistratus paratura, ut illi vocant, id est ornatus: currus vero, qualem scimus, et thecae. sic autem illi vocant, quod vulgus calamarium; quod quidem splendoris tantum causa (ea magnitudine ex auro ductum erat) centum auri libras pendere creditum est. aliud vero

ὅπερ ὄγκου καὶ μόνου χάριν εἰς τύπον τοιοῦτον χρυσήλατον κατεσκεύαστο· ἑκατὸν ἔχειν χρυσίου λίτρας ὑπείληπται. ἕτερον δὲ ἐξ ἀργυρίου βαθὺ πρὸς ὑποδοχὴν κοινοῦ μέλανος ἐξυπηρετεῖται τῷ δικαστηρίῳ (καλλίκλιον αὐτό, οἱονεὶ κυαθίσκον, ἀπὸ τοῦ κάλυκος καλεῖσθαι νόμος), καὶ κάνθαρος ὡς λεκάνη τις ἐξ ἀργύρου, ἐπὶ τρίποδος ἀργυρέου, καὶ κρατὴρ ὑπὲρ τῶν τὰς ἐμπροθέσμους δίκας ἐν τῷ δικαστηρίῳ λεγόντων κείμενος· περὶ οὗ μακρηγορεῖν ἀηδὲς εἶναι κρίνων ἐξ ἀνάγκης ἀναλαβεῖν τὴν ἀφήγησιν συνωθοῦμαι, ἐκεῖνο προλέγων, ὡς εἰσὶν ἔτι καὶ νῦν πορθμίδες τρεῖς τῇ ἀρχῇ πρὸς τὰς ἀντιπόρθμους διαπεραιώσεις ἐκ τῆς βασιλίδος ἐπὶ τὰς γείτονας ἠπείρους. βάρκας αὐτὰς ἀντὶ τοῦ δρόμωνας πατρίως ἐκάλεσαν οἱ παλαιότεροι, καὶ κήλοκας οἷον ταχινάς, ὅτι κέλερ κατ' αὐτοὺς ὁ ταχὺς λέγεται, καὶ σαρκιναρίας ἀντὶ τοῦ ὁλκάδας, ὅτι σάρκινα κατ' αὐτοὺς τὸ ἄχθος καλεῖται. τοιαῦτα μέν τινα καὶ ταῦτα· πρὸς δὲ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν.

15. Νόμος ἦν (καὶ γὰρ ἄρτι παρεφθάρη) τοὺς μὲν ἀπὸ ψήφων τῆς ἀρχῆς ἐπὶ τῶν ἐπαρχιῶν τὰς δίκας λέγοντας μετὰ ἔφεσιν αὖθις ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἐμπροθέσμως αὐτὰς κατὰ τὸν ἔκκλητον νόμον ἀναπέμπειν, τοὺς δὲ ἐπὶ τῶν ἀρχαιοτικῶν δικαστηρίων ἀπὸ ψήφων αὐτῶν ἐπὶ τὴν βασιλείαν, κἀκείνας μὲν καλεῖσθαι τεμποραλίας ἀντὶ τοῦ ἐμπροθέσμους, ταύτας δὲ σάκρας οἱονεὶ θείας, διὰ τό, ὡς ἔφην, πρὸς τὴν βασιλέως ἀκρόασιν μετέκκλητον ἀναπέμπεσθαι. θαῦμα μέγιστον καὶ πανευδαίμονος πολιτείας τεκμή-

2 ἑκατὸν γὰρ ἔχειν? 4 αὐτω C. 13 αὐτὰς C. 16 ἀπὸ — ἀρχῆς. post λέγοντας haec ponenda censeo. F. 19 τοὺς F, τὰς C.

profundum argenteum vas in auditorio erat, communi atramento recipiendo serviens (caliculus, id est parvum poculum, a calice appellari solet), nec non cantharus (quasi patina quaedam) argenteus, in tripode argenteo, et crater, iique illorum ergo qui temporales causas in iudicio dicebant; qua de re prolixe dicere odiosum reputans, necessitate enarrationem repetere cogor, illud praedicens, esse etiamnum naviculas tres magistratui ad transfretandum ex imperatoria urbe in vicinas terras. barcas illas, id est currentes, patrio sermone antiquiores vocabant, et celoces, id est celeres, quia celer eorum lingua ὁ ταχύς, et sarcinarias, id est onerarias, quia sarcina eorum sermone onus vocatur. hactenus de hoc: ad propositum revertamur.

15. Lex erat (etenim nuper interiit) ut qui in provinciis causas dicerent, a sententiis magistratus post appellationem iterum eas, intra praestitutum tempus, iuxta legem de appellationibus, ad magistratum mitterent; qui autem in archaeoticis dicasteriis, ab horum sententiis ad imperatorem; et illae quidem temporales vocari solebant, hae autem sacrae, quia, ut dixi, ad imperatoris audientiam post appellationem mittebantur: res summa digna admiratione, et fortunatissimae rei publicae in-

ριον. βασιλεὺς Ῥωμαίων ὑπέμενε χαμαιζήλου δικαστοῦ λειτουργίαν ὑφίστασθαι καὶ κρίνειν πράγματα ἴσως καὶ σφόδρα γλίσχρης ὑποθέσεως ἀνεχόμενος, καθάπερ ὁ ἡμερώτατος ἡμῶν βασιλεὺς διὰ τὴν περὶ τοὺς ὑπηκόους στοργήν, καίτοι τὰ πλεῖστα κατὰ πολεμίων ἀγρυπνῶν καὶ προκινδυνεύειν ἡμῶν διὰ σπουδῆς ἔχων, εἰ μὴ σφαλερωτέραν ἡμῖν τὴν εἰρήνην ὁ δῆμος θεηλάτοις διχονοίαις ἀναπτόμενος ἀπετέλει, ὧν ἕνεκα βαρυτέραν τὸ δημόσιον δαπάνην ὑφίσταται πρὸς φυλακὴν τῆς εἰρήνης ἢ πρὸς ἀναχαιτισμὸν τῶν πολεμίων. ἔνθα ἡ τῶν λεγομένων νόθων ἀναλωμάτων ἀφορμὴ καὶ στένωσις τῶν ἀναγκαίων. εἰ γὰρ τοὺς ἔμπροσθεν βεβασιλευκότας ῥαστώνη διέλυσε, πῶς ἂν ἠρέμησεν οὗτος, ὕπνῳ μὲν μηδὲ ὅλως χαλώμενος, τροφῆς δὲ χάριν μηδὲ ἄρτου ξηροῦ πρὸς κόρον ἁπτόμενος;

16. Τῆς τοιαύτης οὖν συνηθείας ἤδη πρότερον εἰς τρυφὴν ἀναλυθείσης, καὶ τῶν ἔμπροσθεν ἅμα τοῖς ὅπλοις καὶ αὐτὴν τὴν μέχρι λόγων φροντίδα τῶν κοινῶν ἀποπτυσάντων, νόμος ἐφοίτησε τὸν ὕπαρχον ἀκροάσασθαι τῶν σακρῶν διατυπῶν, πρᾶγμα καὶ μετὰ τὴν ἐναλλαγὴν ἀρκοῦν ἐπιδεῖξαι τὴν οὖσαν αὐτῷ τὸ πάλαι θειότητα. λευχείμων μὲν γὰρ ὁ ὕπαρχος ἐπὶ τοῦ βήματος, καὶ τάξις ἁρμοδία ὡσαύτως ἐσταλμένη μετ᾽ αὐτοῦ, καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ τῶν δικῶν κύριοι λαμπροφανεῖς, καὶ σιγὴ κατασκέπουσα τὸ δικαστήριον, καὶ ῥητόρων οἱ διαφανέστατοι ἀξίας ἑορτῶν ἀμπεχόμενοι στολάς, καὶ ὁ τρίπους ἐν μέσῳ τοῦ ἀκροατηρίου, ἐξηρτημένου

6 διχονοίας C. 7 ἧς C. 9 ἔνθεν?

dicium. imperator Romanorum humilis iudicis munus subire, et lites vel minutissima forte in re iudicare non recusabat, quemadmodum mansuetissimus noster imperator amore in cives, quamvis plurimum contra hostes vigilans, ad pericula pro nobis subeunda intentus. utinam periculosiorem nobis pacem non reddat populus, fatalibus discordiis incensus, ob quas maior ex aerario sumptus ad pacem custodiendam quam ad hostes domandos erogatur. inde impensorum, quae nova vocantur, origo, et rerum necessariarum angustiae. nam si priores imperatores inertia fregit, quo tandem modo hic quiescat, quem ad vitam sustentandam ne sicco quidem pane ad satietatem vescentem somnus omnino non relaxet?

16. Haec igitur consuetudo cum iam antea mollitiei cessisset, et priores principes una cum armis vel sermone tenus curam rei publicae aspernati essent, lex prodiit, constituens ut praefectus praetorio sacras causas audiret: res vel post immutationem ad pristinam suam divinitatem declarandam sufficiens. candida scilicet cum veste in tribunali praefectus praetorio, et congruum cum eo officium pari ornatu, nec non ipsi causarum domini splendidissimi, et silentium tegens iudicium, et oratorum clarissimi, dignas festis diebus vestes gerentes, et tripus medio in

κατὰ μέσον τοῦ κανθάρου, καὶ κρατὴρ παρακείμενος, δι' οὗ ποτὲ πληρούμενος ὁ κάνθαρος ὕδατος τοσοῦτον ἐδίδου καιρὸν τῷ τῆς δίκης τέρματι ἐφ' ὅσον διά τινος γνώμονος τοῦ ἐνόντος αὐτῷ ὕδατος διηθουμένου ὁ κύαθος ἀπηλλάττετο, καὶ ὁ λόγος τοῖς λέγουσιν ὅλως πρὸς θεῖον δικαστὴν ἀνυψούμενος. τούτων πάντων ἀπολομένων οὐδὲ ἴχνος τὸ λοιπὸν ἀπέμεινε τῷ δικαστηρίῳ, τῶν συνεδρευόντων μόνον ἐν παραβύστῳ, μετὰ γέλωτος τῶν περιεστηκότων, ὥσπερ ἐν μίμοις τινῶν δῆθεν δικῶν ἀκροωμένων. καὶ τάξις οὐδεμία ἢ μήνυμα κατὰ τὸ πρόσθεν συνειθισμένον παραδηλοῦν τὸν χρόνον τῆς ἡμέρας. ὁ γὰρ τῆς τάξεως προεστηκὼς (σουβαδιούβαν αὐτὸν ὠνόμασαν οἱονεὶ ὑποβοηθόν), πραττούσης τῆς ἀρχῆς ἑστὼς ἐπὶ κορυφῆς τῶν ὑπηρετουμένων τροχίσκους τινὰς οὐκ εὐτελεῖς, ἐξ ἀργύρου πεποιημένους, γραφὰς τῶν ὡρῶν ἔχοντας τῆς ἡμέρας τοῖς Ἰταλῶν ἀριθμοῖς καὶ γράμμασιν, ἐμβριθῶς ἀφιεὶς ἐξαπίνης ἐπὶ τὸ ἔδαφος θροῦν ἀπετέλει σεμνόν, παραδηλοῦντος τοῦ βαλλομένου τροχίσκου κατὰ τοῦ μαρμάρου τὴν τῆς ἡμέρας ὥραν. (17) καὶ τούτου τοῦ σεμνοῦ καὶ οὕτως ἀξιοπρεποῦς σχήματος ἀπολομένου, οἷα τῆς ἀρχῆς ἢ μηδ' ὅλως ὁρωμένης ἐπὶ τοῦ βήματος ἢ κατὰ τοὺς νόμους τοῦ Καππαδόκου, περὶ οὗ ὕστερον ἐρῶ, ἐν κοιτῶνί τινι λανθανούσης, οὐδεὶς τὸ λοιπὸν ἀξιόλογος παρῆλθεν ἐπὶ τὴν τάξιν οὕτως ἀπερριμμένην καὶ μᾶλλον αἰσχύνην ἢ τιμήν τινα τῷ προσιόντι φέρουσαν. συγκατέπεσεν οὖν ἑαυτοῖς τὰ πράγματα, καὶ προσεντελίσθη παρὰ πᾶσιν ἡ πρώτη καὶ ἀνίσχουσα τῶν ἀρχῶν, καθ' ὁντιναοῦν καιρὸν ἐπὶ τὴν αὐλὴν εὐτελῶς

auditorio, suspenso in medio eius cantharo, appositusque crater; quo cum olim aqua impleretur cantharus, tantum temporis dabat causae transigendae quanto, aqua infusa per gnomonem quendam perfluente, crater vacuabatur; et dicentium oratio tota ad divinum iudicem conversa. quae omnia interiere, ut ne vestigium quidem eorum in iudicio exinde manserit, iudicibus nonnisi in occulto, cum risu adstantium, quasi in mimis causas quasdam audientibus. neque est ullum officium, neque, quod prioris erat consuetudinis, indicium tempus diei indicans. nam officio praepositus (subadiuvam eum vocabant, id est ὑποβοηθόν), munere fungente magistratu, apparitorum in fronte stans, globulos quosdam haud viles, ex argento factos, horas diei Italorum numeris literisque inscriptos, cum gravitate marmoreum in pavimentum subito demittens strepitum ciebat, iacto trochisco horam diei splendide indicante. (17) atque hac veneranda tamque decora institutione sublata, quippe magistratu vel omnino ne apparente quidem in tribunali vel secundum leges Cappadocis, de quo post dicturus sum, in cubiculo quodam latente, nemo porro egregius vir ad officium accessit adeo abiectum ac dedecus potius quam honorem accedenti afferens. itaque cuncta simul corruere; elevatusque prae omnibus primus atque eminentissimus magistratuum, quocunque tempore in aulam nulla observantia arcessitus est, qui antea

ἑλκομένη, τὸ πρὶν μηδέποτε, μήτεγε πάσης τῆς βουλῆς προτρεχούσης, ἐν τοῖς λεγομένοις σιλεντίοις, ἐπὶ τῆς αὐλῆς φαινομένη κατὰ τὸ πρόσθεν εἰρημένον, τελευταία μὲν πασῶν εἰσιοῦσα τῶν ἀρχῶν, πρώτη δὲ προϊοῦσα, τῆς βασιλέως εἰκόνος ἀντ᾽ αὐτοῦ παραπεμπούσης αὐτήν, ἔνθεν τοῦ πρώτου τῶν λεγομένων σιλεντιαρίων (ἀμισσιονάλιος καλεῖται) ἐξ ἑωθινοῦ πρὸς τῆς βασιλείας πρὸς αὐτὴν στελλομένου καὶ γονυπετῶς προτρέποντος ἐπὶ τὴν αὐλὴν παρελθεῖν· ἡ δὲ μόγις καὶ ἀπαξιοῦσα τὸν σκυλμὸν ἐκινεῖτο.

18. Ὑπόλοιπον περὶ τῆς τάξεως κατὰ λεπτὸν ἀφηγήσασθαι, πόσοις τε καὶ ποίοις συμπληροῦνται καταλόγοις, ἔθη τε καὶ νόμους ἀπαριθμήσασθαι. πέπεισμαι γὰρ ἤδη μηδὲ μνήμην τινὰ σώζεσθαι τῶν ἄρτι διαπεσόντων, ἀπαιδεύτων οἷα καὶ μηδεμίαν πεῖραν δικαστηρίου παρειληφότων ἐπεμβαινόντων τοῖς ποτὲ μόγις πρὰς τῶν ἐμπειροτάτων καὶ πρὸς γῆρας ἤδη σεμνοφανὲς ἀφικομένων μετ᾽ εὐχῆς χειριζομένοις. νόμος γὰρ ἦν, οὐ ψιλῶς ἀλλ᾽ ἐν γράμμασι, μηδενὶ παντελῶς ἐπιτρέπων ἐπὶ τὸ τοῦ βοηθοῦ ἀναβαίνειν φρόντισμα, πρὶν ἂν γένους τε μετριότητι καὶ λόγων ἐλευθερίων παρασκευῇ κοσμούμενος καὶ ἔνατον ἐνιαυτὸν ἐπὶ τῆς δέλτου διαπρέψας, δι᾽ ὅλης τε ἐλθὼν τῆς τῶν πραγμάτων πείρας καὶ τὴν ἀπὸ τῆς νεότητος τόλμαν εἰς ἐπιείκειαν μεταβαλών, τιμῆς οὕτω σεμνῆς καὶ δύναμιν οὐ μικρὰν ἐχούσης καὶ κέρδος εἰς χιλίους ποτὲ συναγόμενον χρυσοῦς ἄξιος εἶναι φανείη.

1 εἰ μή γε. F. an μήτι γε? cf. μὴ γοῦν c. 22. 15 lego ψιλός. F.

nunquam nisi in silentiis quae vocant, toto praecurrente senatu, in aula apparebat, postremus omnium magistratuum, ut supra diximus, ingrediens, primusque egrediens, imperatoris effigie ipsius loco comitatus, mane inde imperatore primum silentiariorum (admissionalis vocatur) ad eum mittente, qui flexis genibus eum, ut in aulam veniret, invitabat; ille autem vix, et quod vexationem se indignam putabat, movebatur.

18. Restat ut de officialibus accurate explicemus, quot et quibus catalogis comprehendantur, consuetudinesque et mores enarremus. etenim persuasum habeo, iam ne memoriam quidem eorum qui nuper interierint superesse, quippe cum homines ignari, neque ullum iudicii usum habentes, iis insultent quae olim peritissimi ac venerandam iam ad senectutem provecti cum votis vix tractaverint. lex enim erat, eaque scripta, nemini prorsus ad munus adiutoris adscendere permittens, priusquam et generis honestate et liberalium literarum copia ornatus, novemque annos in codicillo (inter exceptores) egregie versatus atque omnem rerum usum adeptus, iuvenili quoque audacia in modestiam mutata, honoris tam splendidi, potestate non parva et lucro olim mille aureorum gaudentis, dignus videretur.

19. Ἀλλ᾿ ἴσως τῶν ἀναγνωσομένων οἱ νουνεχέστεροι οὐκ ἔξω λόγου καταδραμοῦνται φήσοντες "τί δή ποτε περὶ τῶν ἐπισήμων τῆς ἀρχῆς ὑποσχόμενος εἰπεῖν, μὴ καὶ βήξιλλων καὶ πελέκεων καὶ κλημάτων ἐμνημόνευσας; ταῦτα γὰρ ἦν τῷ ἱππάρχῳ τὸ πάλαι, ἀντ᾿ ἐκείνου δὲ τῶν πραιτωρίων ὕπαρχον ὁ πρῶτος τῶν βασιλέων ἤτοι Καισάρων ἐχειροτόνησεν." ἦν μὲν οὖν, φημί, καὶ ταῦτα γνωρίσματα τῶν πραιτωρίων ὑπάρχων ἄχρι Δομετιανοῦ. αὐτὸς δὲ Φοῦσκον τοὔνομα τῆς ἀρχῆς προστησάμενος ἐγγὺς ὅλην τὴν τῆς ἱππαρχίας μνήμην ἀπήλειψε, μὴ πέλεκυν, μὴ βήξιλλα μηδὲ τὰ λεγόμενα κλήματα καταλιπών. τὸ γὰρ ἐπὶ τοῦ παρόντος τῷ πρίγκιπι κλῆμα φερόμενον οὐδὲν ἕτερον παρὰ τὴν προσηγορίαν διασώζει τῆς ἀρχαιότητος. πάλαι γάρ, καὶ νῦν δὲ παρὰ τοῖς τῶν ὅπλων στρατεύμασιν ἐπιφέρεται ὁ τῶν λεγομένων βιάρχων πρῶτος ῥάβδον κλήματι ἐξ ἀργύρου πεποιημένῳ περιπεπλεγμένην, πρὸς τιμῆς τοῦ ποτὲ τιμηθέντος Διονύσου, ὡς ἐν τοῖς περὶ μηνῶν ἀποχρώντως ἡμῖν ἀνήνεκται. πέλεκυν δὲ μόνῳ τῷ ὑπάτῳ καὶ ταῖς ὑπατικαῖς ἀρχαῖς τῶν ἐπαρχιῶν καταλέλοιπεν ὁ χρόνος ἐναλλαγείς, ἴσως ἐρυθριάσας καὶ τούτου τοῦ γνωρίσματος τὴν ὕπατον ἀφελέσθαι τιμήν. βήξιλλα γὰρ αὐτὸς μόνος ὁ Καῖσαρ ἔχειν τὸ λοιπὸν γνωρίζεται· τίνα δὲ ταῦτα, ἐν τῷ περὶ μηνῶν ἐπεδείξαμεν. κενόδοξος γὰρ ὢν ὁ Δομετιανὸς τοῖς νεωτερισμοῖς ἔχαιρεν· ἴδιον δὲ τυράννου ἀνατρέπειν τὰ πάλαι καθεστηκότα. ὅθεν οὐ μόνον τὴν ἐπαρχότητα τῶν πραι-

2 δή F, δέ vulgo. 8 γὴν C, ut saepius γ pro τ. F. 11 οὐδέτερον vulgo. 12 παρὰ τοῖς F, παρ᾿ αὐτοῖς C. 16 πελέκι C. 17 ἐναλλαγείς F, ἐναλλαγῆς C.

19. At fortasse prudentiores lectorum haud absurde occurrent, dicentes "quid tandem, de insignibus magistratus dicere pollicitus, non et vexillorum et securium et palmitum mentionem fecisti? haec enim magistro equitum olim fuere, pro quo praefectum praetorio primus imperatorum sive Caesarum creavit." fuere igitur, inquam, et haec praefectorum praetorio insignia ad Domitianum usque: is autem cum Fuscum quendam praefecturae praeposuisset, totam fere magistri equitum muneris memoriam exstinxit, non securim, non vexilla, neque palmites quos vocant, relinquens. nam qui hodie a principe fertur palmes, nihil praeter nomen de antiquitate servat. quippe ut olim, ita etiamnum apud armatam militiam primus biarchorum, quos vocant, virgam palmite ex auro facto circumplicatam gestat, in honorem quondam culti Bacchi, quemadmodum in opere de mensibus sufficienter exposuimus. securim autem soli consuli et consularibus provinciarum magistratibus mutata aetas reliquit, erubescens forte et hoc consulatum ornamento spoliare. nam vexilla quidem nunc solius imperatoris insignia; quae qualia sint, in opere de mensibus ostendimus. quippe in inanibus gloriam quaerens Domitianus innovationibus gaudebat: proprium autem tyranno antiqua instituta evertere. itaque non modo de praefecturae praetorii vetere honore detraxit, verum

τωρίων τῆς οὔσης αὐτῇ τὸ πρὶν τιμῆς ἐζημίωσεν, ἀλλὰ μὴν καὶ τὴν πολίαρχον ἐξουσίαν τό γε εἰς αὐτὸν ἧκον διεσπάθησε, δύο πρὸς τοῖς δέκα ὑπάρχους πόλεως ἀνθ' ἑνός, ὡς δὴ καθ' ἕκαστον τμῆμα τῆς Ῥώμης, προχειρισάμενος.

20. Οὐκ ἦν δὲ καταγώγιον ὡρισμένον ἀνέκαθεν οὐδεμιᾷ τούτων τῶν ἀρχῶν, οὐκ ἐπὶ τῆς πρώτης, οὐκ ἐπὶ τῆς καθ' ἡμᾶς βασιλίδος, ὡς ἐπὶ τοῦ παρόντος, ἀλλ' ἐπὶ τῶν οἰκείων ἑδρῶν ὁ τὴν ἀρχὴν ἔπων ἔπραττε. καὶ τοῦτο ἄχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς Λέοντος διέμεινεν, ἐφ' οὗ Κωνσταντῖνος τὴν ὕπαρχον ἔχων τιμήν, ἀνὴρ εὐπατρίδης, ἐκ Μαζακῆς μὲν καὶ αὐτὸς ὁρμηθείς, ἀνάλογον δὲ τὴν ἀρετὴν τῇ κακίᾳ τοῦ πονηροῦ Καππαδόκου κεκτημένος, διὰ λόγων τε ἄριστα καὶ διαφερόντως τῶν παρ' Ἰταλοῖς τότε μάλιστα τιμωμένων ἡγμένος, ἀγορὰν ἐδείματο διαπρεπεστάτην, Λέοντος αὐτὴν προσαγορεύσας, ἐν ᾗ καὶ τὴν προαγωγὴν ἐκείνου ψηφῖδι κατεγράψατο. ταύτην, ὡς εἶπον, αὐτὸς οἰκείοις ἀναλώμασι κατασκευάσας, οἷα γειτνιῶν τῷ χωρίῳ καὶ Ῥούφῳ τῷ καθ' ἡμᾶς πάππος γενόμενος, παρεχώρησε τῇ ἀρχῇ, δίαιταν εὐτελῆ καὶ σώφρονα πρὸς θεραπείαν τοῦ κατὰ καιρὸν τὴν ἀρχὴν ἐκδεχομένου κατασκευάσας, πρᾶγμα πάσης ἀποδοχῆς ἄξιον. ἡ πρώτη καὶ ἀνέχουσα τῶν ἀρχῶν, ἡ μόνῳ τῷ σκήπτρῳ παραχωροῦσα, ἐπὶ μικρᾶς... οὕτως ἦν παρὰ τοῖς παλαιοτέροις τὰ τῆς τρυφῆς ἠμελημένα, οἳ μόνης ἀπέλαυον τῆς τῶν ὑποτελῶν εὐθυμίας.

8 lego διέπων. F. an ἔχων? 17 ἐν τῇ C. 21 patet ante οὕτως aliquid excidisse. F.

et praefecturam urbis, quantum quidem in ipso fuit, dilaceravit, duodecim pro uno praefectos urbis, singulos videlicet singulis Romae partibus, constituens.

20. Nulli vero horum magistratuum initio, ut nunc, certum domicilium fuit, neque in prima neque in nostra imperatoria urbe; sed in suis sedibus, qui magistratum gerebant, munere fungebantur. atque hoc usque ad Leonem nostrum mansit, sub quo Constantinus, vir claro genere, e Mazaca quidem et ipse oriundus, virtute autem improbi Cappadocis pravitatem aequiparans, literis quoque, ac praecipue iis quas tum Itali maxime colebant, optime eruditus, cum praefecturam praetorii gereret, curiam iudicialem splendidissimam condidit, Leonisque appellavit, in qua et electionem illius tessellis descripsit. hanc suo, uti diximus, sumptu exstructam, utpote vicinus loco, et Rufi nostrae memoriae avus, modicum magistratui modestumque domicilium concessit, succedentem tum in magistratu colens, remque fecit summa laude dignam. primus summusque magistratuum, qui soli sceptro cedebat, in parva.... adeo quae ad luxum pertinebant, neglecta apud veteres erant, qui sola civium laetitia perfruerentur.

21. Σέργιος δὲ ὕστερον ἐκ τῶν δικανικῶν ῥητόρων, ἀνὴρ σοφιστὴς καὶ διὰ τοὺς λόγους αἰδέσιμος Ἀναστασίῳ τῷ χρηστῷ, τὴν εἰρημένην δίαιταν ὑπερῴῳ φορτώσας καταγωγίῳ τὸ μὲν σῶφρον ὑπερεῖδε, μείζονα δὲ τρυφὴν τῆς ἀρχῆς ἤδη μαραινομένης εἰσήγαγεν, οὐ προθεωρήσας (οὐδὲ γὰρ ἀνθρωπίνης φύσεως τὸ ἐσόμενον στοχάζεσθαι) φωλεὸν τῷ Καππαδόκῃ κατασκευάζειν. τῷ γε μὴν βαλανείῳ τῆς διαίτης ἠρκέσθη, ἐπὶ γοῦν αὐτοῦ τιμήσας τὸ μέτριον. ὁ δὲ Καππαδόκης (τίς δὲ οὗτος, μικρὸν ὕστερον ἐρῶ) ἐνσκήψας τῇ ἀρχῇ τὴν μὲν παλαιὰν καὶ οὕτω σεμνὴν τῆς ἀρχῆς δίαιταν ταῖς φάλαγξι τῶν θεραπόντων αὐτοῦ παρεχώρησεν, αὐτὸς δὲ ἐπὶ τῆς ὑπερῴας κατακοιταζόμενος, οὔρου καὶ ἀφόδου περισκοποῦντος τὸν κοιτῶνα, γυμνὸς ἐπὶ τῆς κλίνης ἐξεκέχυτο, πάντας τοὺς ἀπὸ τῆς τάξεως ὡσεὶ πονηροὺς οἰκέτας πρὸ τοῦ κοιτῶνος παραφυλάττειν ἐγκελευόμενος, αὐτὸς δὲ τοὺς ἀρέσκοντας ἐπιλεγόμενος καὶ τοῖς θηριωδεστάτοις τῶν οἰκετῶν, βαρβάροις καὶ λύκοις ταῖς ψυχαῖς ἅμα καὶ ταῖς προσηγορίαις, πρὸς τιμωρίαν ἐκτιθέμενος. τρυφῶν οὖν ἐκτόπως, τὸ πάλαι βαλανεῖον εἰς ἔπαυλιν ὑποζυγίων μεταθέμενος ταῖς ἀγέλαις τῶν ἵππων εἰς μέρος βραχὺ παρεχώρησεν, ἕτερον δὲ ἐπὶ τοῦ ἀέρος κρεμάσας βαλανεῖον, καὶ τὴν φύσιν τῶν ὑδάτων εἰς ὕψος ἄτακτον ἀναρρεῖν συνωθήσας, ἐλούετο ἐν αὐτῷ οὕτως ὡς προτετραγῴδηται. εἶτα ἐκεῖθεν τά τε ἀέρος τά τε γῆς τά τε νηκτὰ πάντα μετὰ τῶν ἁπανταχόθεν οἴνων κατέπινε, καὶ μυρίαις συνδιεφθείρετο μίξεσιν ἀδιακρίτοις αὐτός· ἐπὶ τῆς χλαμύδος θεριστρίῳ ὡσεὶ κρηδέμνῳ τὴν κεφαλὴν περι-

24 lego ἐπί τε. F.

21. Postea vero Sergius, unus forensium oratorum, sophista, quem propter doctrinam optimus Anastasius verebatur, memorato domicilio deversorii molem imponens modestiam neglexit, maioremque luxum languescente iam magistratu introduxit, non praevidens (neque enim humanae naturae, futurum divinare) lustrum se Cappadoci exstruere. balneo tamen domicilii contentus fuit, in eo utique modestiam colens. at Cappadox (quis vero hic, paulo post dicam) cum in praefecturam irruisset, antiquum adeoque venerabile magistratus domicilium phalangibus ministrorum suorum permisit: ipse vero in supera illa parte cubans, urina et stercore circum cubile spectantibus, nudus in lecto extendebatur, apparitorum quemvis, veluti improbum servum, ante cubile praestolari iubens, quosque eligere ei visum, ferocissimis servorum, barbaris et lupis animis simul et nominibus, poena afficiendos tradens. luxurians igitur mirum in modum, vetus balneum, in stabulum iumentorum mutatum, gregum equorum parvae parti permisit; aliud autem in aere, aquarum natura ad enormem altitudinem adscendere coacta, balneum suspendit, in quo tragico illo, quo diximus, more lavabatur. inde porro terrestria aereaque ac natantia omnia cum vinis undique advectis devorabat, et mille promiscuis coitibus simul ipse consumebatur; cumque super chla-

δεσμῶν, καὶ τὰς τρίχας ἐνειλῶν τῇ καλύπτρῃ ὡς Πομπηΐου παράσιτος κατὰ τὸν Πλούταρχον ἢ τἀληθὲς εἰπεῖν ὡς οἱ τῆς σκηνῆς ἄρχοντες, διεβαστάζετο ἐπὶ τὰς αὐλὰς ἃς αὐτὸς κατεσκεύασεν ἑαυτῷ· ὧν εἴ τις θέλοι τὴν ἀσωτίαν καὶ τὴν τῶν κτισμάτων διεξιέναι τῷ λόγῳ λαμπρότητα, Σεσώστριος ὁμοῦ καὶ Ἀμάσιος καὶ τῶν ἄλλων μαυσώλειά τε καὶ πυραμίδας, καὶ τἆλλα ὅσων οἱ τὰς Αἰγυπτιακὰς ἀναγράψαντες ὑπερηφανίας μνημονεύουσι, μέτρια καὶ φιλοσοφοῦσι πρέποντα καταυλήματα λέγων οὐ σφαλήσεται.

22. Ὑπόλοιπόν ἐστι κατὰ τὸ πρόσθεν ἐπηγγελμένον περὶ τῆς τάξεως εἰπεῖν, ποία τέ τις ἦν ποτὲ παρὰ τῷ ἱππάρχῳ καὶ ποία γέγονε μετ' ἐκεῖνον ὑπὸ τῷ τῶν πραιτωρίων ὑπάρχῳ, περί τε τῶν ἐν αὐτῇ καταλόγων προσηγοριῶν τε καὶ λειτουργιῶν, περί τε ἐθῶν καὶ συμβόλων καὶ τῶν ἐν τοῖς συνταττομένοις χάρταις ῥημάτων, καὶ ἁπλῶς ὅσα ἡμῶν ἄχρι τηρούμενα τῆς ἀρχῆς ἐλαττωθείσης καὶ τῆς ὑπηρετουμένης αὐτῇ τάξεως συμπεσούσης παραπόλωλεν, ὅπως μὴ τοῖς ἴχνεσι τῆς ἀρχαιότητος καὶ αὐτὴ ἡ τῶν ἀρετῶν μνήμη, μὴ γοῦν γράμμασιν ἀναφερομένη, παντελῆ λάχῃ τὴν ἀναίρεσιν. τέως δὲ περὶ τῶν ὑπολοίπων τῆς πολιτείας ἀρχῶν καὶ τὸ δὴ πέρας ἴδιόν τινα περὶ τῆς τάξεως λόγον ἐκθήσομαι· οὐδὲ γὰρ εὐπρεπὲς ταῖς ἀρχαῖς τοὺς ἀρχομένους συναριθμεῖν.

5 σεσώστριν ὁμοῦ καὶ ἄσμασιν C. τοῖς ἄλλοις C. 13 lego σχημάτων. F. 16 lego σὺν τοῖς. F. 20 τοῦ ἀρχομένου vulgo.

myde caput aestiva veste quasi vitta cinxisset, capillosque calyptrae, veluti Pompeii parasitus secundum Plutarchum, sive, ut verum dicamus, veluti scenae magistri, involvisset, in aulas, quas ipse sibi aedificaverat, ferebatur; quarum si quis luxuriam velit et aedificiorum magnificentiam describere, Sesostris una Amasisque et aliorum mausolea ac pyramides, et quaecunque alia commemorant qui Aegyptiorum superbiam literis prodidere, modesta ac philosophos decentia domicilia appellans non falletur.

22. Restat, quod supra promisimus, ut de officio explicemus, quale quondam sub magistro equitum fuerit, et post illum quale sub praefecto praetorii exstiterit, nec non de catalogis eiusdem appellationibusque et muneribus, deque consuetudine et instrumentis institutisque ad chartarum compositionem spectantibus, atque omnino quae ad nos usque servata, imminuto magistratu, et officio quae ei apparebat collapso, una interiere, ne cum vestigiis antiquitatis ipsa quoque virtutum memoria, quippe literis non mandata, penitus exstinguatur. interim vero reliquos rei publicae magistratus persequar, ac postremo scilicet proprium de officio libellum componam: neque enim convenit magistratibus officiales annumerare.

23. *Πάντα τὰ ὄντα καὶ γίνεται καὶ ἔστι κατὰ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ φύσιν, τὰ μὲν ὄντα ὡς ἔστι, τὰ δὲ γινόμενα οὐκ ὄντα μὲν ἀεὶ οὐδὲ ὡσαύτως ἔχοντα, διὰ δὲ τῆς γενέσεως ἐπὶ τὴν φθοράν, εἶτα ἐξ ἐκείνης ἐπὶ τὴν γένεσιν ἀναστρέφοντα, καὶ τὸ εἶναι μὲν ἀθάνατα, τὸ δὲ μεταβάλλεσθαι ἀλλοιότερα· εἰς ἑαυτὰ γὰρ ἀναχωροῦντα τῇ μὲν οὐσίᾳ ἔστι, τῇ δὲ φθορᾷ γίνεται, τηρούσης αὐτὰ τῆς φύσεως παρ' ἑαυτῇ προαγούσης τε αὖθις εἰς τοὐμφανὲς κατὰ τοὺς ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ τεθέντας ὅρους. ταῦτά φησιν ὁ λόγος διὰ τὴν ἀρχέτυπον τῆς καθ' ἡμᾶς πολιτείας ὄψιν, ἐφ' ἧς ἴσμεν πρὸ πάσης ἀρχῆς τὴν τοῦ ἱππάρχου δύναμιν, ὡς εἴρηται, γενέσθαι· εἶτα ὡς ἀπαλιφεῖσα ἐκείνη τῷ χρόνῳ εἰς τὴν ὕπαρχον μετεφύη τιμήν. αὐτῆς δὲ τὸ πολίτευμα παραλαβούσης, αὖθις ἡ βασιλεία εἰς τὴν τοῦ ἱππάρχου περιέστη χρείαν· καὶ προῆλθεν εἰς τὸ μέσον, μᾶλλον δὲ προηνέχθη ὑπὸ τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως ἡ πρὶν ἀπαλιφεῖσα δι' ἑτέρας προσηγορίας ἀρχή, κατὰ μηδὲν μὲν ἀποδέουσα τῆς οἰκείας ὑποστάσεως, μείζονι δὲ δυνάμει καὶ προσθήκῃ τῶν οὐκ ὄντων αὐτῇ τὸ πρὶν ὠχυρωμένη.*

24. *Καὶ μηδεὶς πρὸς τὸ καινὸν τῆς προσηγορίας ἀποπηδάτω· εἰ γὰρ ἀπίδοι ἐμμελῶς εἰς τὰ πράγματα, οὐδὲ αὐτὴν τὴν ἐπωνυμίαν τῆς ἀρχῆς διαφωνοῦσαν πρὸς ἑαυτὴν εὑρήσει. ὁ μὲν γὰρ ἵππαρχος παρῆν ἀεὶ τῷ ῥηγὶ ἢ τῷ μονάρχῳ, τῆς μὲν ἱππικῆς δυνάμεως ἡγούμενος, τῆς δὲ αὐλῆς πάσης προεστηκώς, ὥστε ὁ*

4 *εἶτε* vulgo. *τῷ — τῷ?* 11 et 15 *ἀπολοιφεῖσα* vulgo.

23. Omnia quae sunt, et gignuntur et sunt secundum boni naturam: partim quippe sunt, ut sunt; partim vero gignuntur, neque semper sunt, neque eadem manent, sed per ortum ad interitum sive ab hoc ad ortum vertuntur; quatenus sunt, immortalia, quatenus autem mutantur, a semet diversa: in semet enim redeuntia quoad substantiam sunt, quoad interitum vero gignuntur, natura ea apud se servante, iterumque in lucem proferente iuxta leges a rerum opifice constitutas. haec commemoramus ob antiquam rei publicae nostrae faciem, in qua scimus ante omnes magistratus magistri equitum potestatem, sicuti diximus, fuisse, deinde quomodo illa tempore extincta in praefecturam praetorii abierit. qua administrante rem publicam, accidit ut rursus magistro equitum imperator indigeret; processitque in medium, seu potius a rerum natura productus est, deletus olim alio nomine magistratus, neque quicquam eorum quae propria illi fuerant non tenens, et maiori potestate, additisque quae antea non fuerant, firmata.

24. Ac nemo propter nominis novitatem a nobis dissentiat: etenim si recte consideraverit rem, ne ipsam quidem appellationem magistratus a semet discrepare reperiet. nam magister equitum semper aderat regi aut singulare imperium tenenti, equestrium copiarum dux totique

λεγόμενος κατὰ νεωτέραν προσηγορίαν μάγιστρος οὐδὲν ἕτερον ἢ ἵππαρχός ἐστι· τῆς δὲ μεταβολῆς τοῦ ὀνόματος αἰτία ἡ τῆς πλείονος ἐξουσίας ἐπικράτεια γέγονε. τὸ γὰρ μάγιστρος ὀφφικίων ὄνομα οὐδὲν ἧττον ἡγούμενον τῶν αὐλικῶν καταλόγων σημαίνει, ὡς προέφαμεν, ἐν οἷς ἥ τε ἱππικὴ καὶ ἡ πεζομάχος δύναμις τῆς βασιλείας θεωρεῖται, εἰς μυρίους συναγομένη πολεμιστάς. καὶ τοῦτο μὲν μόνον εἶχεν ὁ ἵππαρχος τὸ προνόμιον, ὁ δὲ μάγιστρος τὸ πλέον, τῆς βασιλείας εἰς τοσοῦτον ὕψος ἀνενεχθείσης· τότε μὲν γὰρ μόνην τὴν Ἰταλίαν ἐκέκτηντο Ῥωμαῖοι, νῦν δὲ θεοῦ προϊσταμένου πᾶσαν ὁμοῦ γῆν τε καὶ θάλασσαν ἔχουσιν.

25. Καὶ ὅστις μὲν οὖν ὠνομάσθη τὴν ἀρχὴν μάγιστρος, οὐκ ἔχω λέγειν τῆς ἱστορίας σιγώσης· οὐδὲ γὰρ πρὸ Μαρτινιανοῦ, ὃς ἦν ὑπὸ Λικινίῳ μάγιστρος, ἄλλου τινὸς προσηγορίαν ἡ ἱστορία παραδίδωσιν. αὐτοῦ δὲ τούτου ὑπὸ Λικινίῳ ὁ Κωνσταντῖνος τὴν ὅλην τῆς βασιλείας μόνος κατασχὼν ἐξουσίαν Παλλάδιον μάγιστρον τῆς αὐλῆς ἐχειροτόνησεν, ἄνδρα συνετὸν καὶ Πέρσας Ῥωμαίοις πρότερον καὶ Μαξιμιανῷ τῷ Γαλερίῳ διὰ πρεσβείας φιλώσαντα. τοῖς δὲ ἱμειρομένοις τοὺς ἐφεξῆς μὴ ἀγνοῆσαι μαγίστρους ἄχρις ἡμῶν ἀρκέσει πρὸς διδασκαλίαν Πέτρος ὁ πάντα μεγαλόφρων καὶ τῆς καθόλου ἱστορίας ἀσφαλὴς διδάσκαλος, δι' ὧν αὐτὸς ἐπὶ τοῦ λεγομένου μαγιστηρίου ἀνεγράψατο.

26. Προῆλθεν οὖν ἡ δύναμις ἐπὶ πλέον τῆς ἀρχῆς· οὐ

16 αὐλῆς] αὐτῆς C. 17 recentior manus φιλιώσαντα. 18 ὁμηρομένοις C.

aulae praefectus; quare qui recentiori nomine magister appellatur, nil aliud nisi magister equitum est; mutati autem nominis causa fuit maior potestas illi attributa. quippe magistri officiorum nomen aeque aulicorum catalogorum ducem, ut praediximus, significat, quibus cum equestres tum pedestres imperatoris copiae, numero decem milia armatorum, continentur. et hoc quidem uno constabat magistri equitum potestas: at magister potior, imperio ad tantam altitudinem evecto. tum enim solam Italiam possidebant Romani: nunc autem, deo gubernante, omnem simul terram mareque tenent.

25. Quis vero primus magister nominatus sit, dicere nequeo tacente historia: neque enim ante Martinianum, qui sub Licinio magister fuit, alius cuiusquam nomen historia prodit. sub hoc ipso autem Licinio Constantinus, solus tota imperii potestate potitus, magistrum aulae Palladium creavit, virum prudentem, qui Persas Romanis et Galerio Maximiano antea legatus conciliaverat. cupientes vero succedentes deinceps ad nos usque magistros non ignorare satis docebit Petrus ille in omnibus excelsus et universae historiae certus auctor, in iis quae de magisterio quod vocant conscripsit.

26. Crevit igitur potestas magistratus: etenim non tantum depre-

μόνον γὰρ τὰς τῶν ἐθνῶν πρεσβείας ὑφ' ἑαυτῷ τελούσας ὁ μάγιστρος ἔχειν πιστεύεται, τόν τε δημόσιον δρόμον, καὶ πλῆθος ἐμβριθὲς τῶν πάλαι μὲν φρουμενταρίων νῦν δὲ μαγιστριανῶν, τήν τε τῶν ὅπλων κατασκευὴν καὶ ἐξουσίαν, ἀλλ' ἔτι καὶ τὴν τῶν πολιτικῶν πραγμάτων, καὶ διαφερόντως Πέτρος οὗτος ὁ πολύς, ὁ μηδενὶ ταῖς ἀρεταῖς κατὰ μηδὲν δεύτερος. διασώζει μὲν γὰρ καὶ φρουρεῖ τὴν αὐλήν, καὶ τὴν Ῥωμαϊκὴν οὐκ ἀποπτύει μεγαλειότητα, ἣν ἐγγὺς ἀπολομένην ἀβελτερίᾳ τῶν πρὸ αὐτοῦ, οἷα σοφὸς καὶ διὰ παντὸς τοῖς βιβλίοις προσανέχων, ἀποκαθίστησι. τοὺς δὲ νόμους εἰδὼς εἴπερ τις ἄλλος, οἷς ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων ἀνετράφη, συνηγορῶν τοῖς δεομένοις, ἄρχων τε μέγιστος καὶ ἀξίαν ὀφρὺν τῆς ἐξουσίας ἀνατείνων ἐδείχθη, καὶ δικαστὴς ὀξὺς καὶ τὸ δίκαιον κρίνειν εἰλικρινῶς ἐπιστάμενος, κατὰ μηδὲν αὐτὸν ὑπτιαζούσης τῆς τύχης. πρᾶος μὲν γάρ ἐστι καὶ μειλίχιος, ἀλλ' οὐκ εὐχερὴς οὐδὲ πρὸς τὰς αἰτήσεις ἔξω τοῦ νόμου καμπτόμενος, ἀσφαλὴς δὲ ὁμοῦ καὶ προβλέπων τὰς ὁρμὰς τῶν προσιόντων, μηδένα καιρὸν ταῖς ῥᾳθυμίαις παραχωρῶν, τὴν μὲν νύκτα τοῖς βιβλίοις τὴν δὲ ἡμέραν τοῖς πράγμασιν ἐκκείμενος, μηδὲ αὐτὴν τὴν μέχρι τῆς αὐλῆς ἐκ τῆς οἰκίας ἐν ὁμιλίαις διασυρίζων ἁπλῶς, ζητήμασι δὲ λογικοῖς καὶ ἀφηγήσεσι πραγμάτων ἀρχαιοτέρων μετὰ τῶν περὶ ταῦτα σχολαζόντων εἰλούμενος. καὶ καιρὸς οὐδεὶς αὐτῷ διδαγμάτων ἐστὶν ἀμέριμνος, ὡς τοὺς τῶν λόγων ἐξηγητὰς δεδιέναι τὴν πρὸς αὐτὸν ἐντυχίαν· πράγμασι γὰρ αὐτοὺς καὶ στροφαῖς

11 ἐνετράφη? 16 προϊόντων C. 17 μηδὲν ἄκαιρον C. 18 ἐγκείμενος F.

cationes populorum magistro creduntur, et cursus publicus, et gravis multitudo magistrianorum, qui olim frumentarii dicti sunt, et fabricae potestasque armorum, verum et civilium insuper rerum administratio, ac praecipue Petro illi clarissimo, virtutibus nulla in re cuiquam secundo. conservat enim custoditque aulam, nec Romanam respuit magnificentiam, quam paene extinctam priorum inscitia, utpote sapiens et libris usque deditus, restituit. leges autem, si quis omnino, callens, quibus a teneris unguiculis imbutus est, petentium defensorem se ac summum magistratum, dignamque potestate gravitatem, idemque acutum se iudicem et nudae iustitiae in iudicando cultorem ostendit; neque eum unquam facilem fortuna reddidit. mansuetus enim est et humanus, at non levis; neque precibus a lege flectitur, sed firmus simul est, praevidetque adeuntium conatus. nullum vero tempus remissionibus concedens nocte libris, die negotiis vacat; quin domo in aulam iens, non quolibet sermone contentus, quaestionibus literatis et antiquarum rerum commemoratione cum harum studiosis tenetur. neque est ullum ei tempus doctrinarum incuriosum, ut literarum doctores occursum eius metuant: angustiis enim eos dolisque implicat, modeste sciscitans, ut lo-

περιβάλλει, μετρίως ὑπελέγχων ὡς λέγοιντο μόνον, οὐκ εἰσὶ δὲ τοιοῦτοι ὁποίους αὐτοὺς ἡ φήμη διαθρυλεῖ. ἐμοὶ δὲ μάλιστα σκοτοδινίας οὐ μικρὰς ἀνακινεῖ ἡ πρὸς αὐτὸν συνήθεια· χαίρω γὰρ αὐτῷ, ὅτι καλὸς ἅμα καὶ ἐλεύθερος καὶ τύφου καὶ κορύζης ἐκτὸς ἀστεῖός τε καὶ κοινός· ἀλλ' ἐπισείει μοι, ὡς εἴρηται, φροντίδας οὐ μικράς, μηδὲν ὧν ἐπίστασθαι δοκῶ προτείνων εἰς ζήτησιν, τὰ δὲ παντελῶς ἠγνοημένα παρεισάγων, ὥστε με τὰς πασῶν ἰσχυροτάτας εὐχὰς μελετᾶν, μηδεμίαν αὐτὸν ἄβατον ἐμοί, ὥσπερ εἴωθεν, ἐπιρροιζῆσαι θεωρίαν.

27. Τοσούτων ἀρχόντων τῶν ἐπὶ τῆς Ῥώμης τῷ νόμῳ γνωριζομένων μνήμην ἡ καθόλου ἱστορία ἐκ προοιμίων ποιεῖται τῆς Ῥωμαϊκῆς πολιτείας ἄχρι τῆς Ἀναστασίου τοῦ βασιλέως τελευτῆς. κόμητα γὰρ λαργιτιώνων (Ἰταλοὶ λέγουσιν ἀντὶ τοῦ προεστῶτα τῶν τῆς βασιλείας θησαυρῶν) καὶ κόμητα πριβάτων (ἀντὶ τοῦ τῶν ἰδίᾳ πως τοῖς βασιλεῦσι προσηκόντων) οὐκ ἄν τις ἐν ἀρχόντων ἀριθμήσειέ ποτε καταλόγῳ, θεραπόντων δέ· προαγωγῆς ἄρχουσι πρεπούσης ἀξιοῦνται, κατὰ δὲ τὸ δοκοῦν τῇ βασιλείᾳ πρόσφατον ἔχουσι καὶ λανθάνουσαν τὴν γένεσιν, ὥσπερ ὁ λεγόμενος πατριμώνιος, ἀντὶ τοῦ φύλαξ τῆς ἰδίᾳ πως ἀνηκούσης τῷ βασιλεῖ καὶ τυχὸν ἐκ προγόνων περιουσίας, ὃν καὶ αὐτὸν οὐ πρὶν ἀριθμούμενον Ἀναστάσιος ὁ πάντα ἔμφρων ἀνεστήσατο, διάκρισιν, ὥσπερ εἰώθει, περινοῶν τοῖς πράγμασιν, ὅπως μὴ συγχύσει κάμνοιεν.

13 lego ὡς Ἰταλοί. F. 16 lego οὐδὲ γὰρ προαγωγῆς. F.

quantur modo: non sunt autem isti tales quales eos fama circumfert. mihi vero praecipue caligines non parvas movet eius consuetudo: etenim delector eo, quia bonus simul et liberalis remotaque stolida arrogantia comis communisque est: verum, ut dixi, sollicitudines haud parvas mihi incutit, nihil eorum quae scire videar investigandum proponens, sed prorsus ignota protrahens; quare ego omnium vehementissimas preces meditor, ne quam inexpertam mihi, ut solet, quaestionem proferat.

27. Tot magistratus, Romae lege constitutos historia, ab incunabulis rei publicae Romanae ad Anastasii imperatoris obitum, in universum commemorat. nam comitem largitionum (ut Itali dicunt, id est thesauris imperii praepositum) et comitem privatarum (id est peculiarium quodammodo imperatoris facultatum) nunquam, opinor, magistratibus aliquis, sed ministris annumerabit: neque enim electione magistratibus conveniente dignantur, sed prout videtur imperatori, subito occulteque prodeunt, veluti qui patrimonius dicitur (id est custos peculiarium quodammodo imperatoris ac forte a maioribus relictarum facultatum), quem et ipsum antea ignotum in omnibus prudens Anastasius instituit, discrimen, ut solebat, rebus excogitans, ne confusae laborarent.

28. *Μετ' ἐκεῖνον δὲ Ἰουστίνου ἐν ἡσυχίᾳ βιοῦντος καὶ μηδὲν νεώτερον ἐξευρόντος, ὁ μετὰ ταῦτα, ἀδελφιδοῦς αὐτῷ γενόμενος, πᾶν ὅ τι χρήσιμον περιποιεῖν τοῖς κοινοῖς ἐπειγόμενος, ὅλην τε τὴν ὀφρὺν τῆς ἀρχαίας ὄψεως ἀνακαλούμενος, πρῶτον μὲν ἐξεῦρε τὸν λεγόμενον τῆς Σκυθίας ὕπαρχον. σοφὸς γὰρ ὤν, καὶ διὰ τῶν βιβλίων εὑρὼν ὡς εὐδαίμων μὲν ἡ χώρα τοῖς χρήμασιν ἰσχυρὰ δὲ τοῖς ὅπλοις ἔστι τε νῦν καὶ πάλαι γέγονεν, ἣν πρῶτος ἑλὼν σὺν Δεκεβάλῳ τῷ Γετῶν ἡγησαμένῳ Τραϊανὸς ὁ πολὺς πεντακοσίας μυριάδας χρυσίου λιτρῶν, διπλασίας δὲ ἀργύρου, ἐκπωμάτων ἄνευ καὶ σκευῶν τιμῆς ὅρον ἐκβεβηκότων ἀγελῶν τε καὶ ὅπλων, καὶ ἀνδρῶν μαχιμωτάτων ὑπὲρ πεντήκοντα μυριάδας σὺν τοῖς ὅπλοις Ῥωμαίοις εἰσήγαγεν, ὡς Ἀκρίτων παρὼν τῷ πολέμῳ διισχυρίσατο, συνεῖδεν αὐτός, κατὰ μηδὲν Τραϊανοῦ παραχωρῶν, περισῶσαι Ῥωμαίοις ἤδη ποτὲ ἀφηνιάζουσαν τὴν βορείαν. καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν εἰ πάντα κατ' εὐχὰς προῆλθεν αὐτῷ· οὐδὲ γὰρ Τραϊανὸν τοῖς ὅπλοις ἐζήλωσε μόνον, ἀλλ' αὐτὸν Αὔγουστον τῇ περὶ θεὸν εὐσεβείᾳ καὶ τρόπων μετριότητι καὶ Τίτον τῇ καλοκἀγαθίᾳ, Μάρκον δὲ τῇ συνέσει παρώθησεν. (29) ὡς ἔφθην εἰπών, προάγει τοίνυν ἔπαρχον ἐπόπτην τῶν Σκυθικῶν δυνάμεων, ἀφορίσας αὐτῷ ἐπαρχίας τρεῖς τὰς πασῶν ἐγγὺς εὐπορωτάτας, Κεραστίδα τὴν καθ' ἡμᾶς Κύπρον, ἀπὸ Κύπριδος κατὰ τὸν μῦθον τιμηθείσης ἐν αὐτῇ μεταβαλοῦσαν τὴν προσηγορίαν, Κα-*

1 *ἰουστινιανοῦ* C. 7 *ἣν* add F. 8 *τῷ* F, *τῶν* C. 10 *τε* F, *δὲ* C. 12 *ὁ Κρίτων* F. 13 *μηδένα* vulgo. 17 *θεῶν* C.

28. Post illum vero cum in otio egisset Iustinus, neque quicquam novi repperisset, qui deinde successit, sororis eius filius, utile quodvis parare rei publicae festinans omnemque antiqui status splendorem revocans, primum quidem, quem praefectum Scythiae vocant, excogitavit. nam cum esset sapiens, et scripta volvens repperisset regionem cum opibus fortunatam tum armis validam et nunc esse et olim fuisse, (quam cum primus cum Decebalo Getarum rege summus princeps Traianus vicisset, quinquagies centena milia auri ac duplicem argenti librarum numerum, praeter pocula et vasa quovis pretio maiora, gregesque et arma, virorum autem bellicosissimorum plus quinquies centena milia una cum armis, Romanis abduxit, quemadmodum Crito, qui bello interfuerat, affirmavit), ipse nulla in re Traiano cedens Septentrionem, qui iam aliquando iugum abiecerat, Romanis servare constituit. nec mirari licet ei omnia e voto cessisse: neque enim Traianum tantum armis aemulatus est, verum ipsum Augustum pietate in deum morumque modestia, et Titum integritate, et Marcum prudentia superavit. (29) igitur, ut modo dixi, praefectum Scythicarum copiarum moderatorem creat, additis tribus omnium fere ditissimis provinciis, Cerastide, quae nunc mutato nomine a Cypride, secundum fabulam in ea culta, Cyprus vocatur,

ρίαν τε ὅλην σὺν ταῖς Ἰωνίσι νήσοις, ἃς ἄρτι τελούσας ὑπὸ τὴν πρώτην τῶν ἀρχῶν, ὥσπερ τὰς ἄλλας ἁπάσας, συνεῖδεν ὁ βασιλεὺς χωρισθείσας αὐτῆς τελεῖν ὑπὸ τῷ Σκυθίας ἐπάρχῳ· καὶ φόρον ἴδιον ἀπένειμε πρὸς δικαστήριον καὶ τάξιν ὅλην, ὡσεὶ σπινθῆρά τινα τῶν ἐν Λιπάρῃ κρατήρων ἀνάψας ἐκ τῆς ἐπαρχότητος, πολλὰ καθ' ὁμαλοῦ χρηστὰ τοῖς κοινοῖς τεχνησάμενος. τήν τε γὰρ μεγίστην καὶ δευτέραν ἐξουσίαν αὐτὸς καὶ μόνος οὐ μετρίως ἐκούφισε πόνων, διελὼν τὰς φροντίδας τῶν πραγμάτων ἄρχουσι πολλοῖς, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς εὐχειρίστους κατέστησε τὰς ἀρχάς, καὶ τοῖς φιλοπράγμοσι τὴν λύσσαν ἐμέτρησε. γλίσχρον δὲ νομίσας μὴ καὶ τὴν πολιαρχίαν ἀπαλλάξαι μοχθημάτων οὐ μικρῶν, καὶ τοῦτο τὸν Τίτον ἐκμιμούμενος, τὸν οὐρβανὸν πραίτωρα τοῖς ἄρχουσι παρεισήγαγεν, ἀρκεῖν οἰόμενος τῷ πολιάρχῳ τὴν πάντα σοβοῦσαν τοῦ δήμου διχόνοιαν, καὶ μετ' αὐτούς, μᾶλλον δὲ πρὸ αὐτῶν κατὰ τὴν ἀρχαιότητα, ὡς προέφαμεν, τὸν λεγόμενον κυαισίτωρα, ἀντὶ τοῦ τῶν βιωτικῶν ἐγκλημάτων ἐρευνάδα σεμνότατον.

30. Ὥσπερ ἀρχέτυπον εἶδος ἡ μονάς, παράδειγμα δὲ μονάδος ἕν, οὕτως ἐν προοιμίοις ἡ καθ' ἡμᾶς εὐδαίμων πόλις τῆς τότε πᾶσαν ὑπεροχὴν ἐκβεβηκυίας Ῥώμης ἐνομίσθη. ὅθεν ὁ Κωνσταντῖνος οὐδαμοῦ πρὸ τῆς ἐπ' αὐτῇ κονσεκρατίωνος (οὕτω δὲ τὴν ἀποθέωσιν Ῥωμαῖοι προσαγορεύουσι) Ῥώμην νέαν δείκνυται καλῶν, κάστρα δὲ καὶ αὐτὴν ἴσα ταῖς ἄλλαις τῶν χωρῶν·

1 ἄρτι] ἀντὶ vulgo. 11 ἀπαλλάξῃ vulgo. μικρὸν C. κἂν τούτῳ? 14 τῷ δήμῳ C.

Cariaque tota cum Ioniis insulis; quas, cum antea sub summo magistratuum, sicut ceterae omnes, fuissent, ab eo seiunctas imperator Scythiae praefectum tenere voluit; propriumque reditum constituendo iudicio et totum officium concessit, quasi scintillam quandam Liparae craterum e praefectura praetorii accendens, multa simul rei publicae utilissima meditatus. quippe tum amplissimam secundamque potestatem ipse solusque non parum sublevavit laboribus, rerum administrationem in multos magistratus dispertiens; tum etiam faciliora iis munera reddidit, litiumque amantibus furorem est moderatus. parvum autem putans, nisi et praefecturam urbis molestiis haud levibus liberaret, in hoc quoque Titum imitatus, praetorem urbanum magistratibus adiecit, sufficere praefecto urbi omnia concutientem populi discordiam reputans; nec non post illos, (seu potius, si antiquitatem spectes, ante illos, ut supra rettulimus,) quaesitorem quem vocant, id est rerum capitalium investigatorem gravissimum.

30. Quemadmodum originalis species monas, exemplum autem monadis unum, sic felix nostra civitas Romae, tum super omne culmen eminentis, initio putabatur. unde Constantinus ante eius consecrationem (ita autem apotheosin Romani dicunt) nullibi eam Romam novam, sed castra, pariter ceteris locis, ipsam quoque appellavit: cuius rei argu-

καὶ τούτων ἄν τις ἐπιστήσεται τοῖς ἐλέγχοις, εἰ ταῖς διαλέξεσι Κωνσταντίνου, ἃς αὐτὸς οἰκείᾳ φωνῇ γράψας ἀπολέλοιπεν, ἐντεύξεται. εἰκόνα τοίνυν καὶ στοχασμὸν ἀμυδροῦ παραδείγματος εἶναι κρίνων αὐτὴν πρὸς ἐκείνην, δύο πραίτωρσιν ἀρκεσθῆναι συνεῖδε διὰ τὸ τῶν οἰκητόρων μέτριον καὶ τῶν πραγμάτων σμικρόν. ἐκ τῆς φάλαγγος οὖν τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ πραιτώρων τὸν τουτηλάριον προχειρίζεται ... τὸν μὲν Κωνσταντιανὸν τὸν δὲ μάγιστρον τοῦ κήνσου ἐπιφημίσας, οἱονεὶ ἄρχοντα τῶν ἀρχετύπων συμβολαίων, ὅτι κῆνσον μὲν τὴν ἀπογραφὴν τῶν ἀρχείων, ῥέγεστα δὲ λέγουσι· καὶ σκρίβαν μὲν ἐκείνῳ (ἀντὶ τοῦ ὑπογραφέα), κηνσουάλης δὲ τούτῳ (ἀντὶ τοῦ ἀρχειοφύλακας) ὑπηρετεῖσθαι διώρισε. τῆς δὲ ἡμετέρας Ῥώμης, καὶ νεμέσεως ἔξω, καὶ τὴν πρώτην τῆς δυνάμεως ἀποκρυπτούσης, συνεῖδεν ὁ κράτιστος καὶ τῆς τοῦ οὐρβανοῦ πραίτωρος δεῖσθαι παρόδου. προάγει τοίνυν αὐτὸν τῇ οἰκείᾳ σεμνύνων προσηγορίᾳ, ἅμα τῶν τοῦ δήμου παραπτωμάτων ἁψόμενον, ἅμα τὴν πολιαρχίαν φροντίδων ἀμετρίας ἐπικουφίσας ἐμφρόνως.

2 an καταλέλοιπεν? sed cf. 3 33: συγγραφὴν Κέλσος ἀπολέλοιπεν. ἐντεύξηται vulgo. 7 patet excidisse nomen alterius praetoris. F. 9 ἀρχαίων vulgo, et mox ἀρχαιοφύλακας. 16 ἀψόμενος F.

menta reppererit, qui tractatus Constantini legerit, quos ipse patrio sermone scriptos reliquit. simulacrum igitur eam et speciem obscuri exempli ad illam esse iudicans, duos ei praetores sufficere arbitratus est propter incolarum et causarum paucitatem. e phalange itaque urbis Romae praetorum tutelarium creat.... illum Constantianum, hunc magistrum census (id est archetypis instrumentis praepositum, quia censum vocant instrumentorum perscriptionem, quam eandem et regesta dicunt) appellavit; scribamque illi, id est exceptorem, et censuales huic, id est instrumentarios, apparere voluit. nostra autem Roma (sit dicto venia!) primam adeo potentia obscurante, optimus noster imperator urbano etiam praetore opus esse duxit. creat itaque eum suoque nomine illustrat, simul populi delicta aggressurus, simul praefecturam urbis immensa curarum mole sapienter levans.

ΛΟΓΟΣ Γ.

Τοῦ νόμου τῆς ἱστορίας, ὡς οἶμαι, τηρηθέντος, καὶ τὸ πρόσθεν ἐπηγγελμένον, τῶν πολιτικῶν ἀρχῶν διὰ τοῦ λόγου παρελθουσῶν, ἐπῆλθεν ἐμοὶ ἴδιόν τινα καὶ μονήρη λόγον περὶ τῆς μεγίστης τάξεως τῆς πρώτης τῶν ἀρχῶν ὑποθεῖναι τῇ ἱστορίᾳ, δι' οὗ ἄν τις ἀμυδρῶς ἐσοπτρίσαιτο τὴν πάλαι κρατήσασαν ἐν αὐτῇ λαμπρότητα καὶ εὐταξίαν, ἣν ἐγγὺς ἀπολομένην ὁ γενναῖος ἡμῶν βασιλεὺς οὐκ εἴασε παντελῶς ἀποσβεσθῆναι, συνέχει δὲ ὥσπερ καὶ σφίγγει διαρρέουσαν τῷ χρόνῳ τὴν ἀρχαιότητα. καὶ μεῖζον μέν ἐστι δι' αὐτοῦ ἤπερ ἄρτι καθεστήκει τὸ πολίτευμα, Λιβύης ἡμῖν ἀποδοθείσης (οὐ μικρὸν δὲ τὸ κτῆμα, τῆς δὲ Εὐρώπης τὸ πλεῖστον· κοινωνεῖ γὰρ αὐτῇ τοῦ ζεφύρου, καθὸ τὸν εὖρον ὅλον δίδωσιν ἡ Ἀσία καὶ μόνη), καὶ αὐτῆς δὲ Ῥώμης, τῆς τῶν πραγμάτων μητρός, ἀπαλλαγείσης ἱδρῶτι τῆς βασιλείας δεσμῶν καὶ βαρβαρικῆς ἐξουσίας. πάντα δέ, ὅσα ἦν ποτὲ τῆς πολιτείας γνωρίσματα, μετὰ κρείττονος ἀποσώζεται δυναστείας· οἵ τε νόμοι θορύβων καὶ πολυφόρτου συγχύσεως ἀπηλλάγησαν, καὶ προφανές ἐστι τὸ δίκαιον, καὶ μεταμέλει τοῖς φιλοδικαίοις τὸ πρὶν ἐναγρυπνῆσαι ταῖς φιλονεικίαις, μάχης οὐδεμιᾶς τὸ λοιπὸν διὰ τῆς τῶν νόμων καθαρότητος ὑπολιμπανομένης. καὶ κρείττων μὲν ἡ βασιλέως

5 ἔσοπτρον σοι τα C: corr F. 16 προσφανές vulgo. 17 lego φιλοδίκοις F.

LIBER III.

Historiae lege, ut opinor, observata, et secundum quod ante pollicitus sum magistratibus civilibus enarratis, visum est mihi proprium quendam ac singularem libellum de maximo officio primi magistratuum historiae subiicere, in quo quis pristinum eius splendorem egregiamque disciplinam obscure intueatur; quam pene perditam generosus noster imperator non passus est funditus extingui, continetque quodammodo et constringit dilabentem tempore antiquitatem. ac maior quidem quam nuper per illum est res publica, Libya nobis reddita, non parvo bono, Europaque maximam partem (hac enim in Occidentem porrigitur, sicut Orientem totum Asia solaque tribuit), ipsa autem Roma, imperii matre, vinculis et barbarica potestate sudore imperatoris liberata. omnia vero quae quondam fuere rei publicae ornamenta, maiori cum potestate restituuntur, legesque turbis ac multiplicis onere confusionis liberatae; patetque iustum, ac litium amantes paenitet contentionibus olim vigilasse, nulla in posterum propter legum claritatem pugna relicta. ac virtus qui-

ἀρετὴ ἐπαίνου παντός, ἐμοὶ δὲ καὶ καιρὸς ἐπὶ τὸν σκοπὸν διαβῆναι τῷ λόγῳ.

2. Ἡ τοίνυν τῷ ἱππάρχῳ πειθαρχήσασα τάξις ποτὲ ἐν ὅπλοις μὲν ἦν ἅπασα, ὀνόματα δὲ αὐτῇ καθ᾿ ὁμαλοῦ προμῶται, ὅπερ ὄνομα εἰς τέσσαρας τέμνεται καταλόγους, εἰς δουκηναρίους, εἰς κεντουρίωνας, εἰς βιάρχους· περὶ ὧν ἂν κατὰ τὴν τῶν τακτικῶν παράδοσιν ἀφηγησάμην, εἰ μὴ πόρρω που τοῦ σκοποῦ παρωθούμην. καὶ ταύτης τῆς προσηγορίας, τῆς τῶν προμωτῶν λέγω, ἔτι καὶ νῦν αἱ λεγόμεναι μάτρικες (ἀντὶ τοῦ ἀπογραφαὶ τῶν καταλόγων) μνήμην ἀναφέρουσιν. ἀπὸ δ᾿ Αὐγούστου εἰς ἕτερον σχῆμα τῆς ἀρχῆς περιστάσης, ὡς πολλάκις εἴρηται, προσετέθησαν οἱ λεγόμενοι ἀδιούτωρες, οἱονεὶ βοηθοί· καὶ ταύτης μόνης τῆς προσηγορίας μνημονεύουσιν αἱ παρὰ τῶν βασιλέων παρεχόμεναι τοῖς εἰς στρατείαν παριοῦσι προβατωρίαι, οἱονεὶ συστάσεις καὶ ἀποδείξεις· οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς τὸ πρὶν ἄδειαν εἶχεν ὁ βουλόμενος ζώνην περιθέσθαι οἱανοῦν, μὴ πρότερον ἀποδείξας ὡς εἴη πρὸς αὐτὴν ἐπιτήδειος· προβᾶρε γὰρ τὸ μετὰ δοκιμῆς ἐπιδεῖξαι τὸ ὑποκείμενον λέγουσιν οἱ Ῥωμαῖοι. νῦν δὲ τὸ πλῆθος αὐτὰς ἐξ ἀμαθοῦς μαντείας, τἀληθὲς παραδηλούσης, πριβατωρίας καλεῖ, αὐτόθεν τὴν ἰδιώτου τύχην εἰσαγούσης· οὐδὲ γὰρ ἰδιώτου διαφέρουσιν οἱ μόνῃ προσηγορίᾳ στρατείαν οἱανοῦν ὑπερχόμενοι, οὐχ ὅτι τὰ πράγματα μὴ τὴν κρείττονα καὶ καρπιμωτέραν εἴληχεν ὄψιν

5 τέσσαρα—λόγους C, τέσσαρας—καταλόγους F, coll. 1 48. 8 λόγω C. 10 δ᾿ vulgo om. 13 παρασχόμεναι vulgo. 15 ἀ...ν C, exstinctis mediis literis.

dem imperatoris quavis laude maior; iamque tempus est me ad propositum progredi.

2. Cohors igitur, cui praefuit magister equitum, armata olim tota fuit, dictaque communi nomine promoti, quod quidem nomen in quattuor catalogos dividitur, in ducenarios, centenarios, biarchos; de quibus quae tactici tradidere, exponerem, si non a proposito longius essem aberraturus. atque huius appellationis, promotorum dico, etiamnum matrices quas vocant, id est catalogorum indices, mentionem faciunt. ab Augusto mutata, ut saepe diximus, magistratus forma, additi sunt qui adiutores vocantur, id est βοηθοί; atque hanc solam appellationem commemorant quae ad militiam accedentibus ab imperatoribus praebentur probatoriae, id est testimonia et specimina (neque enim olim nullo discrimine cuilibet cingulum qualecunque induere licuit, antequam se ad illud aptum esse probasset): probare enim Romanis est rem specimine ostendere. nunc autem vulgus eas rudi divinatione, verum prodente, privatorias appellat, privati condicionem inde arguens: neque enim a privato differunt qui solo nomine militiam qualemcunque ineunt, non

τῇ βασιλέως ἐμμελείᾳ, ἀλλ' ὅτι αὐτοὶ οὐκ εὐπρεπεῖς πρὸς τὰς λειτουργίας παρίασιν.

3. Κοινῇ μὲν οὖν ἅπασι τοῖς καταλόγοις ἐκ τῆς βασιλέως ὑποσημειώσεως ἀδιούτωρες, ἐπὶ τοῦ μετώπου τῆς παρατάξεως τὸ πάλαι ταττόμενοι. φησὶ γὰρ οὕτως, et colloca eum in legione prima adiutrice nostra, οἷον εἰπεῖν "καὶ τάξειας αὐτὸν ἐν τῷ πρώτῳ τάγματι τῷ βοηθοῦντι ἡμῖν." ὅθεν ὁ πρωτεύων τοῦ παντὸς καταλόγου ἔτι καὶ νῦν κορνικουλάριος ἀναφέρεται, ἀντὶ τοῦ κεραΐτης ἢ πρόμαχος. μέσος μὲν γὰρ ἦν τῆς στρατιᾶς ἐπὶ τῆς συμπλοκῆς μονομάχος ἤγουν ὕπαρχος ἢ ὁ Καῖσαρ. τὸ δὲ ἰμπεράτωρος ἐπώνυμον κοινὸν ἦν αὐτοῖς, ὡς ἔφην· οὐδὲ γὰρ μόνων τῶν βασιλέων ἐστίν, ἀλλ' ἀπολύτως τοῦ αὐτοκρατῶς διοικεῖν εἰληχότος τὸν πόλεμον. καὶ μέσος μὲν ἦν, ὡς εἴρηται, ὁ αὐτοκράτωρ, ὡς Φροντῖνος λέγει, ἐξ εὐωνύμου δὲ πλευρᾶς ὁ ἵππαρχος ἤγουν ὕπαρχος, ἐκ δὲ τῆς ἑτέρας οἱ πραίτωρες ἢ ληγάτοι (ἀντὶ τοῦ στρατηγοὶ καὶ πρεσβευταί), οὓς κατελίμπανον οἱ ὕπατοι ἀνθ' ἑαυτῶν ἤδη τοῦ τῆς ὑπατείας αὐτοῖς συντελουμένου χρόνου, εἰς τὸ ἐφεστάναι τῷ στρατῷ ἄχρι τῆς τοῦ μέλλοντος ὑπάτου ἐπὶ τὸν πόλεμον παρουσίας. τῆς δὲ καλουμένης λεγιῶνος εἰς ἑξακισχιλίους τελούσης πεζομάχους τὸν ἀριθμὸν (οὐσῶν δέκα μόνων τῶν

5 *et colloca* scripsi pro *esare*, quod, si recte lego, habet C. verba *prima adiutrice nostra*, in C pariter depravata, e loco codicis Iustinianei (12 tit. 53 3) petivi, ubi legitur: *cum in legione prima adiutrice nostra militant.* F. 9 legendum, ni fallor, κεράστης. F. 10 lego ὁ μόναρχος. F. 12 αὐτοκράτορος C. 14 nempe, ni fallor, in opere de scientia militari, 1 47. F. 16 πρεσβῦται vulgo. 18 ἐφιστάναι vulgo. 20 δέκα F, δὲ καὶ C.

quod non melior rebus imperatoris solertia fructuosiorque status contigit, sed quoniam ipsi ad munera inepti accedunt.

3. Ac communiter quidem in omnibus catalogis ex imperatoris subscriptione adiutores in fronte aciei olim collocabantur. ait enim sic "et colloca eum in legione prima, adiutrice nostra." unde totius catalogi princeps etiamnum cornicularius, id est cornutus sive in prima acie pugnans, appellatur. medius quippe exercitus in conflictu erat, qui summam imperii tenebat, praefectus praetorio scilicet vel Caesar. imperatoris autem nomen, ut diximus, commune iis erat: neque enim Caesarum tantum est, sed omnino eius qui bellum suo arbitratu administrandum sortitus est. ac medius quidem, ut diximus, erat imperator, quemadmodum Frontinus ait, a sinistro autem latere magister equitum sive praefectus praetorio, et ab altero praetores aut legati (id est duces et legati), quos pro se consules, iam exeunte consulatus eorum tempore, relinquebant, qui, donec futurus consul ad bellum adesset, exercitui praeessent. legio autem (ut vocant) cum sex milia peditum numero complecteretur (erant autem initio decem omnino legiones, prae-

πασῶν λεγιώνων ἀνέκαθεν, ἔξωθεν ἱππικῆς Ῥωμαϊκῆς καὶ αὐξιλιαρίας καὶ κοορταλίας καὶ τουρμαλίας καὶ τῶν λοιπῶν δυνάμεων, εἶτα δὲ καὶ ξενικῆς), ὡς ἔφην, πρῶτος ἐτέτακτο ὁ κορνικουλάριος, καὶ διὰ τοῦτο προύστηκεν ἔτι καὶ νῦν τῆς πάσης τάξεως, ἐπεὶ μηκέτι ἐπὶ τοὺς πολέμους ἀφικνεῖσθαι τὸν ὕπαρχον ἔδοξεν, δι' οὓς εἰρήκαμεν λογισμούς.

4. Τῶν οὖν ἄλλων πάντων ἀδιουτώρων ὄντων, ὁ ὕπαρχος δι' οἰκείας ὑποσημειώσεως δίδωσι τῷ πρὸς τὴν στρατείαν ἐρχομένῳ εἰς ὃν αὐτὸς ἕλοιτο ταχθῆναι κατάλογον. αἱ δὲ προσηγορίαι τῶν πάντων καταλόγων τῆς τάξεως αὗται. ὁ κορνικουλάριος πρῶτος, τῇ τοῦ λεγομένου κόμητος ἐμπρέπων λαμπρότητι, μήπω τὴν ζώνην ἀποθέμενος καὶ πρὸς τὴν ἀπὸ τῆς βασιλείας τιμὴν καὶ τὴν τῶν λεγομένων κωδικίλλων (ἀντὶ τοῦ δέλτων) ἐπίδοσιν ἀνελθών, οὐδενὶ τῶν ἐν ἄλλοις στρατεύμασι πρωτευόντων ταύτης τῆς προνομίας ὑπαρχούσης. μετὰ δὲ τὸν κορνικουλάριον πριμισκρίνιοι δύο, οὓς Ἕλληνες πρώτους τῆς τάξεως καλοῦσι, κομμενταρίσιοι δύο (οὕτω δὲ τοὺς ἐπὶ τῶν ὑπομνηματογράφων πραττομένων ὁ νόμος καλεῖ), ῥεγενδάριοι δύο οἱ τὸν δημόσιον δρόμον ἰθύνοντες, κοῦρα ἐπιστολάρουμ Ποντικῆς δύο.

5. Ἀλλ' ἴσως ἄν τις οὐκ ἔξω λόγου πύθοιτο, τὴν αἰτίαν ἐπιζητῶν, τίνος χάριν, πασῶν τῶν διοικήσεων ἐχουσῶν τοὺς καλουμένους κοῦρα ἐπιστολάρουμ, τὸ πόλεως σκρινίον τό τε τῶν ὅπλων καὶ τῶν ἔργων οὐκ εἴληχε; δηλονότι τὸ μὲν τῆς πόλεως εἰς

5 ἐπεὶ μηκέτι vulgo om. 6 nempe in iis, puto, quae periere. v. 1 48. F. 17 ἐπὶ τῇ τῶν ὑπομνημάτων γραφῇ ταττομένους ὁ?

ter equitatum Romanum, auxiliarium, cohortalem, turmalem, ceterasque copias, nec non mercenarios), primus, ut dixi, collocabatur cornicularius; ideoque etiamnum toti officio praeest. praefectum praetorio bella administrare placuit, ob quas commemoravimus rationes.

4. Cum igitur ceteri omnes adiutores sint, praefectus praetorio sua subscriptione ad militiam accedenti, in quo ipse velit catalogo collocari, permittit. nomina autem omnium officii catalogorum haec: cornicularius, qui primus comitis, ut vocant, splendore eminet, necdum cingulo liberatus, neque solitum ab imperatore honorem et codicillos quos vocant (id est δέλτους) consecutus; qua praerogativa nemo in aliis exercitibus princeps gaudet. post cornicularium vero primiscrinii duo, quos Graeci primos officii appellant; commentarienses duo (ita autem vocari solent qui hypomnemata scribunt); regendarii duo, qui cursum publicum regunt; curae epistolarum Ponticae provinciae duo.

5. At fortasse aliquis haud absque ratione interroget, causam inquirens, quare, cum omnes administrationes habeant qui curae epistolarum vocantur, urbis armorum operumque scrinia iis careant? videlicet

τὴν Θρᾳκικὴν διοίκησιν ἀναφέρεται, τὸ δὲ τῶν ἔργων εἰς ἄλλας τυχὸν ἐπαρχίας συμβαίη τὰς ἀνανεώσεις γίνεσθαι τῶν ἔργων· ὅτι δὲ οὐ σφόδρα συνεχεῖς, ὑπὸ τῶν ἐν ταῖς διοικήσεσιν ἐκείναις κοῦρα ἐπιστολάρουμ τὰ προστάγματα τῆς ἐπιδιδομένης ἀπὸ τοῦ δημοσίου δαπάνης γίνεται. τὸ γὰρ τῶν ὅπλων σκρινίον ὡρισμένας μὲν ἔχει τὰς ἀπὸ τῶν ἐπαρχιῶν συντελείας, νεῦρα λέγω καὶ κέρατα καὶ τὰ λοιπά, πρὸς δὲ τὰς ἀνακυπτούσας χρείας ἐν τοῖς πολέμοις ὑπουργεῖ τοῖς προστάγμασιν.

6. Πολλῆς δὲ οὔσης ὑπὲρ ἀριθμὸν τῆς τῶν ταχυγράφων πληθύος, καὶ οὐ μικρὰς ἐχούσης ἀφορμὰς ἐπὶ κέρδους ἐργασίας, οἱ τούτων καὶ λογικώτεροι καὶ πρὸς τὴν ὑπηρεσίαν ἀρκοῦντες ἐν πεντεκαίδεκα συναγωγαῖς, ἃς καλοῦσι σχολάς, συλλεγόμενοι, [οἱ] τὴν οὖσαν αὐτοῖς πεῖραν τοῖς πράγμασιν ἐπιδειξάμενοι ἐπὶ τὸ τάγμα τῶν Αὐγουσταλίων, εἴγε ἄρα θέλουσι, παρίασι καὶ εἰς τὸ τοῦ κορνικουλαρίου πλήρωμα καταντῶσι, μετὰ μέντοι τὴν λεγομένην βοηθοῦραν· οἱ μένοντες ἐπὶ τῆς δέλτου εἰς τὸ τοῦ πριμισκρινίου ἀναφέρονται πλήρωμα. καὶ περὶ μὲν τούτου ἀκριβέστερον ον το πως εἴρηται, (7) μετὰ δὲ τοὺς ἐπὶ ταῖς λογικαῖς τεταγμένους λειτουργίαις εἰσὶν οἱ λεγόμενοι σιγγουλάριοι, ἄνδρες ἐντρεχεῖς, ἐπὶ τὰς ἐπαρχίας δημοσίων ἕνεκα χρειῶν ἀποστελλόμενοι· ὧν ἀνέκαθεν τὰς ἀναγκαιοτάτας καὶ εἰς αὐτὴν συντελούσας τὴν ὅλην πολιτείαν χρείας ἐγχειριζομένων παρεισέδυ, τῆς ἐπαρχότητος ἤδη μαραινομένης, ἡ τῶν λεγομένων μαγιστριανῶν

2 ἐπαρχίας ἐν αἷς συμβαίη F. 3 ἐν vulgo om. 9 οὔσης καὶ ὑπὲρ? cf. c. 14. 11 οἱ] τῇ vulgo. 18 lego ἐντόπως. F.

urbis scrinium ad Thraciam administrationem refertur, operum vero ad alias forte provincias, in queis operum restaurationes fieri contingit; quae quoniam non admodum crebrae, ab illarum dioecesium curis epistolarum addendus e publico sumptus imperatur. nam armorum scrinium certa habet a provinciis tributa, nervos inquam, arcus et reliqua, necessitatibus autem in bello obviis imperando subvenit.

6. Innumera autem cum sit notariorum multitudo, magnasque lucri parandi opportunitates habeant, literatiores eorum et ministerio pares in quindecim ordinibus, quas scholas vocant, colliguntur; e quibus qui suum tractandis rebus usum probavere, in Augustalium ordinem, si quidem volunt, neque tamen nisi post boethuram, ut vocant, recepti, militiam cornicularii, qui autem in codicillo manent, eandem primiscrinii munere implent. ac de his quidem suo loco accuratius explicavimus. (7) literatis vero ministeriis praepositos sequuntur quos singulares dicunt, viri solertes, publicorum negotiorum gratia in provincias proficiscentes; qui cum maxime necessaria et ad ipsam summam rei publicae pertinentia negotia inde ab initio curassent, languescente iam praefectura praetorii, magistrianorum, quos vocant, inanis ostentatio irrepsit. sin-

κομποφακελλορρημοσύνη. σιγγουλαρίους δὲ τοὺς εἰρημένους καλεῖσθαι συμβέβηκεν ἐκ τοῦ ἑνὶ βεραίδῳ χρωμένους (ἤγουν ἑνὸς δηλονότι παρίππου) ἐπὶ τὰς ἐπαρχίας ὁρμᾶν· σιγγουλάριον γὰρ τὸν μονήρη Ἰταλοῖς ἔθος καλεῖν. μεθ᾽ οὓς μάγκιπες, οἱ τοῦ δημώδους καὶ ἀνδραποδώδους ἄρτου δημιουργοί· ὑφ᾽ οἷς ἀρτοποιοὶ καὶ οἱ λεγόμενοι καθολικῶς συστήματα διαψηφιστῶν, οἳ πᾶσι τοῖς ὁπωσοῦν σίτησιν δημοσίαν ἔχειν ἠξιωμένοις ὑπακούουσι· καὶ Ῥωμαῖοι μὲν αὐτοὺς ῥατιωναλίους καλοῦσιν, ὅτι κατ᾽ αὐτοὺς ῥατιῶνες οἱ λογισμοὶ λέγονται, οἱ δὲ Ἕλληνες καθολικοὺς μετωνόμασαν ἐκ τῆς καθόλου περὶ τοὺς δημοσίους λογισμοὺς ἀγρυπνίας. ἔνθεν σιτῶναι, οὓς Οὐίκτωρ ὁ ἱστορικὸς ἐν τῇ ἱστορίᾳ τῶν ἐμφυλίων φρουμενταρίους οἶδε τὸ πρὶν ὀνομασθῆναι, ὅτι τῆς τοῦ παλατίου εὐθηνίας τὸ πρὶν ἐφρόντιζον. Ῥουφίνου δὲ τηνικαῦτα τὴν ὕπαρχον ἀρχὴν τυραννίδι κρημνίσαντος καὶ αὐτοὶ παραπώλοντο. τελευταῖοι πάντων οἱ τὸ πρὶν πρωτεύοντες οἷα τὴν τοῦ ἱππάρχου κατ᾽ ἀρχὰς πληροῦντες θεραπείαν, δουκηνάριοι καὶ βίαρχοι καὶ κεντηνάριοι καὶ κεντουρίωνες· ὧν πάντων τὰς Ἑλληνικὰς σημασίας προαποδεδώκαμεν. ὅτι δὲ τῆς τοῦ ἱππάρχου ἐτύγχανον τάξεως, γνῶναι δυνατὸν διὰ τῶν ἐπ᾽ αὐτοῖς ἐκ τῆς αὐλῆς προφερομένων κωδικίλλων, οἳ περὶ ἀξιωμάτων τινῶν καὶ οὐ περὶ αὐτῶν διαγορεύουσιν.

2 βερέδῳ C. 3 ὁρᾶν C. 11 σιτώνας C. locus Victoris est in libro de Caesaribus c. 39. 15 τελευταῖον C. 17 lego ἢ: sunt enim centenarii iidem qui centuriones. F. 18 scilicet in iis quae desiderari diximus 1 48. 20 lego ἐν κωδικίλλοις. F.

gularium autem illis nomen inde venit, quod uno veredo (uno videlicet parhippo) in provincias proficiscentes utebantur: singulare enim apud Italos sonat unum. sequuntur mancipes, qui plebeium ac servilem panem conficiunt; sub quibus pistores, et qui communi nomine collegia rationalium appellantur, qui omnibus quocunque modo victu publico gaudentibus operam dant. et Romani quidem illos rationales vocant, quia computationes eorum sermone rationes dicuntur; Graeci vero mutato nomine catholicos dixere, quod in universum publicis rationibus vacant. sequuntur sitonae, quos Victor historicus, in historia Caesarum, frumentarios olim appellatos esse novit, quoniam palatii annonae olim praeerant. Rufini autem tyrannide tunc praecipitata praefectura praetorii et ipsi periere. postremi omnium, qui olim primi, quippe qui magistri equitum ministerium initio compleverint, ducenarii, biarchi, centenarii sive centuriones; quorum omnium Graeca nomina supra rettulimus. militasse vero eos in magistri equitum officio, arguunt quae super iis ex aula proferuntur in codicillis, in quibus de honoribus quibusdam neque de ipsis agitur.

8. Τοιαῦται μὲν καὶ τοσαῦται τομαὶ τῶν καταλόγων τῆς ἀρχῆς. κούρσωρες γάρ, οἱονεὶ ταχυδρόμοι, τὴν τῆς στρατείας ἀπαλλαγὴν ἐπὶ τῆς αὐλῆς εὑρίσκουσιν· ἀπλικιτάριοί γε μὴν καὶ κλαβικουλάριοι, ὧν οἱ μὲν τοὺς ῥαβδούχους μόνον τοὺς συλλαμβάνοντας τοὺς ἐγκλημάτων ἕνεκα πιεζομένους, οἱ δὲ τοὺς δεσμὰ περιτιθεμένους αὐτοῖς διασημαίνουσι, λειτουργίας, οὐ μὴν στρατείας καὶ βαθμοῦ πέρας ...ξ...ενον ὧν εἰσὶ δεικτικοί· ὑπασπίζουσι γὰρ τοῖς κομμενταρισίοις, οὓς ὑπομνηματογράφους ἡ τάξις Ῥωμαίων ὠνόμασεν, ὡς ἔφαμεν. ὃν γὰρ τρόπον οἱ νομενκλάτωρες φρόντισμα πληροῦσι καὶ τοὺς ῥήτορας ...λέγουσιν, ἐξ ὀνόματος ἀναφωνοῦντες αὐτούς, οὕτως ἐκεῖνοι ταῖς ἐγκληματικαῖς ὑπηρετοῦνται δίκαις. οἱ δὲ νομενκλάτωρες, ὥς φησιν ὁ Αἰμίλιος ἐν τῷ ὑπομνήματι τῶν Σαλλουστίου ἱστοριῶν, ὀνομασταὶ καὶ ἀναφωνῆται τῶν τογάτων (ἀντὶ τοῦ τῶν δικολόγων) εἰσίν. τογάτους δὲ Ῥωμαῖοι τοὺς μὴ στρατευομένους καλοῦσι, φαινόλας δὲ περικειμένους καὶ τοῖς λέγουσι τὰς δίκας μισθοῦ συναγορεύοντας· ἐπὶ γὰρ τῆς ἀγορᾶς αὐτοὺς καὶ περὶ τὰ βιβλία σχολάζοντας καὶ ταῖς νομικαῖς δυσκαλίαις ἀγρυπνοῦντας οἱ τὰς δίκας λέγοντες ἐπὶ τοὺς πεδανέους (ἀντὶ τοῦ χαμαιδικαστὰς) περὶ τὸν καιρὸν τῆς διαγνώσεως ἐκάλουν πρὸς συνηγορίαν. ταύτῃ καὶ advocati, οἱονεὶ προσκαλούμενοι, ἔτι καὶ νῦν λέγονται. τουρμαρίους γὰρ ἔτι φθάσας διαμέμνημαι παρόντας τῷ σκρινίῳ τῶν σουβαδιουβῶν καὶ

6 lego λειτουργιῶν. F. 7 literas in C exstinctas punctis indicavi. F. an ἀναδεξαμένων εἰσί? 8 τοὺς C. 12 οἱ δὲ F: in C literae exstinctae. 13 ὑ....ματι C. ἀνα...νηται C: cf. c. 20. 16 ψισθῷ C, μισθῷ F. 18 lego δυσκολίαις. F.

8. Tales totque partes catalogorum officii. nam cursores (id est ταχυδρόμοι) finem militiae in aula reperiunt: applicitarii vero et clavicularii, quorum illi lictores tantum reos vinciendos comprehendentes, hi autem vincula iisdem circumdantes significant, munerum, quae eorum nomine indicantur, non autem militiae gradusque finem consequuntur: apparent enim commentariensibus, qui, ut diximus, hypomnematographi in officio Romano appellantur. nam quemadmodum nomenclatores munere funguntur, rhetoresque, clamantes eorum nomina, indicant, sic illi criminalibus in causis apparent. nomenclatores autem, ut Aemilius in commentariis ad Sallustii historias ait, nominatores indicesque togatorum (id est advocatorum) sunt. togatos autem Romani vocant eos qui non militant, sed togam gerunt et causas dicentes mercede adiuvant: in foro enim versantes, literisque et iuris difficultatibus vacantes, ab iis quibus causa dicenda ad pedaneos iudices (id est χαμαιδικαστάς) circa tempus cognitionis patroni vocabantur. quare etiam advocati, id est προσκαλούμενοι, etiamnum dicuntur. turmarios quidem egomet memini apparentes etiam in scrinio subadiuvarum, et completionibus (id est

ταῖς κομπλετίωσι τῶν ἐντυχιῶν (οἱονεὶ πληρώσεσι) προσλειτουργοῦντας καὶ παραψυχὴν οὐ μικρὰν ἀναλεγομένους· τοσαύτη τις ἦν ἡ τῶν πραττομένων κάρπιμος ἀφθονία. διαιτάριοι πρὸς τούτοις καὶ θηκοφόροι καὶ πραίκωνες λειτουργίας μὲν ἀναδέχονται, ἐν δὲ ἑτέροις τάγμασιν ἀναφέρονται.

9. *Εἴρηται πρόσθεν ἓν μὲν ἀνέκαθεν εἶναι τὸ τῶν ταχυγράφων σῶμα, εἰς δύο δὲ τάγματα διῃρῆσθαι καὶ πληρώματα· οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐπὶ τῆς δέλτου μένοντες τὸν χρόνον διώκουσι καὶ εἰς τὸ τοῦ πριμισκρινίου πλήρωμα παρίασιν, οἱ δὲ εἰς τὸ τῶν Αὐγουσταλίων τάγμα μεθιστάμενοι καὶ θᾶττον τὴν στρατείαν πληροῦντες πρὸς τοὺς ταχυγράφους καὶ εἰς τὸ τοῦ κορνικουλαρίου καταντῶσιν ἀξίωμα. ὅπως δὲ μὴ καὶ τοὺς ἔξωθεν λάθῃ τὰ τῆς διαιρέσεως (καὶ γὰρ ὁσημέραι ἀγνοοῦντες μάτην ζητοῦσιν οἱ πολλοί, πρὸς τὰς εἰρημένας προσηγορίας ... τόμενοι), τὴν αἰτίαν τῆς εἰς δύο τοῦ ἑνὸς σώματος τομῆς ὑποδείξω τῷ λόγῳ. οἱ ταχυγράφοι πολλῶν ἐ...ονται, καθάπερ οἱ τριβοῦνοι, πρὸς τὸ διανύσαι τὴν στρατείαν· καὶ γὰρ εἰς πλῆθός εἰσιν ὥσπερ ἐκεῖνοι. ...τι δὲ τυχὸν ὁ χρόνος αὐτοὺς ἐπὶ τὸ πέρας τῶν πόνων καλεῖ, γήρᾳ κάμνουσι πάντως πρὸς καμάτους ἀχρήστῳ. εἰκὸς οὖν οὐκ ἀρκοῦντες πρὸς τὰς τῶν ἀνωτέρων βαθμῶν λειτουργίας, πρὸς ἃς*

1 *ἐντυχία* et hic et 3 11 est charta sententias sive iudicatum continens, quem alibi usitatiore voce *χάρτην* appellat Lydus. cf. 3 68. F. 4 *πρέκονες* C. 7 *διειρῆσθαι* C. 11 *καὶ* delendum censet F. 12 *λάθῃ τὰ τῆς*] coniectura ex reliquiis literarum. F. 13 *μάτην ζητοῦσιν*] coniectura ex reliquiis literarum. integrum mansit *σιν*. F. 14 lego *ταραττόμενοι*. F. 16 lego *ἐτῶν δέονται*. F. 18 lego *εἴ τι*. F. *ἐπὶ*] *περὶ* vulgo. 19 *ὡς εἰκός?* an *εἰκότως?* cf. 3 19, 27, 69.

πληρώσεσι) chartarum operam dantes, ac non parvo solatio gaudentes: ea erat rerum agendarum fructuosa abundantia. diaetarii porro et cistiferi et praecones ministeriis funguntur quidem, alios autem ad ordines pertinent.

9. Diximus supra unum initio esse notariorum corpus, duos autem in ordines, diversis militiae terminis, dividi: alii enim illorum in codicillo manentes tempus agunt, ac militiam primiscrinii, alii vero, in Augustalium ordinem transgressi, eandem, cito prae notariis, cornicularii munere implent. cuius divisionis ne vel profanos ratio lateat (etenim quotidie ignorans frustra quaerit vulgus, memoratis nominibus perturbatum), causam, cur in duas partes unum corpus divisum, explicabo. notarii, sicut tribuni (quippe et pari cum iis numero sunt), multis annis indigent ad militiam implendam; quos si forte tempus circa finem laborum vocat, senectute gravantur ad labores prorsus inutili. necessario igitur impares superiorum graduum ministeriis, ad quae corporis vigore

3 *τοῦ* F, *τὰ* C. 5 *ἑκατὸν μὲν χρ.?* 8 malim *προελθεῖν*. 9 *ἀπεχόμην* vulgo. *τῆς στρατείας* C. 11 *ὁποῖον* vulgo. 12 lego *οὐχ ὡς*. F. 16 *ἀεὶ μελεῖ* F, *ἀ... μέλλει* C. 18 *αἴσμως* C. 19 C ... *ρυγξιν*. eadem verba occurrunt 3 47. F. 20 lego *ἐκεῖθεν*. F. 21 *πάλιν* coniectura. in C literae exstinctae. F.

bus gloria, tum solatii in iis abundantia. deinde, quasi assumptis alis, ad a secretis (ut vocant) aulae properabam. (28) Zoticus autem, adiutus ab optimo prorsus et humano literarumque amante et in vita sapiente Ammiano, uxorem quoque mihi conciliat, centum mihi auri librarum dotem ferentem, ceterum omnibus, quorum unquam in admiratione pudicitia fuit, mulieribus praestantem. ego vero sperans fore ut successu temporis multo meliora mihi contingerent, relicto aulae studio totam vitam meam militiae tribui. postquam igitur tales omnino factae sunt res publicae quales eas exposuimus, fortuna deinceps literatis non, ut antea, succensente, perosus militiam totum me libris tradidi. imperator autem cum me literis vigilare cognovisset, primum quidem dignum me habuit qui laudationem ad ipsum dicerem, praesentibus forte et maioris Romae primoribus, quibus semper, quamvis afflictis, curae est literarum studium. quo facto et contra Persas a se feliciter administratum bellum scribere me iussit; quo tempore cum Daram urbem, quam clarus Anastasius faucibus hostium imposuit, turbassent, haud parvo cum damno inde abiere, sub eo nondum reversi.

29. *Πραγματικὸν πρὸς τὴν ἐπαρχότητα γράφων ὁ βασιλεὺς ἐπ' ἐμοὶ τοιούτοις ἐχρήσατο ῥήμασιν. "Ἰωάννῃ τῷ λογιωτάτῳ πολλὴν μὲν σύνισμεν τὴν ἐν λόγοις παιδείαν, τήν τε ἐν γραμματικοῖς ἀκρίβειαν τήν τε ἐν ποιηταῖς χάριν καὶ τὴν ἄλλην αὐτοῦ πολυμάθειαν, καὶ ὅπως τὴν Ῥωμαίων φωνὴν τοῖς ἑαυτοῦ πόνοις ἀποδείξει σεμνοτέραν, καίτοι τῆς στρατείας αὐτῷ τῆς ἐν τοῖς δικαστηρίοις τῆς σῆς ὑπεροχῆς ὀρθῶς φερομένης, ἑλέσθαι μετ' αὐτῆς καὶ τὸν ἐν βιβλίοις ἀσκῆσαι βίον καὶ ὅλον ἑαυτὸν ἀναθεῖναι τοῖς λόγοις. τὸν τοίνυν εἰς τοσοῦτον ἀρετῆς ἀναβάντα ἀγέραστον ἀπολιπεῖν ἀνάξιον τῶν ἡμετέρων χρόνων εἶναι κρίνοντες, προστάττομεν τῇ σῇ ὑπεροχῇ ἐπιδοῦναι αὐτῷ τοῦ δημοσίου τόδε. ἴστω δὲ ὁ εἰρημένος σοφώτατος ἀνὴρ ὡς οὐ μέχρι τούτου στησόμεθα, ἀλλὰ καὶ ἀξιώμασι καὶ ἱεραῖς μείζοσι φιλοτιμίαις τιμήσομεν αὐτόν, ἄτοπον ἡγούμενοι τοιαύτην εὐγλωττίαν οὕτω μικρᾶς ἀμοιβῆς ἀξιωθῆναι, ἐπαινοῦντες αὐτὸν εἰ καὶ πολλοῖς ἑτέροις τῆς οὔσης αὐτῷ μεταδῴη παρασκευῆς." τούτοις ἐπιψηφισαμένου τοῦ τηνικαῦτα τὴν πολιαρχίαν ἰθύνοντος, καὶ τόπον διδασκάλοις ἀπονενεμημένον ἀφορίσαντός μοι ἐπὶ τῆς Καπετωλίδος αὐλῆς, ἐχόμενος τῆς στρατείας ἐπαίδευον καὶ μεγαλοφρονεῖν ἐξηγόμην.*

30. *Παρὰ μέντοι τῆς στρατείας, βαθμῶν τε καὶ πόρων ἄνευ τινὸς ἐλαττώσεως, ὥσπερ ἀνεπαισθήτως τοῦ χρόνου τροχάζοντος, ἐπὶ τὸ πέρας τῆς στρατείας ἀνῆλθον. καὶ κερδῶν μὲν ἕνεκα ὡσεὶ μηδ' ἐν στρατείᾳ τελῶν παρηνέχθην, ἔτυχον δὲ τιμῆς*

4 lego *ποιητικοῖς*. F. 6 *ἀπέδειξε* vulgo. 17 C *πολναρχίαν*, ut saepius. F. *ἀπονενημένον* C. 23 *μηδ' ἐν* F, *μηδὲν* C.

29. Pragmaticum de me ad praefecturam scribens imperator his usus est verbis. "Ioanni doctissimo multam cognovimus esse cum literarum scientiam, tum in grammaticis acumen, tum in poeticis suavitatem, aliamque eius multiplicem doctrinam; et quo Romanorum linguam suis laboribus splendidiorem reddat, quamvis militia in tui culminis iudiciis cum laude fungentem, voluisse praeter eam libris quoque vitam impendere seque totum literis dicare. ad tantam igitur virtutem progressum inhonoratum relinquere indignum temporibus nostris iudicantes, imperamus tuo culmini hoc ei de publico dare. sciat vero nominatus sapientissimus vir nos hoc satis non habituros, sed et dignitatibus eum et maioribus sacris muneribus culturos, ineptum reputantes talem facundiam tam parvo praemio dignari; laudaturos eum, si et cum multis aliis suam communicet facultatem." his assensus tum urbi praefectus, cum mihi locum magistris destinatum in aula Capitolina tribuisset, militiam retinens docebam, magnusque mihi coeperam videri.

30. Militiae interim tempore, nulla graduum redituumve imminutione, quasi occulte labente, ad finem militiae perveni. et quantum quidem ad lucra, quasi omnino non militassem, transii; honor autem mihi

καὶ τῆς ἀπὸ τῶν κρατούντων αἰδοῦς, καὶ τὸ δὴ πάντων γλυκύτερον, ἐν ἀνέσει τὸν βίον παρέδραμον. ἡ δὲ πάνσοφος δίκη δικαίοις με παραμυθουμένη τρόποις τοῖς μὲν στρατιώταις, ὡς ἔφην, αἰδέσιμον ἔδειξε, τοῖς δὲ ἄρχουσιν οὐκ ἀπάξιον τιμῆς. καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τῆς προελθούσης ἐπ' ἐμοὶ ψήφου, ὅτε τὴν ζώνην ἀφεὶς ἐπὶ τὴν αὐλὴν ἐχώρουν. πρῶτον μὲν γὰρ ἀναβάντα με ἐπὶ τοῦ βήματος τῆς ἐπαρχότητος, κατὰ τοῦτο δὴ τὸ σύνηθες, εὐχαριστῆσαι τῷ κρείττονι καὶ τὴν ἀρχὴν ἀπώσασθαι, τιμήσας ὁ ὕπαρχος (Ἥφαιστος δὲ ἦν ὁ χρηστός, ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ ἐκ μόνης τῆς προσηγορίας τὴν οὖσαν εὐγένειαν αὐτῷ δεικνύς· Ἡφαίστου γὰρ τοῦ πρώτου βασιλεύσαντος Αἰγύπτου κατὰ τὸν Σικελιώτην ἀπόγονος εἶναι διεφημίζετο) ἐγερθεὶς ἀντησπάσατό με λιπαρῶς, καὶ περιβαλὼν αὐτίκα μὲν τὸ πρόσταγμα τῶν ἀννωνῶν χερσὶν ἰδίαις ἐπιδίδωσιν εὐχαριστῶν, μετὰ δὲ μυρίους ἐπαίνους πάσης τῆς τάξεως παρούσης ψῆφον ἀνέγνω ἔχουσαν ὧδε. "Ἰωάννης μὲν ὁ λογιώτατος (τούτῳ γὰρ χαίρει τῷ προσρήματι μᾶλλον ἢ τοῖς ἐκ τῶν ὑπαρξάντων αὐτῷ γερῶν προσγενομένοις γνωρίσμασιν) ἤδη φθάσας τοῖς ἁπάντων ἑαυτὸν καλλίστοις (παιδείᾳ τε καὶ λόγοις φαμέν) τοιοῦτον ἀπέδειξεν ὡς οὐκ αὐτὸν θαυμάζεσθαι μόνον ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἑτέρους, οἳ δὴ τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας ἔργον γεγόνασι. μικρὸν δέ, ὡς ἔοικεν, εἶναι νενομικὼς εἰ μόνοις κοσμοῖτο τοῖς ἐκ λόγων ἐπιτηδεύμασι (καίτοιγε τί ἄν τις τούτων ἡγήσαιτο μεῖζον;)

8 ὁ ante ὕπαρχος vulgo om. 13 recentior manus περιβαλών, prior περιλαβών. 16 προσήματι C.

contigit, et a principibus reverentia, et quod sane omnium dulcissimum, tranquillam per vitam cucurri. sapientissima vero iustitia, iustis me consolans modis, militibus, ut dixi, venerabilem me praebuit et principibus non indignum honore; id quod patet e decreto super me prolato, cum, posito cingulo, in aulam concederem. nam cum in tribunal praefecturae adscendissem, iuxta consuetudinem illam videlicet gratias potiori acturus magistratumque positurus, primum honorans me praefectus (erat autem optimus ille Hephaestus, vir bonus, solo nomine nobilitatem suam ostendens: ab Hephaesto enim, primo Aegyptiorum rege secundum Siculum, genus ducere ferebatur) surrexit, meque suaviter resalutavit; cumque osculatus esset, statim quidem mandatum annonarum suis manibus dedit, gratias agens; post innumeras vero laudes, toto praesente officio, decretum legit hoc. "Ioannes doctissimus (hac enim appellatione potius quam ornamentis a collatis in ipsum muneribus delectatur) iam antea omnium rerum pulcherrimis, scientia literisque inquimus, talem se exhibuit ut non ipse tantum admirationi esset, verum multi etiam alii, eius videlicet opera instituti. parvum autem, ut videtur, ratus, si solis ornaretur literarum studiis (atqui quid his maius quisquam existimet?), et

καὶ τοῖς πολιτικοῖς ἐνέμιξε πράγμασιν. ὑπηρετησάμενος δὲ τοῖς ἡμετέροις δικαστηρίοις μίαν τινὰ διὰ πάντων ἐφύλαξεν ἁρμονίαν, τοῖς οἰκείοις πανταχοῦ κατακολουθῶν παραδείγμασι, καὶ δι᾿ αὐτῶν διδάσκων τῶν ἔργων ὡς φύσις ἀγαθὴ καὶ τίκτειν οἵα τε οὖσα τὰ χρησιμώτερα, πρὸς ὅπερ ἂν βίου σχῆμα τραπείη, τῶν οἰκείων οὐκ ἐξίσταται πλεονεκτημάτων, σεμνοτέραν δὲ τὴν ἀρετὴν ἀπεργάζεται, λόγοις αὐτὴν καὶ πολιτικοῖς ποικίλλουσα πράγμασι. τούτοις τοίνυν ἅπασιν ἐνευδοκιμηκὼς Ἰωάννης ὁ λαμπρότατος, τοὺς ἐν τοῖς ἡμετέροις δικαστηρίοις βαθμούς τε καὶ πόνους διανύσας, ἐπὶ τὰ τοῦ μεγάλου βασιλέως δραμεῖται ἴχνη καὶ μειζόνων ἐκεῖθεν ἀπολαύσει δωρεῶν. ἔστι γὰρ δὴ πρὸς τοῖς ἄλλοις πλεονεκτήμασι καὶ φιλολόγος ὁ βασιλεύς, τοῦτο καλῶς ἐφ᾿ ἡμῶν πεποιηκότος τοῦ χρόνου, ὅπως ἂν ἡ τοῦ προστατοῦντος σεμνότης καὶ τὴν λοιπὴν ἅπασαν τάξιν ἐπί τι φέροι λαμπρότερον." ταύτην τὴν τιμὴν ἀντὶ πολλῶν χρημάτων ἐκ τοῦ δικαστηρίου λαβών, ἡγουμένων τῶν πάντα μοι γλυκυτάτων ἑταίρων ἐπὶ τὴν αὐλὴν ἀνεχώρησα στρατευσάμενος τοὺς πάντας τεσσαράκοντα ἐνιαυτοὺς πρὸς μησὶ τέσσαρσι, καὶ τυχὼν τοῦ εἰωθότος παρὰ τῆς βασιλείας ἀξιώματος τοῖς πληροῦσιν ἐπιδίδοσθαι αὖθις ἐπὶ τὰ βιβλία παρῆλθον.

31. Εἰ πᾶσάν τις ἐπέλθοι κατὰ πόδα τὴν Ῥωμαϊκὴν ἱστορίαν, οὔποτε εὑρήσει πρὸ τῆς Κωνσταντίνου βασιλείας τὸ σκρινιάριον ὄνομα· σκρινίον μὲν γὰρ καὶ σκρίβαν καὶ τὰ τούτων δὴ παράγωγα εὑρήσει, τὸ δὲ σκρινιάριον ἐπώνυμον οὐδαμοῦ. ὥστε

16 ἑτέρων C.

civilibus se rebus miscuit. apparens autem in nostris iudiciis unum quendam per omnia concentum servavit, sua ubique exempla sequens, ac re ipsa docens naturam egregiam et utilioribus parem gignendis, ad quamcunque vitae formam se converterit, a suis excellentiis non aberrare, splendidiorem autem reddere virtutem, literis eam et civilibus rebus exornantem. his igitur omnibus laudem meritus Ioannes clarissimus, gradibus laboribusque iudiciorum nostrorum impletis, ad magni imperatoris vestigia properabit ac maioribus inde muneribus perfruetur. est enim, praeter alias excellentias, et literarum amans imperator, egregie id nostro tribuente tempore, ut regentis maiestas ceterum etiam omne officium ad splendidius quiddam evehat." hunc honorem pro multa pecunia e iudicio nactus, comitantibus omnia dulcissimis mihi sociis, in aulam concessi, militia functus annos omnino quadraginta et septem menses; acceptaque, quae ab imperatore implentibus tribui solet, dignitate ad libros rursus me contuli.

31. Si quis per universam Romanorum historiam pedetentim incedat, nunquam ante Constantini imperium scriniariorum nomen reperiet: *scrinium* enim et *scriba* et horum videlicet derivata reperiet, scriniariorum vero nomen nusquam. quare non novit eos initio res publica, ne-

οὐκ οἶδε μὲν αὐτοὺς ἀνέκαθεν τὸ πολίτευμα, οὐδ' εἰσὶ μέρος οὐ τῆς τοῦ ἱππάρχου οὐδὲ μὴν τῆς τῶν ἐπάρχων τάξεως, ἰδιωτεύοντες δὲ παρῆλθον κατὰ τὸ ἀναγκαῖον ἐπὶ τὰ πράγματα. καὶ ὅπως ἐρῶ. Κωνσταντῖνος πρῶτος, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται, Σκυθίαν τε καὶ Μυσίαν καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνων φόρους ἄκων ἐζημίωσε τὴν Ῥωμαϊκὴν πολιτείαν, τὰς φρουρούσας δυνάμεις τὴν ὄχθην τοῦ πρὸς βορέαν Ἴστρου ἐπὶ τὴν κάτω Ἀσίαν δέει τυραννίδος διασκεδασάμενος. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, βραχὺ παρατραπέντι τοῦ σκοποῦ, περὶ τῆς προσηγορίας τοῦ ποταμοῦ διὰ βραχέων εἰπεῖν· νῦν μὲν γὰρ Ἴστρον νῦν δὲ Δανούβιον τὸν αὐτὸν εὑρίσκομεν ὀνομαζόμενον, ὥστε δεήσει διδασκαλίας.

32. Ἐκ τῶν Ῥαιτικῶν ὀρῶν, ἃ τῆς Κελτικῆς ὀρεινῆς εἶναί φησιν ὁ Καῖσαρ ἐν βιβλίῳ τῷ πρώτῳ τῆς κατ' αὐτὸν Γαλλικῆς ἐφημερίδος, ἐκ μιᾶς πηγῆς ὅ τε Ῥῆνος ὅ τε Ἴστρος, οὐδέτερος δὲ αὐτῶν μὴ τὴν ἐπωνυμίαν ἀμείψας ἐπὶ τὴν θάλασσαν ἐξωθεῖται. ὁ μὲν γὰρ Ῥῆνος πᾶσαν τὴν Γαλατικὴν μεσόγειον, τριχῇ διῃρημένην εἰς Κελτικὴν Γερμανικὴν καὶ Γαλατικήν, διατρέχων οὐκ ἄρδει μόνον αὐτὴν μετὰ Ῥοδανόν, ἀλλὰ καὶ φρουρεῖ, φυλάττων ἀνέφοδον· πρὸς δὲ τὸ πέρας σχεδὸν τῆς ῥύσεως εἰς Μόσον τὸν ποταμόν, γείτονα τοῦ βορείου πρὸς δύσιν ὠκεανοῦ, ὀλισθαίνων ἀποβάλλει μὲν τὴν οὖσαν αὐτῷ κατ' ἀρχὰς ἐπωνυμίαν, μετ' ἐκείνου δὲ τοῖς τῆς Βρεττανικῆς θαλάττης ἐπισύρεται κόλποις. ὁ δὲ Ἴστρος ἐάσας τὸν ἀδελφὸν πρὸς δύνοντα ἥλιον ἀναχωρεῖν, αὐτὸς ἐπὶ τὴν

12 ῥητορικῶν C. 16 διειρημένην C. 20 ὀλισθεύων vulgo. cf. p. 232 10 ὀλισθενούσης. 23 ἀναχωροῦν C.

que pars sunt magistri equitum neque vero praefectorum praetorio officii. privati autem cogente necessitate ad rem publicam pervenere, atque ut exponam. Constantinus primus, uti supra dictum, Scythia Mysiaque et earum tributis invitus rem publicam Romanam privavit, copias ripam borealis Istri custodientes per Asiam inferiorem metu tyrannidis dispergens. mihi autem a proposito paululum aberranti de nomine fluminis paucis explicare videtur: nunc enim Istrum nunc Danubium eundem appellatum invenimus; quare explicatione opus erit.

32. E Raeticis montibus, quos montosae Galliae esse ait Caesar in libro primo suae de Gallia ephemeridis, ex uno fonte et Rhenus et Ister; neuter vero non mutato nomine in mare devolvitur. nam Rhenus omnem Galliae interiorem terram, trifariam divisam, in Celticam Germanicam et Gallicam, percurrens, non irrigat solum eam cum Rhodano, sed custodit etiam, inaccessam servans. ad finem autem fere cursus, in Mosam flumen, vicinum boreali Occidentem versus oceano, illabens, ponit quod initio gerit nomen, cumque illo in Britannici maris sinus defertur. Ister vero, fratrem ad occidentem solem passus recedere, ipse in Orien-

ἑῴαν μερίζεται, καὶ ἄχρι μὲν Παννωνίας, ἣν Ἕλληνες Παιονίαν δι' εὐφωνίαν καὶ φυγὴν βαρβαρισμοῦ καινοτομοῦντες ἐκάλεσαν, καὶ Σιρμίου τῆς πάλαι μὲν Ῥωμαίων εὐδαίμονος πόλεως νῦν δὲ Γηπαιδῶν, τὴν ἰδίαν διασώζει προσηγορίαν, περὶ δὲ τὴν Θρᾳκίαν εἰλούμενος ἀποβάλλει μὲν παρὰ τοῖς ἐπιχωρίοις τὸ ἔμπροσθεν ὄνομα, Δανούβιος δὲ μεταβάλλει. οὕτω δὲ αὐτὸν οἱ Θρᾷκες ἐκάλεσαν, διότι περὶ τὰ πρὸς ἄρκτον ὄρη καὶ θρασκίαν ἄνεμον συννεφὴς ὁ ἀὴρ ἐκ τῆς ὑποκειμένης τῶν ὑγρῶν ἀμετρίας σχεδὸν διὰ παντὸς ἀποτελούμενος αἴτιος αὐτοῖς συνεχοῦς ἐπομβρίας [ἀποτελεῖσθαι] νομίζεται· Δανούβιον δὲ τὸν νεφελοφόρον ἐκεῖνοι καλοῦσι πατρίως. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν ποταμῶν, ὡς ἐν παρεκβάσει, κατὰ Σαμωνικὸν τὸν Ῥωμαῖον ἱστορικόν, ὃς πρὸς Διοκλητιανὸν καὶ Γαλέριον τὸν γέροντα περὶ ποικίλων ζητημάτων διελέχθη.

33. Κωνσταντῖνος οὖν Σκυθίαν τε καὶ Μυσίαν καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν φόρους, ὡς ἔφην, ἀπώλεσε. Συρίαν δὲ ὅλην καὶ Παλαιστίνην (μία δέ ἐστι χώρα, καὶ διὰ μόνον ἀριθμὸν εἰς πλῆθος ἀνάγεται) ἐπαρχίας ἀναδείξας, ἐδεήθη ὕπαρχον, μετὰ τὸν Λιβύης καὶ Γαλατίας Ἰλλυρίδος τε καὶ Ἰταλίας, καὶ τῆς ἑῴας προχειρίσασθαι, σκεπτόμενος, ὡς αὐτὸς ὁ βασιλεὺς ἐν τοῖς ἑαυτοῦ λέγει συγγράμμασι, Πέρσαις ἀδοκήτως ἐπελθεῖν. ἠπίστατο γὰρ Κωνσταντῖνος, πολὺς ὢν ἔν τε παιδεύσει λόγων καὶ συνασκήσει ὅπλων (οὐδὲ γάρ, εἰ μὴ καθ' ἑτέραν παίδευσιν ἔτυχέ τις διαπρέπων,

6 δὲ add F. 7 περὶ τὰ] ἐπὶ vulgo. θρασκαίαν C. 12 incertum sicne habeat C an σαμωκον. F. ὅς F, ὡς C. 15 φρούρους C. 18 προχωρίσασθαι C. 21 ἐν τῇ C. 22 καθ' ἑκατέραν F.

tem flectitur. ac Pannoniam quidem usque, quam Graeci, suavioris soni et barbarismi vitandi gratia nomen mutantes, Paeoniam dixere, et Sirmium, olim Romanorum felicem civitatem, nunc autem Gepidarum, proprium nomen retinet, circum vero Thraciam fluens, amisso apud indigenas priori nomine, Danubius vocatur. sic autem eum Thraces dixere propterea quod, quoniam ad boreales montes Thraciamque ventum subiecta humidorum abundantia nubilum fere semper aërem efficit, causa ipsis crebrorum imbrium esse existimatur. Danubium autem illi nubiferum patrio sermone vocant. et haec quidem de fluminibus, quasi in digressione, secundum Samocum Romanum historicum, qui ad Diocletianum et Galerium senem de Variis Quaestionibus scripsit.

33. Constantinus igitur Scythiam Mysiamque et earum tributa, ut dixi, perdidit. Syriam autem totam et Palaestinam (una vero est regio, ac singulari numero plerumque effertur) cum provincias constituisset, necesse ei fuit, praeter Libyae Galliae Illyriae et Italiae, Orientis quoque praefectum creare, meditanti, ut ipse imperator in scriptis suis ait, Persas de improviso aggredi. noverat enim Constantinus, literarum scientia atque armorum usu praestans (neque enim, nisi quis utraque scientia

βασιλεὺς Ῥωμαίων προεχειρίζετο), μὴ εἶναι ῥᾴδιον ἄλλως καταπολεμηθῆναι Πέρσας μὴ ἐξαπίνης αὐτοῖς ἐπιχεομένης ἐφόδου. καὶ συγγραφὴν περὶ τούτου μονήρη Κέλσος ὁ Ῥωμαῖος τακτικὸς ἀπολέλοιπε, σαφῶς ἀναδιδάσκων ὡς οὐκ ἄλλως Πέρσαι Ῥωμαίοις παραστήσονται, εἰ μὴ αἰφνιδίως εἰς τὴν ἐκείνων χώραν Ῥωμαῖοι γνόφου δίκην ἐνσκήψουσιν, αἰτίαν οὐκ ἔξω λόγου παρασχόμενος. ἡ δὲ τοιαύτη ἐστίν. (34) *Περσῶν ὁ δῆμος ὅλως καὶ σύμπαν ἁπλῶς τὸ ἔθνος εἴωθεν ἐπὶ πόλεμον ὁρμᾶν, ὡς καὶ Ῥωμαῖοι πρὸ τῆς Μαρίου τῶν λεγομένων λεγιώνων διατάξεως. διχοτομοῦντες οὖν ἄνθρωπον αὐτοὶ διὰ μέσον τῶν δύο τοῦ σώματος τομῶν διαβιβάζουσι τὸν στρατόν. δῆλον γὰρ ὡς οὐχ ὡρισμένα οὐδὲ εὐτρεπῆ στρατεύματα τρέφουσιν οἱ Πέρσαι, ὡς ἑτοίμους εἶναι πρὸς τὰς μάχας, ὥσπερ Ῥωμαῖοι. χρόνου δεῖ τοίνυν αὐτοῖς εἰς παρασκευὴν στρατοῦ καὶ δαπάνης ἀποχρώσης τῷ πολέμῳ· ὥστε ἁρμόδιον, φησὶν ὁ Κέλσος, ἀδοκήτως αὐτοῖς ἐπελθεῖν, καὶ μάλιστα διὰ τῆς Κολχίδος τὰ προοίμια τῆς ἐφόδου λαμβανούσης· Λαζικὴν αὐτὴν ἐξ ἡγεμόνος ἐπιφημίζουσιν οἱ καθ' ἡμᾶς. ἡ γὰρ δυσχωρία Πέρσαις ἱππηλατοῦσι δυσέμβατος· ὅθεν ἀφόρητος αὐτοῖς ὁ Κουρβόλων ἐπὶ τοῦ Νέρωνος ἐφάνη· τὰς γὰρ ἐκδρομὰς αὐτῶν τὰς ἐν ταῖς ἐρημίαις τῆς Περσίδος διὰ τῆς Ὑρκάνης ἀποκλείσας τὴν ἐκ τῆς φυγῆς νίκην ἀφεῖλεν, ὡς ἐν στενωπῷ, ὅσον ἧκεν εἰς Περσικὰς πολυπληθείας, ζωγρηθέντας εἰς μόνην τὴν πρὸς τῷ Μυγδονίῳ*

5 *εἰ* vulgo om. 7 malim *ὅλος*. F. 16 *κάλχιδος* C. 20 *ἀποκλίσας* C. 22 *μυγδωνι ἀντιστοιχίαν* C.

emineret, imperator Romanorum creabatur), non esse facile aliter Persas debellare nisi subito in eos impetu facto. de quo librum singularem Celsus Romanus tacticus reliquit, in quo perspicue docet non aliter Persas Romanis succubituros, nisi repente in eorum terram Romani caliginis instar irruant; causam probabilem addens, quae est eiusmodi. (34) Persarum populus in universum ac tota omnino natio in bellum ire consuevit, sicuti Romani quoque necdum a Mario, quas legiones vocant, constitutis. qui cum hominem bifariam divisere, per medium duarum corporis partium exercitum ducunt. patet enim neque certas neque expeditas copias sustentari a Persis, queis ad pugnas, sicuti Romani, parati sint. tempore itaque iis opus est ad exercitum et sumptum bello sufficientem parandos; quare congruum, ait Celsus, de improviso eos aggredi, ac maxime per Colchidem (Lazicam eam a duce nunc vocant) initium invasionis facere. difficilibus quippe locis Persae, utpote equites, aegrius incedunt. unde intolerabilis iis Corbulo sub Nerone visus est: nam cum excursiones eorum e Persidis desertis per Hyrcaniam interclusisset, victoriam a fuga eripuit; ut in angustiis, quantum in ipsis erat, capta Persarum multitudo in solam Antiochiam Mygdonio adiacen-

Ἀντιόχειαν (Νίσιβιν αὐτὴν ἑλόντες μετεκάλεσαν οἱ Πέρσαι) καταφυγεῖν, ἣν καὶ αὐτὴν ἀπέλιπον τὸ τηνικαῦτα δίκην πρηστήρων τῶν Ῥωμαίων αὐτοῖς ἐπικειμένων.

35. Ταύτης οὖν τῆς ἐννοίας ὁ Κωνσταντῖνος γενόμενος, καὶ ὕπαρχον ἐπὶ τῆς ἕω χειροτονήσας, διαψηφιστὰς αὐτῷ κατεστήσατο τῶν φόρων ἄνδρας αἰδεσίμους καὶ περὶ λεπτότητα λογισμῶν παρασκευασαμένους. ἰδιωτικῷ τοίνυν σχήματι στελλόμενοι παρῆσαν ἐν τῷ δικαστηρίῳ, μηδὲν ἕτερον παρὰ τοὺς λογισμοὺς ἀνὰ χεῖρας ἔχοντες, σκρινιάριοι χρηματίζοντες (ἀντὶ τοῦ χαρτοφύλακες), ὅτι σκρινίον τὴν δρυφάκτην λάρνακα Ῥωμαῖοι καλοῦσι· καὶ διέμεινεν ἡ προσηγορία παρ' αὐτοῖς μόνη. οὐ μὴν ἐν στρατείᾳ ἐτέλεσαν, οὐδὲ τὴν ἰδιωτῶν τύχην ἐξῆλθον, ὡς αἱ παλαιαὶ διδάσκουσι μάτρικες. ἐπὶ δὲ Θεοδοσίου τοῦ πρώτου, ὡς εἶδον ἑαυτοὺς μὲν ἠμελημένους τοὺς δὲ τῆς τάξεως διοικοῦντας τότε τὰ πράγματα, ἑαυτοὺς διαγράψαντες καὶ χρυσίον εἰς φίλτρας διαθροίσαντες ἐδεήθησαν τῆς βασιλείας συναριθμηθῆναι τῇ τάξει· καὶ τυχόντες, καὶ τὰς λεγομένας προβατορίας πορισάμενοι, εἰς μὲν ἀδιούτωρας (οἱονεὶ βοηθοὺς) ἀνηνέχθησαν ἴσα τοῖς ἄλλοις, τὸ δὲ Αὐγουσταλίων ὄνομα πριάμενοι τιμίως, ἄχρι Λέοντος ὡσεὶ μηδὲ στρατευόμενοι ὅσον πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς τάξεως ἐνομίσθησαν. οὐδὲ γὰρ οἶδεν αὐτοὺς ἡ Ῥωμαίων παλαιότης· ὅθεν τῆς ἀρχῆς ἔτι καὶ νῦν ἐπὶ τοῦ βήματος προϊούσης ἐξόπισθεν ὑποχωροῦντες παρέ-

5 διαψηφίσας C. 14 τατε C. 16 διαθρύσαντες C. 17 πραιβατορίας C.

tem (Nisibim eam Persae, postquam cepere, appellarunt) confugeret; quam et ipsam reliquere, fulminum instar tum eos urgentibus Romanis.

35. Hac igitur mente cum esset Constantinus praefectumque Orientis creasset, rationales illi tributorum constituit, viros venerabiles et in rationum subtilitatibus exercitatos. privato itaque habitu utentes in iudicio aderant, nihil aliud praeter rationes in manibus habentes, et scriniarii (id est chartophylaces) dicebantur, quia scrinium cancellatam cistam Romani vocant; mansitque iis nomen tantum. neque vero militia fungebantur, neque privatorum condicione excesserant, quemadmodum antiquae matrices docent. sub Theodosio primo autem, cum se neglectos, officiales vero tum res administrare viderent, datis inter se nominibus et collecto in illecebram auro, ab imperatore, ut officio annumerarentur, petiverunt; qua re impetrata, comparatisque quas probatorias vocant, in adiutores (id est βοηθοὺς) quidem ceteris pariter provecti sunt, Augustalium vero nomen magno mercantes, ad Leonem usque quasi omnino non militantes, quantum ad officiales, reputati sunt. neque enim novit eos Romana antiquitas; unde etiamnum, praefectura in tribunal progrediente, retro recedentes iuxta sequuntur, solo officio compositis

ποvται, μόνης τῆς τάξεως στιχηδὸν διεθυνούσης τὸν ὕπαρχον. εἰκόνα οὖν τῷ βασιλεῖ ἀργυρήλατον ὅλην ἐπὶ κίονος ἀναστήσαντες, τὸ πάλαι καλούμενον Πλάκωτον, πρὸς τῷ ὡρολογίῳ τῆς πόλεως, διεκόσμησαν, ὡς ἐν τοῖς ἀρχαῖς τοῦ δημοσίου ἰνστρουμέντου ηὗρον ἱστορημένον. καὶ ἡ μὲν στήλη καθ᾽ ἡμᾶς ἐπὶ τὰ χρειωδέστερα ἔργα τῆς πόλεως προεχώρησεν, ὁ δὲ κίων πρὸ τῆς ἐν τῷ λεγομένῳ Ἑβδόμῳ ἀγορᾶς ἀναστὰς τῇ τοῦ κρατίστου ἡμῶν βασιλέως εἰκόνι σεμνύνεται.

36. Ηὐξήθη δὲ λοιπὸν τὰ τῶν σκρινιαρίων ἀπὸ τῆς Ζήνωνος βασιλείας τοσοῦτον ὅσον τὰ τῆς τάξεως ἔληξε· πολλῶν μὲν γὰρ ἄλλων καὶ Πολυκάρπου δὲ ἀπ᾽ αὐτῶν εἰς τὴν ἀρχὴν ἁρπασθέντος ὑπὸ τῷ Ἀναστασίῳ, εἶτα καὶ Μαρίνου τὴν ὅλην ἀναζωσαμένου τῶν πραγμάτων διοίκησιν, ὃς καὶ αὐτὸς εἷς τῶν τῆς Συρίας σκρινιαρίων ἐτύγχανε, καὶ τὸ λοιπὸν οὐχ ἑτέρου ἢ αὐτῶν σχεδὸν καὶ μόνων τὴν ἀρχὴν ἐκδεχομένων, διὰ τὴν τῶν φόρων ἐλάττωσιν εἰς παντελῆ ἀπώλειαν τὰ τῆς τάξεως κατέστη. καγκελλάριοι γὰρ αὐτοὶ καὶ λογοθέται καὶ τῆς θείας καὶ γενικῆς τραπέζης διοικηταί, τῆς ἀρχαίας συνηθείας ἐχούσης μηδένα εἰς τὸ τοῦ λεγομένου καγκελλαρίου λειτούργημα ἢ μόνους τοὺς εὐδοκιμοῦντας ἐκ τῶν Αὐγουσταλίων καὶ ταχυγράφων παριέναι, ἐπεὶ καὶ δύο μόνους καγκελλαρίους τὸ δικαστήριον ἐγνώριζεν, οἷς καὶ χρύσινος εἷς καθ᾽ ἡμέραν ἀπὸ τοῦ δημοσίου ἀφώριστο. ἡ δὲ αἰτία τῆς προσ-

1 διηθουνούσης C. cf. 3 70 διευθηνοῦσαι. F. 4 lego ἀρχαίοις. cf. 2 30 et 3 19 ἀρχαίων. F. 7 cf. 2 20 ἀγοράν. F. 12 τῶν C. 13 ὡς C. 15 μόνον C. 16 τὰ τῆς τάξεως κατέστη] coniectura ex reliquiis literarum. integrum mansit εστη. F. 17 καὶ τῆς θείας] coniectura ex reliquiis literarum. F. 18 τὸ] τὴν C.

praefectum ordinibus comitante. igitur effigiem imperatori auream totam in columna posuere, et Placotum quod olim vocabant, iuxta horologium urbis, ornavere, sicuti in documentis publici instrumenti commemoratum repperi. et effigies quidem nostro tempore utilioribus urbis operibus cessit; columna autem ante curiam, quae est in Hebdomo, ut vocant, posita, optimi imperatoris nostri effigie decoratur.

36. Ceterum scriniariorum res a Zenonis imperio tantum auctae sunt quantum officii imminutae: postquam enim cum alios multos tum Polycarpum in praefecturam sub Anastasio traxere, deinde etiam Marinus totam rei publicae administrationem suscepit, qui et ipse unus e Syriae scriniariis erat, ac deinceps ipsi fere soli magistratum excepere, ob tributorum imminutionem officium funditus periit. cancellarii enim iidem et discussores et divinae generalisque mensae curatores, cum antiqua consuetudo fuerit neminem ad cancellarii munus nisi probatos tantum ex Augustalibus notariisque admitti. nam et duos tantum cancellarios iudicium noverat; quibus etiam aureus singulis diebus de publico

ηγορίας ὧδε. (37) τὸ πρὶν καθ' ὁμαλοῦ ἐν τοῖς δικαστηρίοις, ὥσπερ ἔτι καὶ νῦν ἐν τοῖς ἐπιχωρίοις ἐστίν, ἔρυμα καὶ ὡς ἄν τις εἴποι διάφραγμα ξυλουργές, ἀπὸ σχιδάκων μακρῶν ἀντιπλαγιαζομένων ἐφ' αὐτοὺς καὶ διόπτρας ὀξυτελεῖς καθάπερ δικτύου τινὸς ἀποτελούντων, ἐπὶ μέσου διέτεινε τοῦ δικαστηρίου, χωρίζον τὸν ἄρχοντα τῶν ὑπ... κάγκελλον αὐτὸ οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν ὑποκοριστικῶς ἀντὶ τοῦ δικτύδιον, ὅτι πρωτοτύπως κάσσης αὐτοὶ τὰ δίκτυα λέγουσιν, ὑποκοριστικῶς δὲ καγκέλλους. ἐπὶ τούτου τοῦ διατμήματος ἵσταντο δύο καγκελλάριοι ἐκ τοῦ πράγματος ἐπιφημιζόμενοι, δι' ὧν, ἐπεὶ μηδεὶς ἐθάρρει ἀλλ' οὐδὲ συνεχωρεῖτο προσψαῦσαι τῷ βήματι, οἵ τε πρὸς ὑπογραφὴν χάρται τῇ ἀρχῇ προσεφέροντο ἥ τε τῶν ἀναγκαίων ἐγίγνετο μήνυσις. ἀλλ' ἤδη πρότερον εἰς πλῆθος τοῦ ἀξιώματος ὑβρισθέντος, τὸ μὲν δημόσιον ἀνήρτησε τὴν ἐπίδοσιν, πάντες δὲ σχεδὸν οἱ ὁπωσοῦν ... περικείμενοι καγκελλάριοι καθ' ἡμᾶς χρηματίζουσι· καὶ οὐκ αὐτοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις χαλκολογοῦντες τὸ καγκελλαρίων περιάπτουσιν ἑαυτοῖς ἀξίωμα, ὅπως αὐτοῖς τὰ τῶν εὐηφενῶν ἀδεῶς προσάγοιτο. τοιαῦτα μὲν τὰ περὶ τῆς συγχύσεως καὶ τοῦδε τοῦ σχήματος.

38. Τοῖς δὲ σκρινιαρίοις προστέθεινται καὶ οἱ σίτου στρατιωτικοῦ οἱονεὶ ἀννωνιακοῦ προεστηκότες φροντίσματος, οὐχ ὅτι

3 διαφραγμου C. 6 lego ὑπ' αὐτόν. F. in Cangii Gloss. med. Graec. v. καγκελλάριος hanc glossam repperi: κάγκελλον ἀντὶ τοῦ δικτυΐσκον, ὑποκοριστικῶς, ὅτι κάσσεις Ῥωμαῖοι τὰ δίκτυα λέγουσι, καὶ ὑποκοριστικῶς κάγκελλον· ἔνθεν καγκελλάριοι οἱ ἐν αὐτῷ ἑστηκότες. δύο δὲ οὗτοι μόνοι. F. 7 δικτυδίου C. 8 τοῦ vulgo om. 10 θαρρεῖ C. 14 post ὁπωσοῦν aliquot literae exstinctae. F. 17 εὐηφενῶν] coniectura ex reliquiis literarum. F.

dabatur. causa autem nominis haec. (37) sicuti etiamnum nostra, ita olim in universum auditoria septum atque, ut aliquis dicat, paries intergerinus ligneus, e perticis longis oblique inter se positis foraminaque acuta quasi retis efficientibus, media dividebat, principem ab apparentibus seiungens. cancellum id Romani diminutive vocant, id est reticulum; retia enim primitiva voce casses et diminutiva cancellos dicunt. ad hoc septum stabant duo cancellarii, ex re nomen habentes; qui, quoniam nemo audebat neque vero licebat tribunal attingere, cum subscribendas chartas praefecturae afferebant, tum quae opus erant indicabant. verum iam prius in contemptum vulgo adducta dignitate, quod de publico additum fuerat, cessavit: omnes autem fere, munere qualicunque fungentes, nunc cancellarii appellantur; neque ipsi tantum, sed ii quoque qui in provinciis pecuniam exigunt, cancellariorum sibi nomen, quo opulentorum rebus abunde potiantur, adiungunt. haec de perturbatione huius quoque instituti.

38. Scriniariis vero adiuncti sunt frumento militari, id est annonarum muneri, praepositi, non quod et ipsi ad antiquam iudicii speciem

καὶ αὐτοὶ μέρος ἐτύγχανον τῆς παλαιᾶς ὄψεως τοῦ δικαστηρίου, ἀλλ' ὅτι τῶν στρατηγικῶν παρωθηθέντων σκρινιαρίων καὶ τούτων συνέβη ἀποτελεσθῆναι τὸν κατάλογον. τῇ δὲ βασιλέως ἀρετῇ τὸ πρὸς ἄλλων ἐπηρείας ἐξηυρῆσθαι νομισθὲν εἰς λυσιτελοῦν καλῶς διοικούμενον ἀπεδείχθη. τοῦ γε μὴν σιτωνικοῦ ἀνέκαθεν ὑπὸ τὴν πολιαρχίαν τελοῦντος, δυνάμει δὲ καὶ αὐθεντίᾳ τοῦ βδελυροῦ Καππαδόκου, περὶ οὗ μικρὸν ὕστερον ἐρῶ, ἀφαιρεθέντος (προσδεῖν γὰρ ᾤετο τοῖς κατὰ τῶν ἐπαρχιῶν ἀδικήμασιν αὐτοῦ καὶ αὐτὴν τὴν βασιλέως πόλιν ὑπαγαγεῖν), μόνος Γαβριήλιος πολιαρχῶν ἀποκατέστησεν ἐκείνῳ τῷ δικαστηρίῳ· πέφυκε γὰρ ὁ βασιλεὺς καλὸς ὢν καὶ ἐλεύθερος ἐρυθριᾶν τοὺς γένει καὶ βίῳ καὶ φιλοτιμίᾳ ζηλοῦντας αὐτὸν κατὰ δύναμιν. αὐτοῦ δὲ Γαβριηλίου τὴν ἀρχὴν ἀπο....μένου αὖθις πρὸς τὸ μεῖζον ἡ φροντὶς τῆς εὐθηνίας δικαστήριον ἐπανῆλθεν, ὡς δῆλον ἀντικρὺ πᾶσιν ἀποδειχθῆναι ὅτι Γαβριηλίῳ κατ' ἀξίαν χαίρων ὁ βασιλεὺς ἐνδέδωκεν· ἔδει γὰρ αὐτόν, ἄνδρα ἀγαθὸν ὄντα καὶ ταῖς ἀρεταῖς ἀσύγκριτον, τὸ πλέον εὑρεῖν παρὰ βασιλεῖ τιμῶντι δικαιοσύνην τε καὶ θεοφιλίαν καὶ γένους λαμπρότητα.

39. Ὑπόλοιπον ἄρα τυγχάνει τὰς αἰτίας τῆς ἐλαττώσεως καὶ τῆς τοσαύτης τῶν πραγμάτων παραλλαγῆς ἀποδοῦναι, κἂν εἰ τυχὸν αὐτὴν τὴν ἀρχὴν ἑαυτῆς καὶ μείζονα καὶ κλεινοτέραν τῇ βασιλέως ἀγρυπνίᾳ ἔτι καὶ νῦν ἔστι συνιδεῖν· οὐδὲ γὰρ μέρος ἐστὶ τῆς ὅλης πολιτείας ὃ μὴ καθόλου εἰς ὕψος τε ἅμα καὶ δύναμιν

6 τελούντων C. 10 ἐκεῖνο? 13 lego ἀποδεξαμένου. F.

pertinuerint, sed quoniam militaribus scriniariis sublatis horum quoque catalogum existere contigit. imperatoris autem virtute, quod aliorum damno repertum videbatur, in commodum egregie administrari patuit. sitoniam vero praefecturae urbis, cui inde ab initio subiecta fuerat, potentia arbitrioque improbi Cappadocis (de quo paulo post dicturus sum) ereptam (superesse enim putabat ut suis in provincias iniuriis ipsam quoque imperatoris urbem obnoxiam redderet) solus Gabriel, praefectura urbis fungens, illi iudicio restituit. solet enim imperator, utpote bonus et liberalis, genere vitaque et munificentia ipsum pro viribus aemulantes revereri. ipso autem Gabriele praefectura praetorii potito annonae munus iterum ad maius iudicium rediit, omnibus ut prorsus manifestum fuerit imperatorem, cum Gabriele pro eius merito delectaretur, indulsisse. etenim necesse erat eum, cum esset vir bonus et virtutibus incomparabilis, apud imperatorem iustitiam et sanctitatem et generis splendorem honorantem plus valere.

39. Restat igitur ut causas imminutionis tantaeque rerum commutationis exponamus, quamvis forte ipsum magistratum et maiorem sese imperatoris vigilantia et clariorem etiamnum est videre: neque enim pars est totius rei publicae, quam non in universum ad fastigium simul fir-

ἰσχυρὰν ὁ βασιλεὺς μετὰ καλ... ἀνέστησε, περινοστῶν ἅμα καὶ περιθεώμενος, μήτε τῶν ἀνέκαθεν ὑπαρξάντων αὐτῇ γνωρισμάτων ὃ μὴ μετὰ προσθήκης τῶν ἀρετῶν ὑπολάβοι. ἀλλ' ὅτι ὁ χρόνος, λυμαντικὸς ὢν κατὰ φύσιν, τὰ πολλὰ τῶν τῆς πειθομένης τῇ ἀρχῇ τάξεως χρειώδη ἅμα καὶ κόσμια ἢ παντελῶς ἔσβεσεν ἢ τοσοῦτον ἐνήμειψεν ὡς ἴχνος ἀμυδρὸν τῶν ποτὲ θαυμαζομένων τὸ λοιπὸν διασώζειν, τῆς μὲν ἀρχῆς ἐν τῇ σφετέρᾳ δυνάμει συνισταμένης, τῆς δὲ τάξεως νῦν μὲν ἐκ τῶν ἐκείνης παραλλαγῶν νῦν δὲ ἐκ τῶν οἰκείων ῥᾳθυμιῶν, εἰ μὴ θεὸς καὶ βασιλεὺς οὗτος ὁ πάντα καλὸς ἐπεκούρει, ἐγγὺς εἰς παντελῆ κατάλυσιν ὀλισθαινούσης. εἰ δέ πού τυχόν, τῷ περὶ τὴν κοινὴν ἐλευθερίαν ζήλῳ, τινὸς τῶν μὴ κατὰ σκοπὸν τῆς βασιλέως καλοκαγαθίας τὰς ἀρχὰς διανυσάντων δριμύτερον ἠρέμα προϊὼν ὁ λόγος καθάψεται, μὴ ταῖς ἀρχαῖς αὐταῖς ἀλλὰ τοῖς οὐ προσηκόντως ἀποχρησαμένοις αὐταῖς τὴν ἀγανάκτησιν οἱ σωφρόνως εἰς τὰ πράγματα βλέποντες ἀναγέτωσαν. οὐδὲ γὰρ τοὺς κακοὺς ἐλέγχειν μόνον ὁ λόγος ἐτόλμησεν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀγαθούς, εἰ καὶ μὴ κατ' ἀξίαν, ἐκόσμησεν. οὕτω γὰρ ὑβρίζειν μὲν τὴν ἐλευθερίαν καὶ σπαράττειν τοὺς ὑπηκόους οἱ τὸν ὅρον τῆς ἀρχῆς ἀγνοοῦντες ἐντραπήσονται, οἵ τε ζηλοῦντες τὴν βασιλέως πρᾳότητα καὶ πρὸς τὰς ἄλλας ἀρετὰς αὐτοῦ ὀξεῖ τῷ δρόμῳ σπουδάσουσι. καιρὸς δὲ ἄρα τὴν ἀφήγησιν διελθεῖν καὶ τὰς αἰτίας εἰπεῖν ὧν ἕνεκα τὰ τῆς τάξεως ἐπὶ τοσαύτην ἐναλλαγὴν κατηνέχθη.

1 videtur fuisse *καλούς*. F. 3 *ἀλλ' ὅτι*] coniectura ex reliquiis literarum. F. aptius *ἀλλ' οὖν*. 10 *ὀλισθενούσης* C. 20 *αὐτοὺς* C.

namque potentiam imperator cum bonis extulerit, circumiens una circumspiciensque, neque ullum antiquorum eius ornamentorum, quod non additis virtutibus restituerit. sed enim tempus, natura sua nocens, plurima apparentis magistratui officii utilia simul et decora aut penitus exstinxit, aut tantum immutavit ut admirabilium quondam obscurum nunc vestigium conservet, stante quidem sua magistratui potestate, officio autem, modo ex eius immutationibus modo ex apparitorum ignavia (nisi deus et hic in omnibus egregius imperator opem ferant), paene funditus pereunte. sicubi vero, communis libertatis studio, eorum aliquem qui non secundum propositum generosi imperatoris magistratibus praefuerunt acerbius forte, placide progrediente enarratione, incusavero, non ipsis magistratibus sed iis male abusis sapientes rerum aestimatores indignationem tribuant. neque enim tantummodo malos accusare ausus sum, sed et bonos, etsi non pro meritis, ornavi. sic quippe insultare libertati et dilacerare cives, qui modum imperii ignorant, erubescent; et qui imperatoris mansuetudinem aemulantur, ad reliquas etiam eius virtutes citato gradu contendent. tempus itaque est enarrationem persequi, causasque ob quas tanta officii mutatio exstitit referre.

40. *Κωνσταντίνου, ὥσπερ ἔφην, μετὰ τῆς τύχης τὴν Ῥώμην ἀπολιπόντος, καὶ τῶν δυνάμεων, ὅσαι τὸν Ἴστρον ἐφρούρουν, ἐπὶ τὴν κάτω Ἀσίαν ψήφῳ τοῦ βασιλέως διασπαρεισῶν, Σκυθίαν μὲν καὶ Μυσίαν καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνων φόρους ἐζημιώθη τὸ δημόσιον, τῶν ὑπὲρ Ἴστρον βαρβάρων μηδενὸς ἀνθισταμένου κατατρεχόντων τὴν Εὐρώπην· τῶν δὲ πρὸς τὴν ἕω δασμοῖς οὐ μετρίως βαρυνθέντων, ἀνάγκη γέγονε τὸν ὕπαρχον μηκέτι μὲν τῆς αὐλῆς καὶ τῶν ἐν ὅπλοις ἄρχειν δυνάμεων, τῆς μὲν τῷ λεγομένῳ μαγίστρῳ παραδοθείσης, τῶν δὲ τοῖς ἄρτι προελθοῦσι στρατηγοῖς ἐκτεθεισῶν, ἀλλ' οὖν ὕπαρχον τῆς ἀνατολῆς χρηματίζειν. διεσύρη δὲ οὐδὲν ἧττον θανατῶσα καθ' ἑκάστην ἡ τῆς ἀρχῆς δυναστεία ἄχρι τῆς Ἀρκαδίου, τοῦ πατρὸς Θεοδοσίου τοῦ νέου, βασιλείας, ἐφ' οὗ συμβέβηκε Ῥουφῖνον τὸν ἐπίκλην ἀκόρεστον, ὃς ἦν ὕπαρχος αὐτῷ, τυραννίδα μελετήσαντα τοῦ μὲν σκοποῦ ὑπὲρ λυσιτελείας τῶν κοινῶν ἐκπεσεῖν, εἰς βάραθρον δ' ἀχανὲς τὴν ἀρχὴν καταρρῖψαι. αὐτίκα μὲν γὰρ ὁ βασιλεὺς τῆς ἐκ τῶν ὅπλων ἰσχύος ἀφαιρεῖται τὴν ἀρχήν, εἶτα τῆς τῶν λεγομένων φαβρικῶν οἱονεὶ ὁπλοποιῶν ἐξουσίας, τῆς τοῦ δημοσίου δρόμου φροντίδος καὶ τῆς ἑτέρας αὐθεντίας, δι' ὧν τὸ λεγόμενον συνέστη μαγιστήριον. ὡς δὲ δύσεργον ἦν ἀποτρέφειν μὲν τὸν ὕπαρχον ἀνὰ τὰς ἐπαρχίας τοὺς δημοσίους ἵππους καὶ τοὺς αὐτοῖς ἐφεστῶτας, ἑτέρους δὲ κεκτῆσθαι τὴν ἐπ' αὐτοῖς ἐξουσίαν καὶ διοίκησιν, νόμος ἐτέθη θεσπίζων ἀντέχεσθαι μὲν τὸν ὕπαρχον τῆς τοῦ δημοσίου δρόμου φρον-*

6 *δασμῶν* C, sed 2 10 *δασμοῖς*. 7 *βαρυνθέντων* 2 10: hic enim C *βαρηθέντων*. 9 *στρατηγικοῖς* C. 10 *ἀλλ' οὖν*] *ἄλλων* C.

40. Constantinus postquam, ut dixi, cum fortuna Romam reliquit, et quot Istrum custodierant copiae, decreto imperatoris per Asiam inferiorem sparsae sunt, Scythiam Mysiamque et illarum vectigalia aerarium amisit, barbaris qui ultra Istrum habitabant Europam, nullo resistente, incursantibus: Orientis autem populis tributis haud mediocribus oneratis, necesse fuit praefectum praetorio aulae et copiis, quarum illa magistro quem vocant, hae strategis nuper creatis traditae, non amplius praeesse, sed praefectum Orientis appellari. neque minus potestas magistratus, morti in dies propior, ad Arcadii, patris Theodosii iunioris, imperium dilacerata est; sub quo Rufinus cognomine insatiabilis, quo praefecto praetorii ille utebatur, tyrannidem meditatus a proposito quidem, bono rei publicae, aberravit, in barathrum autem immane magistratum praecipitavit. namque imperator continuo potentiam ab armis magistratui adimit, deinde fabricarum, ut vocant (id est armorum conficiendorum) potestatem, cursus publici curam, aliamque auctoritatem; quibus magisterium quod vocant conflatum est. verum cum incommodum esset praefectum praetorio equos publicos iis praepositos in provinciis sustentare, aliorum autem sub potestate eos administratioeque esse, lex data est ut cursus

τίδος, τὸν πρῶτον μέντοι τῶν φρουμενταρίων (πρίγκιπα αὐτὸν σήμερον τοῦ μαγίστρου καλεῖσθαι συμβαίνει) παρεῖναι διὰ παντὸς τῷ δικαστηρίῳ τοῦ τῶν πραιτωρίων ὑπάρχου καὶ πολυπραγμονεῖν, καὶ τὰς αἰτίας ἐξερευνᾶν ὧν ἕνεκα πολλοὶ πορίζόμενοι παρὰ τῆς ἀρχῆς τὰ λεγόμενα συνθήματα τῷ δημοσίῳ κέχρηνται δρόμῳ (ταύτῃ καὶ κουριῶσος ὠνομάσθη ἀντὶ τοῦ περίεργος, καὶ οὐκ αὐτὸς μόνος ἀλλὰ καὶ πάντες ὅσοι κἀν ταῖς ἐπαρχίαις τοῖς δημοσίοις ἐφεστήκασιν ἵπποις), προϋπογράφοντος τοῖς ἐπὶ τῷ δρόμῳ συνθήμασι καὶ τοῦ λεγομένου μαγίστρου. ὅτι δὲ οὕτως, αὐτῆς δυνατὸν ἀκοῦσαι τῆς διατάξεως, ἐν μὲν τῷ παλαιῷ Θεοδοσιανῷ κειμένης, ἐν δὲ τῷ νεαρῷ παροφθείσης.

41. Οὕτως οὖν ὥσπερ δι' ὑποβάθρων τινῶν καταφερομένης τῆς ἀρχῆς, τοὺς μὲν στρατιωτικοὺς καταλόγους ἔταξεν ἡ βασιλεία ὑπὸ τοῖς τότε καλουμένοις κόμησιν ἢ στρατηγοῖς, τὰς δὲ ἐν τῷ παλατίῳ τάξεις ὑπὸ τῷ πρωτεύοντι τῶν δυνάμεων τῆς αὐλῆς, ὃν καὶ αὐτὸν ἄρχοντα οὐ μικρόν, καθάπερ τοὺς λεγομένους στρατηλάτας, αἱ τῆς ἐπαρχότητος ἐλαττώσεις ἀπετέλεσαν· τὰ γὰρ πολυτελῆ τῶν οἰκοδομημάτων καταλυόμενα πολλοῖς ἐπαρκεῖ πρὸς οἰκοδομήν. καὶ ἕως μὲν τοὺς βασιλέας ἐπεξιέναι δι' ἑαυτῶν τοῖς πολέμοις συνέβαινεν, εἶχέ τινα ἡ ἀρχή, εἰ καὶ μὴ τοσαύτην, πλὴν ὑπὲρ πάσας τὰς ἄλλας ἰσχύν τε καὶ δύναμιν· ἐξότε δὲ συνέβη τελευταῖον Θεοδόσιον νέον κομιδῇ τῆς βασιλείας ἐπιλαβέσθαι καὶ κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς νομοθεσίαν μὴ συγχωρεῖσθαι τοῖς πολέμοις παρεῖναι, καὶ τούτου νόμῳ γενικῷ κωλυθέντος, ἀπολέγοντι βασι-

1 μέντοι F, μὲν C. 23 πολεμίοις vulgo.

publici curam praefectus praetorio retineret quidem, primus tamen frumentariorum (principem magistri eum hodie vocant) in auditorio eius semper adesset et cuncta curiose investigaret, causasque inquireret cur multi, impetratis a praefecto praetorio synthematis, cursu publico utantur (unde etiam curiosus dictus est, neque ille solus, sed quicunque equis publicis in provinciis praepositi); utque synthemata ad cursum et magister, isque primus, subscriberet. quod ita esse ipsa constitutio docet, in vetere codice Theodosiano exstans, in novo autem praetermissa.

41. Sic igitur tanquam per gradus labente magistratu, militaribus catalogis imperator, quos comites tum vocabant sive duces, officiis autem palatii principem aulicarum copiarum praefecit; quem ipsum magistratum haud parvum, sicuti στρατηλάτας quos vocant, praefectura imminuta reddidit: quippe magnifica aedificia dissoluta multis ad aedificandum sufficiunt. ac dum imperatores ipsi bella obiere, habuit quandam magistratus, etsi non tantam, maiorem tamen quam ceteri omnes, potentiam atque auctoritatem: ex quo autem Theodosius postremus imperium admodum adolescens capessivit, patris lege quo minus contra hostes iret impeditus, generalique lege in bellum proficisci prohibiti sunt imperatores

λεῖ Ῥωμαίων ὁρμᾶν ἐπὶ πόλεμον, εἰκότως τοῖς μὲν στρατηγοῖς τὰ τῶν πολέμων τῷ δὲ μαγίστρῳ τὰ τοῦ παλατίου γέγονε χώρα, ὡς μηδὲν ἕτερον ἔχειν τὸ λοιπὸν τὴν ἐπαρχότητα ἢ μόνον τὴν ἐπὶ ταῖς δαπάναις φροντίδα, ἃς εἰκός ἐστι γενέσθαι κατὰ τὸ ἀναγκαῖον περί τε τοὺς ἐξ αὐτῆς παραφυομένους ἄρχοντας καὶ περὶ ἐκείνους γε μὴν ὧν αὐτοὶ δῆθεν ἐτάχθησαν ἄρχειν.

42. *Εἰ δέ τις καὶ τοὺς ἐκ τῶν προρρήσεων στοχασμούς, οὓς τινες καλοῦσι χρησμούς, ἐν ἀριθμῷ λόγων παραλαβεῖν ὑπομένοι, πέρας ἔλαβε τὰ Φωντηΐῳ τῷ Ῥωμαίῳ ῥηθέντα ποτέ. φησὶ γὰρ ἐκεῖνος, καὶ στίχους τινὰς δοθέντας δῆθεν Ῥωμύλῳ ποτὲ πατρίοις ῥήμασιν ἀναφέρει, τοὺς ἀναφανδὸν προλέγοντας τότε Ῥωμαίους τὴν τύχην ἀπολείψειν, ὅτε αὐτοὶ τῆς πατρίου φωνῆς ἐπιλάθωνται. καὶ τὸν μὲν λεγόμενον χρησμὸν τοῖς περὶ μηνῶν γραφεῖσιν ἡμῖν ἐντεθείκαμεν, πέρας δὲ μᾶλλον ἔσχε τὰ τοιαῦτα μαντεύματα. Κύρου γάρ τινος Αἰγυπτίου, ἐπὶ ποιητικῇ ἔτι καὶ νῦν θαυμαζομένου, ἅμα τὴν πολίαρχον ἅμα τὴν τῶν πραιτωρίων ἐπαρχότητα διέποντος καὶ μηδὲν παρὰ τὴν ποίησιν ἐπισταμένου, εἶτα παραβῆναι θαρρήσαντος τὴν παλαιὰν συνήθειαν καὶ τὰς ψήφους Ἑλλάδι φωνῇ προενεγκόντος, σὺν τῇ Ῥωμαίων φωνῇ καὶ τὴν τύχην ἀπέβαλεν ἡ ἀρχή. νόμον γὰρ αὐτιγράφειν ὁ βασιλεὺς ἀνεπείσθη πάσης ἀφαιρούμενον ἐξουσίας τὴν ἐπαρχότητα· ἡ γὰρ ἄρτι καὶ κουφίσαι ὅρους καὶ σιτήσεις καὶ φῶτα καὶ θέας καὶ ἀνανεώσεις*

4 *ἃς* F, *ἣν* C. 12 *ἀπέλειπεν* C. 20 *ἀπέβαλεν* add F e 2 12. *αὐτιγάρφειν* C. 22 lego *φόρους*. F.

Romani, ut necesse erat, quae ad bella pertinent, ducum, quae ad palatium, magistri provincia fuere; ut nihil aliud praefectura habeat nisi solam sumptuum administrationem, qui, ut perspicuum est, cum in obvias necessitates tum in magistratus ex illa, ut dixi, ortos, adeoque in eos quibus hi praefecti sunt, impenduntur.

42. Quodsi quis et coniecturas e praedictionibus, quae oracula a nonnullis vocantur, rationum in numero habere non recuset, exitum habuere a Fonteio Romano quondam dicta. ait enim ille, et versus quosdam Romulo scilicet olim datos patrio sermone refert, aperte praedicentes tum Romanos fortunam derelicturam, cum ipsi patriae linguae obliti fuissent; quod oraculum (ut vocant) nostro de Mensibus tractatui inseruimus. exitum vero utique haec vaticinia habuere. quippe postquam Cyrus quidam Aegyptius, quem ob poesin etiamnum admirantur, praefectura urbis et praetorii simul fungens, neque aliud quicquam praeter poesin sciens, veterem consuetudinem transgredi ausus est decretaque Graeco sermone protulit, cum Romana lingua fortunam quoque magistratus amisit. legem enim autographam ferre persuasus est imperator, omni magistratum potestate spoliantem. nam qui nuper et tributa levandi et

ἔργων αὐθεντοῦσα ταῖς πόλεσιν ἐπιδοῦναι οὐκ ἤρκεσε τὸ λοιπὸν οὐδὲ ἐτόλμησε μικρᾶς γοῦν τινὸς παραψυχῆς ἐκ τῶν δημοσίων μεταδοῦναί τινι. ὁ δὲ καθ' ἡμᾶς Δημοσθένης, ὃς καὶ αὐτὸς ὕπαρχος ἦν, οὐδὲ μετὰ κέλευσιν τῆς βασιλείας, γραμμάτων χωρίς, εἰ μὴ πραγματικὸς ἠργήσατο νόμος, ἄδειαν ἔχειν τὴν ἐπαρχότητα ἐπιδοῦναι τοῖς ὑπηκόοις κατεπράξατο, μὴ μόνος αὐτὸς εὖ ποιῆσαι τοὺς ὑποτελεῖς παραφυλαξάμενος, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις τὸ λοιπὸν ἀποκλείσας. τῆς δὲ ἀρχῆς ἤδη καὶ αὐτὴν τὴν ἐπιπόλαιον ὄψιν ζημιωθείσης, ἠκολούθησε τοῖς τὰς δίκας λέγουσιν ἐκκλήτοις εὐτελίσαι τὸ δικαστήριον παρὰ τὸ πάντῃ κεκωλυμένον. καὶ νόμῳ τοῦτο διωρίσθη· οὐ γὰρ ὑπέμεινεν ἡ βασιλέως πρᾳότης τοῖς δικαζομένοις τὴν ἀπὸ τῆς ἐφέσεως περικόπτειν ἐλπίδα, ἣν προθεωροῦντες οἱ δικάζοντες ἴσως ἀδεκάστως εἰς τὰ πράγματα εἰσβλέψουσι. τοσαῦτα περὶ τῆς ἀρχῆς ἐπιδακρύσας φημί.

43. Κωλύσει δὲ οὐδὲν ὥσπερ ἐν ὑποτυπώσει μνησθῆναι τῆς κατὰ μικρὸν ἐλαττώσεως· οὐ γὰρ ἄν τις ἐπιδείξει σαφῶς τὴν ἀφαίρεσιν, μὴ προαριθμησάμενος ταῦθ' ἅπερ ὄντα τὸ πρὶν ὕστερον ἀφῃρέθη. μετὰ γοῦν Θεοδόσιον καὶ Μαρκιανὸν τὸν μέτριον ἐλθὼν ὁ Λέων καὶ τὸν πλοῦτον εὑρὼν ὃν Ἀττίλας ὁ τῆς οἰκουμένης πολέμιος λαμβάνειν ἔμελλεν (ἦν δὲ ὑπὲρ τὰς χιλίας ἑκατοντάδας τοῦ χρυσίου λιτρῶν), ὀγκωθεὶς τῇ δυνάμει ἔγνω Βανδήλοις,

1 λοιπὸν F, λόγιον C. 5 πραγματικῶς C. 8 ἐπὶ πόλεων vulgo. 10 τούτῳ C. 17 ἃ παρόντα? an ἃ ὑπάρχοντα? 21 τοῦ deleverim.

victum et lumina et spectacula operumque refectiones civitatibus concedendi potestatem habuisset, non habuit deinde, neque ausa est vel parvum quoddam solatium de publicis cuiquam dare. noster vero Demosthenes, qui et ipse praefectus praetorio erat, ut ne post iussionem imperatoris quidem sine literis praefectura, nisi si pragmatica lex dedisset, licentiam haberet civibus largiendi effecit, non ipse tantum ne civibus bene faceret cavens, verum alios quoque in posterum impediens. ipsa autem specie externa iam adempta magistratui, deinceps per electos causarum actores elevatum est iudicium, contra quod omnibus modis prohibitum. atque id lege temperatum est: neque enim sustinuit imperatoris mansuetudo litigantibus spem ab appellatione imminuere, quam praevidentes iudices integre fortasse res intuebuntur. haec de magistratu collacrimans commemoro.

43. Nihil autem impediet quominus paulatim progressae imminutionis quasi imaginem quandam exprimamus: nec enim imminutionem perspicue ostenderit, nisi qui prius, quae olim fuere posteaque erepta sunt, enumeraverit. post Theodosium igitur prudentemque Marcianum secutus Leo, cum divitias queis Attalus orbis terrarum hostis potiturus erat (erant autem super centum auri librarum milia) invenisset, potentia inflatus

ἔθνει Γερμανικῷ ἀπὸ τῆς ἀρκτῴας ἐπὶ τὰς Ἱσπανίας διὰ τοῦ Πυρηναίου ἐνσκήψαντι τῇ Λιβύῃ, πολεμεῖν. μυρίαις οὖν ναυσὶ μακραῖς, ἃς καλοῦσι λιβύρνας, ἐπιστήσας στρατὸν οἷον ὁ μακρὸς ἀπεθαύμασε χρόνος, εἰς ἐσχάτην ἀπορίαν περιέστησε τὴν ἀρχήν, ἀποτείνων αὐτὴν καὶ βιαζόμενος καὶ δαπάνην τεσσαράκοντα μυριάσιν ἀνδρῶν πρὸς μάχην διαπόντιον καὶ γῆς ἀλιμένοις ὅρμοις ὠχυρωμένης δυσχωρίαν καὶ βαρβάρων ὑπὲρ λόγον πλουτούντων δύναμιν ἀρκεῖν. ἀνάλωται γὰρ περὶ τὸν κακοδαίμονα πόλεμον ἐκεῖνον, Βασιλίσκου τῶν δεινῶν ἡγησαμένου, χρυσίου μὲν λιτρῶν μυριάδες ἓξ πρὸς πεντακισχιλίαις, ἀργύρου δὲ χιλιάδες λιτρῶν ἑπτακόσιαι, ἵππων δὲ καὶ ὅπλων καὶ ἀνδρῶν τοσοῦτον ὅσον ἄν τις τῷ παντὶ χρόνῳ ἐλλείπειν καλῶς ἀφορίσεται. (44) καὶ μετὰ ταῦτα πάντα ναυάγιον τῆς ὅλης πολιτείας. οὐ γὰρ ἀρκέσαντος τοῦ δημοσίου χρήματος καὶ ὅσον ἦν ἴδιον τῇ βασιλείᾳ, πάντα τὰ τῶν στρατιῶν πληρώματα ταῖς ἀστοχίαις ἐναπώλετο τοῦ πολέμου. καὶ ἵνα μὴ μακρηγορῶ, ἐξ ἐκείνου τοῦ συμπτώματος οὐκέτι τὸ ταμιεῖον ἐπήρκεσεν ἑαυτῷ, ἀλλὰ προσδαπανᾷ τοῖς πράγμασι πρὸ καιροῦ τὰ μήπω ἐν ἐλπίδι γοῦν τοῖς ὑποτελέσιν ὄντα, ὡς ἀπέραντον εἶναι τὴν ἀπορίαν τοῦ δημοσίου. ἐπιλείποι δ' ἂν ἡμᾶς ὁ χρόνος, εἰ τὰς ὑπὸ Λέοντι πεσούσης τῆς πολιτείας ἀπαριθμησώμεθα συμφοράς, τῶν τότε οἴκοι κακῶν, τῶν ἐν μέσῳ πυρὶ δαπανηθέντων, συνέμιξαν τῶν τότε πολέμων τὸ δυστυχὲς καὶ ἄλλων μυρίων ἀτυ-

1 γερμανικῶς C. patet aliquid excidisse. F. 5 καὶ] an εἰς? 7 ὠχυρωμένην C. 10 μυριάδων-πεντακισχιλίας — χιλιας C. 12 lego ἐκλιπεῖν. F. ἀφορήσεται C. 18 ἤγον C, ἤγουν F. 21 τῶν-κακῶν-συνέμιξαν. legendum, ni fallor, τοῖς-κακοῖς-συμμίξαν. F.

Vandalis, nationi Germanicae, quae a Septentrione in Hispanias per Pyreneum montem transgressa Libyam invaserat, bellum inferre decrevit. itaque cum decem milia navium longarum, quas liburnas vocant, exercitu, qualem nulla aetas mirata est, implesset, magistratum ad incitas redegit, intentum coactumque quadringentis hominum milibus, trans mare contra terrae importuosis sinubus defensae difficultatem et barbarorum mirum quantum opulentorum potentiam dimicaturis, sumptum sufficere. insumpta quippe fatali illi bello, Basilisco malorum duce, auri sexaginta quinque, argenti autem septingenta librarum milia, equorum vero armorumque et hominum tantus numerus quantum omni aevo interiisse quis iure negaverit. (44) et post haec omnia naufragium totius rei publicae. nam cum non sufficeret pecunia publica, quantumque privatae erat imperatori, omnia exercituum complementa belli cladibus una perierunt. ac ne longus sim, ex illo casu aerarium haud amplius suffecit, sed ante tempus, quae nondum in spe, id est collatoribus sunt, in rem publicam impendit, ut infinita sit aerarii angustia. tempus autem, opinor, nos deficiat, lapsae sub Leone rei publicae clades si enarremus, domesticis tum malis, media urbis parte igne consumpta, mixtam bellorum infelicitatem aliorumque

χημάτων· ὡς αὐτὸν ἐκεῖνον, τὸν βασιλέα λέγω, τοῖς οἰκείοις κακοῖς ταραττόμενον μὴ μόνον τὴν αὐλὴν ἀπολιπεῖν, φασμάτων αὐτὸν ὥσπερ Ὀρέστην ἄνανδρον ἐνοχλούντων ἑτέρωθι διαιτᾶσθαι, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν δὲ τὴν πάγχρυσον ἀπολιπεῖν διασκέψασθαι ἀπολεῖ καὶ εἰς τοιαύτην βασιλείαν μετατρέψαι, εἰ μὴ θεὸς τοῦθ᾽ ὃ δέδωκε τῇ πόλει διεσώσατο κράτος. (45) καὶ Λέων μέν ποτε ἀπηλλάττετο, ἡ δὲ ἀρχὴ τοῖς ἐκείνου κατακλυσμοῖς ἐβυθίζετο, Ζήνωνος ἔνθεν τὸ τοῦ κηδεστοῦ κράτος ὑπεξελθόντος. δειλὸς δὲ ἦν, μᾶλλον δὲ δείλαιος, καὶ τοὺς πολέμους ἀπηργυρίζετο, μηδὲ ἐν εἰκόσι μάχην ὑπομένων ὁρᾶν, καὶ συνώθει τὸν ὕπαρχον χρυσίῳ πολλῷ τὴν εἰρήνην ὠνεῖσθαι, αὐτὸς περὶ δημεύσεις καὶ ὄλεθρον τῶν ἐν τέλει τῆς πολιτείας ἀγρυπνῶν. ἔσχε δὲ ὅμως καὶ αὐτὸς ἀναίσιον πέρας. τοσούτων κακῶν ἐπιχεθέντων τῇ πρόσθεν εὐδαίμονι τῶν ἀρχῶν, ἡ τύχη βραχύ τι γνήσιον δὲ γελῶσα τὸν Ἀναστάσιον θανατῶσιν ἐπέστησε τοῖς ὑπηκόοις, ὃς διὰ πάσης ἦλθεν ὁδοῦ τὴν ἔνδειαν τῶν κοινῶν ἀποτίσασθαι, καὶ δίκην οἰκοδεσπότου τινὸς τοὺς φόρους, ὅσοι σώζεσθαι δύναιντο, ταῖς ἀληθείαις ταῖς δαπάναις προσαρμόσας, καὶ λογισμοὺς ἀπῄτει τῶν δαπανῶν καὶ δικαίως ἐτίθετο, τὴν ἀμετρίαν διαφεύγων, οὐχ ὥσπερ ὁ Νέρων ποτέ, καὶ εἴ τινες ἐκεῖνον ζηλώσαντες δαπάνας μὲν ἀμέτρους ἐποιήσαντο, λογισμοὺς δὲ μέχρι μνήμης ἢ λαβεῖν πρὸς τῆς ἐπαρχότητος ἢ πρᾶξαι πρὸς αὐ-

2 τὸν C. 4 πόλιν? 8 κηδετοῦ C. 10 θρᾶν C. 14 θανατωσεν C. 17 ταῖς ἀληθεστάταις δ.? 19 οὐχ add F.

innumerarum calamitatum; ut ipse ille, imperator inquam, suis perturbatus malis, non modo aula relicta, spectris quasi ignavus Orestes exagitatus, alibi habitaverit, verum ipsam quoque auream civitatem exitio relinquere cogitaverit, unusque tantam imperii sedem evertisset, ni deus, quod dedit urbi imperium, conservasset. (45) et Leo quidem aliquando esse desiit: at praefectura concitatis ab eo inundationibus submersa est, Zenone deinde soceri imperium tenente. erat autem timidus, seu potius miser, et bella pecunia redimebat, ne in imaginibus quidem pugnam sustinens videre, praefectumque multo auro pacem mercari cogebat, ipse bonis publicandis et principum in re publica virorum exitio intentus. habuit vero et ipse pariter infelicem exitum. tantis malis submerso felici quondam magistratu, fortuna paulisper quidem sed sincere arridens Anastasium moribundis civibus praeposuit; qui ut publicae inopiae mederetur, nullam non iniit rationem, et more patrisfamilias cuiusdam tributa, quanta servari poterant, sumptibus re ipsa accommodans, rationes sumptuum et exigebat et iuste reddebat, immodicum fugiens; neque quemadmodum Nero olim, et si qui eum aemulati, sumptus quidem immodicos fecere, rationes autem mentione tenus aut accipere a praefecto aut ei

τὴν ἠξίωσαν, ποταμοὺς ἢ τάχα θάλασσαν ὅλην βλύζειν αὐτοῖς τὸ χρυσίον οἰόμενοι.

46. Νέμασα δ' ὅμως ἡ τύχη, καὶ σκοπῷ διοικήσεως τὰ νεῦρα παρέλυσε τῆς πολιτείας. τῶν γὰρ βουλευτικῶν συστημάτων διοικούντων τὰς πόλεις καὶ τὸν στρατιώτην ἀποτρεφόντων καὶ ἀληθῶς πολιτευομένων τοῖς πράγμασι, Μαρῖνός τις ἐκ τῶν λεγομένων σκρινιαρίων τῆς ἑῴας διοικήσεως παρεισδὺς ἐντέχνως τῷ βασιλεῖ ἀναπείθει πᾶσαν αὐτῷ τὴν πολιτείαν, διαψηφίσαντι τοὺς φόρους, καταπιστεῦσαι, ὁμολογήσας χρυσίον τῷ βασιλεῖ περιποιεῖν. φιλοκερδὴς δὲ ἠρέμα ἐτύγχανεν ἐκεῖνος οἷα Ταυλάντιος καὶ Ἐπιδάμνου τῆς Ἰλλυρίδος· Δυρράχιον αὐτὴν Κρῆτες ἀποικήσαντες ἐκεῖ προσηγόρευσαν, ἀπὸ Δουρράχου τότε βασιλεύοντος Κρητῶν, ὡς ὁ Ῥωμαῖος Λουκανὸς ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἐμφυλίων φησίν, ἢ Κορκυραῖοι Κορινθίων ἄποικοι κατὰ τὸν συγγραφέα. καὶ πολὺς ἦν λόγος ἀπληστίας κατηγορῶν τὸν Ἀναστάσιον, ὡς καὶ ἐλεγείας τινὰς ἐπὶ τοῦ ἱπποδρομίου ἀνατεθῆναι πρὸς τοῦ δήμου κατ' αὐτοῦ, εἰκόνος αὐτῷ σιδηρᾶς ἐπὶ τοῦ ἱπποδρόμου ἀνατεθείσης. οἱ δὲ στίχοι τοῦ λεγομένου παρὰ μὲν Ῥωμαίοις φαμώσου καθ' ἡμᾶς δὲ βλασφημίας οἵδε.

εἰκόνα σοί, βασιλεῦ κοσμοφθόρε, τήνδε σιδήρου
στήσαμεν ὡς χαλκῆς οὖσαν ἀτιμοτέραν,

1 lego οὐκ ἠξίωσαν. F. vel ἀπηξίωσαν. 3 νεμεσᾷ δ' ὅμως? 8 ἀναπείθειν C. 10 καὶ] ἐξ? 11 ἀποικησαν C. 13 Lucanus 2 610, de Brundusio: *urbs est Dictaeis quondam possessa colonis.* haec Lydus de Epidamno poetam dixisse putavit, eidemque, quod aliunde acceperat de nomine huius urbis, attribuit. F. 13 ἢ F, οἱ C. 15 ἐλεγεῖά τινα F. 19 ὧδε vulgo. 21 Anthologia: ἄνθεσαν ὡς χαλκοῦ πολλὸν ἀτιμοτέρην. F.

reddere non sunt dignati, flumina vel totum forte mare aurum sibi profundere arbitrantes.

Σελήνη λέοντι. εἰ ὁ ἥλιος ἀμαυρὸς γενήσεται, μέγας ἀνὴρ ἀπολεῖται, ἐπὶ δὲ τῶν πραγμάτων ἕτερος ἔσται ἀρχικώτερος. εἰ ἡ σελήνη ἀμαυρὰ γένηται τῇ ἑωθινῇ φυλακῇ, στράτευμα ἀλλότριον ἐπελεύσεται τῇ τοῦ βασιλέως χώρᾳ. ἐὰν σεισμὸς γένηται, θόρυβος ἔσται καὶ ἀνδρὸς δυνατοῦ ἀναίρεσις. εἰ κεραυνὸς πεσεῖται, πόλεις παράλιοι ἐρημωθήσονται. εἰ ἡ σελήνη αἱματοειδὴς φανῇ, ἀπώλειαν δυνατῶν δηλοῖ. εἰ ἄνεμος σφοδρὸς πνεύσῃ, τῇ χώρᾳ συνοίσει. ἐὰν ὁμίχλη πέσῃ, ἀνάγκη συμπεσεῖται ἀνδρὶ μεγάλῳ. ἐὰν σεισμὸς γένηται ἀπὸ νουμηνίας ἕως δεκάτης, φόνους καὶ στενώσεις καὶ φθορὰν τῶν κτηνῶν ἀπειλεῖ ἢ λιμόν, μεταλλάξει δὲ καὶ ὁ ἡγούμενος τῆς χώρας. εἰ ἀπὸ δεκάτης ἕως τριακοστῆς σεισμὸς γένηται, σημαίνει μὲν ταραχὰς καὶ φυγάς, ἐλπίδα δὲ ἀγαθῶν. εἰ σεισμὸς γένηται νυκτὸς παρ' ἀμφιλύκῃ, πρὸς μὲν βραχὺ ἀγαθὰ ἔσται, ἀκολουθήσει δὲ τὰ πάντων ἀλγεινότατα.

3 λοιποῖς] num κοινοῖς? quod Lydus opposuisset τοῖς πρωτεύουσιν. H. 11 restitui ex phrasi simili p. 295 18. H. 14 num αἱματώδης? certe αἱματοειδής nusquam alibi repperi. 21 num νυκτὸς ἢ παρ'? H.

meridiem, numina irata minitatur; si motus fit a hora sexta ad tricesimam, principibus regionis exilium, reliquis turbas denuntiat. terraemotus si fit a prima vigilia noctis ad tertiam ineuntem, viris doctrina spectatis dehonestamentum, libris interitum, gentibus Orientis bella minatur.

Luna leone. sol si obscuratur, vir magnus interibit, rerumque potietur alter aptior ad imperium. luna si obscuratur quarta vigilia, exercitus peregrinus invadet provincias Caesaris. terra si quatitur, tumultus erit et viri potentis ruina. fulmen si defertur, urbes maritimae vastabuntur. luna si cruenta videtur, interitum potentium declarat. si ventus flat vehemens, proderit regioni. nebula fusa necessitas obveniet viro magno. terraemotus si fit a nova luna ad decimam, caedes angustiasque et interitum pecudum minitatur aut famem; princeps quoque regionis mutabitur. si motus fit a die decimo ad tricesimum, turbas quidem et exilia, sed spem tamen prosperitatis significat. terra si movetur noctu anteluculo, per exiguum tempus prosperitates erunt, sed casus omnium acerbissimi sequentur.

Σελήνη παρθένῳ. εἰ ὁ ἥλιος ἐρυθρὸς γένηται, σύμμαχοι ἀποστήσονται. εἰ ἡ σελήνη ἀμαυρὰ γένηται τῇ πρώτῃ φυλακῇ, φθορὰ κτηνῶν ἔσται. εἰ τῇ ἑωθινῇ φυλακῇ τὸ αὐτὸ γένηται, μέγας ἀνὴρ ἀπολεῖται. εἰ ὁ τῆς Ἀφροδίτης ἀστὴρ πλησίον τῇ σελήνῃ γένηται, πολέμους ἐμφυλίους ἀπειλεῖ. εἰ πρηστὴρ πέσῃ, αἱ παράλιοι πόλεις ἀφανισθήσονται. εἰ ἀπὸ γῆς ἦχος γένηται, πόλεμον τοῖς παραλίοις ἀπειλεῖ. εἰ σελήνης ἀνισχούσης αἱ κεραῖαι αὐτῆς ἀλλήλαις πλησιάσωσι, κατομβρίαν δηλοῖ εἰς ἀπώλειαν καρπῶν. εἰ ἐκλίπῃ ἡ σελήνη, μέγας ἀνὴρ ἀπολεῖται. εἰ σεισμὸς γένηται, ἀνθρώπων φθορὰν ἀπειλεῖ. εἰ ἐν ἡμέρᾳ ἀστέρες φανῶσιν, ἀναίρεσις ἔσται ἀνθρώπων. εἰ ἄνεμος βίαιος πνεύσῃ, εἰρήνην παρ' ὅλον τὸν ἐνιαυτὸν δηλοῖ. εἰ σεισμὸς γένηται ἀπὸ νουμηνίας ἕως ἑβδόμης, εὐθηνίαν, ἅμα δὲ καὶ βίαιον θάνατον προσδοκητέον καὶ Περσῶν ἔφοδον. εἰ ἀπὸ ὀγδόης ἕως δεκάτης σεισμὸς γένηται, ἔνδειαν σίτου ἀπειλεῖ. εἰ σεισμὸς γένηται νυκτός, φθορὰν τῶν πρωτευόντων τοῦ ἔθνους καὶ ἀλλοίωσιν τῶν πραγμάτων ἀπειλεῖ. εἰ πολλάκις γένηται σάλος, ταραχὰς καθολικὰς προλέγει καὶ τῶν δυναστῶν μετάπτωσιν.

20. *Σελήνη ζυγῷ.* εἰ ὁ οὐρανὸς ταραχώδης γένηται ἐπὶ τῆς πρώτης φυλακῆς τῆς νυκτός, λιμὸν ἀπειλεῖ· εἰ δὲ ἐπὶ δευτέρας, δυτικαὶ πόλεις αἰχμαλωτισθήσονται· εἰ δὲ ἐπὶ τῆς ἑωθινῆς, λικμητὸν ἀνθρώποις ἀπειλεῖ. εἰ ἦχος ἀπὸ τῆς γῆς γένηται, φθόνους ἀπειλεῖ. εἰ πρηστὴρ πέσῃ, παλαιαὶ

24 fort. φόνους. H.

Luna virgine. sol si rubet, socii deficient. luna si prima vigilia obscura fit, strages pecudum erit. idem si fit vigilia quarta, vir magnus interibit. Veneris stella si propius accedit ad lunam, bella civilia minatur. prester si cadit, civitates maritimae delebuntur. fremitus terrae si auditur, maritimis bellum denuntiat. lunae orientis cornua, si alterum alteri appropinquat, vim imbrium significant ad perniciem frugum. si luna deficit, vir magnus interibit. terra si quassatur, interitum minatur hominum. si stellae luce apparent, internecio hominum erit. ventus vehemens si flat, pacem declarat per totum annum: si terraemotus fit a nova luna ad septimam, copia rerum simulque mors violenta exspectanda et Parthorum irruptio. si ab octava luna ad decimam quassatur terra, penuriam frumenti minatur: idem si fit noctu, populo exitium principum rerumque immutationem minitatur. procella mare crebro agitans turbas omnia miscentes praedicit hominumque potentium ruinam.

20. **Luna libra.** caelum si prima vigilia noctis turbidum videtur, famem minatur: si secunda, civitates Occidentis in servitutem redigentur: si quarta, dispersionem hominibus minitatur. si sonitus fit e terra, invidias denuntiat. prester si cadit, civitates antiquae vastabun-

πόλεις ἐρημωθήσονται. εἰ ὁ ἕσπερος ὑπὸ τῆς σελήνης διέλθῃ, ἀνὴρ δυνατὸς ἀναιρεθήσεται. εἰ παρὰ πάντα τὸν μῆνα βίαιος ἄνεμος ῥεύσῃ, ταραχὰς ἀπειλεῖ. εἰ σεισμὸς ἀπὸ νουμηνίας ἕως δεκάτης γένηται, φθορὰ κτηνῶν ἔσται καὶ πτῶσις τοῦ ἡγουμένου τῆς χώρας· εἰ δὲ ἀπὸ ἑνδεκάτης ἕως λ̄, προνομὴν ἀπειλεῖ τῆς χώρας.

Σελήνη σκορπίῳ. εἰ κατὰ τὴν πρώτην τῆς νυκτὸς φυλακὴν αἱματώδης ἡ σελήνη φανῇ, ἀνταρσίαν καὶ ἑτέρου προαγωγὴν δηλοῖ. εἰ ὁμιχλάνη ὁ ἀὴρ ἢ ἐπὶ γῆς ῥίψῃ τὴν ἀχλύν, φθορὰ ἔσται σίτου. εἰ δὲ διάττῃ ἀστήρ, φθορὰν σίτου καὶ ἀνθρώπων ἀπειλεῖ, ὅταν μέντοι ἀπὸ ἀνατολῶν εἰς δυσμὰς ἐκτρέχοι. εἰ δὲ ἦχος ἐκ τῆς γῆς γένηται, φυγὴν ἀπειλεῖ. εἰ δὲ αἱ κεραῖαι τῆς σελήνης συμπέσωσι, σῖτος μὲν ἔσται πολύς, τετραπόδων δὲ θάνατος καὶ θηρίων ἔσται. εἰ σεισμὸς γένηται, ἀνὴρ ἀπολεῖται μέγας. εἰ δ' ὁ ἕσπερος ἐγγίσῃ τῆς σελήνης, θόρυβοι ἔσονται.

Σελήνη τοξότῃ. εἰ ἡ σελήνη αἱματώδης φανῇ, πόλεις μεγάλαι ἀνάστατοι ἔσονται. εἰ ἡ σελήνη ἀμαυρὰ γένηται κατὰ τὴν πρώτην φυλακὴν ἢ κατὰ τὴν μεσομηνίαν, οἱ περὶ τὰ βασίλεια ταραχθήσονται· εἰ δὲ κατὰ τὴν δευτέραν φυλακήν, τοῖς ἐν θαλάσσαις πόλεμον δηλοῖ· εἰ δὲ τῇ ἑωθινῇ, ἀνὴρ δυνατὸς ὑπὸ βασιλέως ταραχθήσεται. εἰ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἡ σελήνη αἱματώδης φανῇ, σφαγὰς ἀπειλεῖ. εἰ πνεῦμα βίαιον παρ' ὅλον πνεύσῃ τὸν μῆνα, ἄνδρες μεγάλοι

5 ἀπὸ ιε C. 9 num ῥήξῃ? H. 12 φυγειν C.

tur. Vesperus si sub luna transit, vir potens tolletur de medio. ventus vehemens si flat per totum mensem, turbas minatur. terra si quassatur a luna nova ad decimam, lues pecuaria erit et ruina eius qui praeest regioni. si ab undecima ad trigesimam, vastationem minatur tractui illi.

Luna scorpione. luna si prima noctis vigilia cruenta videtur, seditionem novique principis evectionem declarat. caelo nebuloso aut caliginem in terram fundente, calamitas frumenti futura est. traiectiones ignium calamitatem et frumento et hominibus minitantur, quando nimirum stella ab oriente occidentem versus emicat. sonitus si fit ex terra, fugam minatur. si lunae cornua confundunt sese, frumentum copiosum, sed strages quoque erit quadrupedum et belluarum. si terra movetur, vir magnus interibit. Vesperus si ad lunam appropinquat, turbae erunt.

Luna sagittario. luna si cruenta videtur, civitates amplae solum vertent. luna si obscura fit sub primam vigiliam aut sub idus, palatini conturbabuntur. si circa secundam vigiliam, maris incolis bellum declarat: si vigilia tertia, vir potens a Caesare vexabitur. eodem tempore luna si cruenta videtur, caedes minatur. flatus vehemens si spirat

ἀπολοῦνται. εἰ ἀστὴρ διάττοι ἀπὸ τοῦ νότου ἐπὶ τὸν βορρᾶν, οὐ μόνον αὐτὸν πνεῦσαι τὸν νότον ἀλλὰ καὶ πόλεμον τοῖς ἐπιθαλασσίοις δηλοῖ. εἰ ὁμίχλη πέσῃ εἰς τὴν γῆν, βλαβερὸν τῷ σπόρῳ. εἰ ἐκλείψῃ ἡ σελήνη, φθορὰ ὑποζυγίων ἔσται. εἰ ἦχος ἐκ τῆς γῆς γένηται, ἀνθρώπων φυγὴ ἔσται. εἰ αἱ κεραῖαι τῆς σελήνης συμπέσωσι, σῖτος ἔσται πολὺς καὶ θάνατος τετραπόδων καὶ φθίσις ἀνθρώπων.

ΠΕΡΙ ΒΡΟΝΤΩΝ.

21. Πολλῶν καὶ ὑπὲρ ἀριθμὸν ὄντων ὅσα τοῖς φυσικοῖς περὶ βροντῶν ἐδόκει, κέκριται συμβαίνειν αὐτὰς ἀπορρηγνυμένων τῶν νεφῶν καὶ ἐπικυλιομένων ἑαυτοῖς κινήσει σφοδρᾷ, τῇ τε προσρήξει ἐξαπτομένων εἰς ἀστραπὰς καὶ ἤχους κάρτα βιαίους, ἀλλοιοῦσθαι δὲ τὸν ἀνάμεσον τῆς ὑπηνέμου ζώνης καὶ τῆς γῆς ἀέρα. Χαλδαῖοί γε μὴν δυνάμεων ἀερίων εἶναι φωνὰς μὲν τὰς βροντάς φασι, δρόμους δὲ τὰς ἀστραπάς. τῷ δὲ Ἐπικούρῳ ἀπὸ ξηρᾶς ὀγκώσεως ἐκ τῆς γῆς, εἶτα συγκλειομένης τοῖς ὄρεσι, δίκην τῶν ἐν τοῖς σώμασιν ὄγκων, οὔπω διεξόδων τυχόντων, οἱ στρόφους καὶ τροχώσεις ἐμποιοῦσι τῷ κατ' αὐτὸν λεγομένῳ κενῷ. οὐδὲ γὰρ δυνάμεων εἶναι πλήρη τὸν ἀνάμεσον οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς δίδωσι χῶρον κατὰ τοὺς Πυθαγορείους. καὶ ἀληθῆ ἀξιοῖ λέγειν τῷ μὴ καθ' ἑτέραν ἢ κατὰ τὴν θερινὸν ὡς ἐκ τοῦ πλείονος ὥραν βρον-

16 ἐγκλειομένης C. 18 αὐτῶν C, αὐτούς R. 20 ἀληθῆ om C. τὸ C. 21 ὁρᾶν RV.

per totum mensem, viri magni interibunt. stella si emicat ab austro ad aquilonem, non modo spiraturum austrum sed bellum quoque maritimis declarat. nebula si in terram funditur, damnosum sementi: luna si deficit, interitus iumentorum erit. sonitus si fit e terra, hominum erit fuga. cornua lunae si confundunt sese, frumentum erit copiosum, incidentque mortes quadrupedum et hominum tabes.

DE TONITRIBUS.

21. Cum multae sint atque innumerae physicorum de tonitribus opiniones, obtinuit sententia, accidere illa, quod diffractae nubes aliae super alias volvantur citato motu, adeo ut collisu accensae in fulgetra strepitusque immanes admodum erumpant, immuteturque aër qui inter tranquillam a ventis zonam et terram intersit. Chaldaei potestatum aëriarum voces tonitrua esse aiunt, fulgura eorundem discursus. iuxta Epicurum e sicca mole atomorum ex terra manante montibusque conclusa, ritu uncorum (ita enim atomos, hoc est individua, vocat) in corporibus, qui tormina efficiunt et rotationes in eo quod inane auctore eodem appellatur: haudquaquam enim concedit Epicurus refertum esse secundum Pythagoreos potestatibus interiectum inter caelum et terram locum. atque ideo perhibet vera se dicere, quod plerumque nonnisi

τὰς ἐπιῤῥήγνυσθαι, καὶ διαφερόντως ἐκδίδοσθαι ξηροτέρας, ἡνίκα βαθείας οὔσης τῆς ἐν τῷ μέσῳ χώρας ὄρεσιν ὑψηλοῖς ὁ τόπος ἐκκλείοιτο. καὶ ἅμα μὲν οὖν αὐτὸν ἑκάτερον γίνεται, ἡ βροντὴ ἥ τε ἀστραπή· ἐπειδὴ δὲ ὀξυτέρα τῆς ἀκοῆς ἡ ὄψις τῷ θᾶττον ἐπὶ πᾶν ἐκτείνεσθαι, πρώτην ὁρᾶσθαι πολλάκις συμβαίνει τὴν ἀστραπήν.

22. Πᾶσα δὲ βροντή, καὶ τούτων αἱ μετέωροι καὶ διηχέσταται μάλιστα, σημαίνουσί τι, καὶ διαφερόντως ἐκ τοῦ ἀριστεροῦ μέρους τοῦ κόσμου· τοῦτο δ᾽ ἂν εἴη τὸ νότιον. αἱ γὰρ πρὸς νότον εἰσὶ θειότεραι κατὰ τὸν ποιητήν, ἐπεὶ καὶ πρὸς τοῦ τῆς γῆς ἐφόρου ἐπιτροπεύεται, ὡς Αἰγυπτίοις δοκεῖ, τοῦ Κρόνου λέγω, ὥσπερ τὸ βόρειον ὑπὸ τοῦ τῆς γενέσεως αἰτίου· ὅθεν καὶ πρὸς νότον τὰ ἱερὰ ἀπευθύνεσθαι Ἑβραίοις καὶ Αἰγυπτίοις δοκεῖ. τὰ δὴ οὖν χρησιμώτατα τῶν περὶ τούτου θεωρημάτων καταμαθών, καὶ τῶν κιβδήλων ἐκκαθάρας, τὴν θεωρίαν ὑποθήσω τῷ λόγῳ· ποικίλως γε μὴν οὔσης καὶ πολυσχιδοῦς τῆς θεωρίας, τέως χρειῶδες διαρθρῶσαι τὴν παράδοσιν. οἱ μὲν δὴ παλαιοὶ τῶν περὶ ταῦτα σπουδαίων πρὸς τὴν σελήνην καὶ τὰς ἐν αὐτῇ φάσεις τὸν περὶ βροντῶν σκοπὸν ἀπευθύνουσιν, ἐπεὶ καὶ μᾶλλον ἐπιβέβηκεν αὕτη τῷ γένει τῷ παντὶ καὶ πάντα προσεχῶς διοικεῖται δι᾽ αὐτῆς, ὅθεν καὶ τύχη πρός τινων καὶ πρόνοια λέγεται· οἱ δὲ Αἰγύπτιοι πρὸς ἥλιον καὶ τοὺς τῶν ἐν οὐρανῷ ζῳδίων οἴκους τὸν στοχασμὸν

3 malim ἐγκλείοιτο. H. leg. αὐτῶν sive αὐτοῖν. H. 7 αἱ ἔρωροι C. 8 fort. αἱ ἐκ. H. 10 καί C. 17 μὲν δὴ om C. 18 τὴν σελήνην καὶ om C. τῶν C et σκοπῶν.

aestatis tempore tonitrua displodantur, et sicciora maxime evadant, quando, depressa media regione, celsis montibus locus concludatur. fiunt autem ambo simul, tonitruum et fulgetrum: sed quoniam auditu visus velocior ociusque ad omnia extenditur, saepe ut fulgetrum prius cernatur accidit.

22. Omne tonitruum, eorumque potissimum quae sunt maxime sublimia et resonantia, significat unum quid, ac praecipue quae audiuntur a parte laeva mundi, quam australem nuncupare possis. nam quae vergunt ad austrum, diviniora sunt, Homero teste, quandoquidem, ut Aegyptii autumant, a praeside terrae administrantur, nimirum a Saturno, sicut pars septentrionalis ab eo qui generationis est principium. quocirca Hebraei quoque et Aegyptii ad austrum versus peragere sacra solent. ego percognitis utilissimis ex disciplinae huius capitibus, doctrinam expurgatis adulterinis subiungam sermoni: sed cum varia sit disciplina et multiplex, ex usu est prius articulatim distinguere principia. ex studiosis disciplinae antiquiores ad lunam eiusque praefulsiones observationem tonitrualem dirigunt, quod illa potius praesit generi universo, et omnia continuo ab ea administrentur; quare et fortuna a nonnullis et providentia nominatur. contra Aegyptii ad solem et caelestium

ἁρμόζειν διισχυρίζονται. καὶ οἱ μὲν καθ' ἑκάστην ἡμέραν τοῦ ἡλιακοῦ μηνός, οἱ δὲ ὡσαύτως ἐφήμερον τὸν σεληνιακὸν μῆνα διαλαμβάνουσι. καὶ οὗτοι μὲν πρὸς τὰ ζῴδια τὸν ἥλιον, ἐκεῖνοι δὲ τὴν σελήνην ἀνιχνεύουσιν. ὥστε χρειῶδες πάντων ἀνὰ μέρος καὶ ὑφ' ἓν ἐπιμνησθῆναι, καὶ πρῶτον τῶν ἡλιακῶν σημείων· δεῖ γὰρ ἥλιον κάλλει καὶ δυνάμει τὴν πᾶσαν διακόσμησιν ἀναβεβηκότα, καὶ τοσούτῳ κρείττονα τῶν αἰσθητῶν ὅσῳ τἀγαθὸν τῶν νοητῶν, κἀνταῦθα τὰ πρῶτα λαβεῖν.

23. Ὁ ἥλιος αἰγοκέρωτι μηνὶ Ἰανουαρίῳ. ἡλίου πρὸς αἰγόκερων παριόντος, εἰ βροντὴν ἐπιρραγῆναι συμβαίη, ἀχλὺς ἔσται παχεῖα καὶ καπνώδης, ὡς ἀώρους τοὺς καρποὺς ἐναπομαρανθῆναι τοῖς φυτοῖς, καὶ ἄποιος ὁ οἶνος. εἰ δὲ μέχρι τῆς ἐπιτολῆς τοῦ κυνὸς ἡ ἀχλὺς ἐπιμένοι, ἐπίνοσος ὁ ἐνιαυτὸς ἔσται καὶ σίτου ἐνδεής. διαφερόντως δὲ ταῦτα συμβήσεται ἐπί τε Μακεδονίας Θρᾴκης Ἰλλυρίδος καὶ τῆς ἄνω Ἰνδικῆς Ἀριανῆς τε καὶ Γεδρωσίας· καὶ γὰρ αὗται ὑπὸ τὸν αἰγόκερων. ταραχαὶ δὲ καὶ φόβοι τοῖς θήλεσι τῶν ζῴων, λογικῶν τε καὶ ἀλόγων, ἐπιγενήσονται, ὅτι θῆλυ ζῴδιον ὁ αἰγόκερως.

Ὁ ἥλιος ὑδροχόῳ μηνὶ Φεβρουαρίῳ. ἡλίου ἐπὶ ὑδροχόον ἰόντος εἰ βροντὴν γενέσθαι συμβαίη, Σαυρομάταις Ὀξιανοῖς Σογδιανοῖς, Ἀραβίᾳ μικρᾷ, Ἀζανίᾳ μέσῃ, Αἰθιοπίᾳ (ὑδροχόῳ δὲ ἀνάκειται αὗται αἱ χῶραι) ἀφθονίαν μὲν τοῦ σίτου διασημαίνει, πτῶσιν δὲ ἀνδρῶν ἐνδόξων ἐν ταῖς εἰρημέναις διαφαινομένων

8 κἀνταῦθα πρῶτον V. 20 βροχήν C.

signorum domos contemplationem accommodari a se contendunt. hi quotidie diem mensis solaris, illi aeque quovis die mensem lunarem distinguunt: hi per duodecim signa solem, illi lunam investigant. ita non ab re fuerit omnium sigillatim et ad unum meminisse, ac primo quidem augurii solaris. oportet enim solem, qui specie ac vi toti huic ordinationi antecellat, tantumque inter sensibilia praestet quantum bonum inter intelligibilia, hic quoque prima tenere.

23. Sol capricorno, mense Ianuario. sole ad capricornum accedente, si tonitrum edi contingat, nebula existet spissa et fumida, ut fruges in ipsis stipitibus ante tempus marcidae futurae sint vinumque fatuum. nebula si usque ad ortum caniculae perseveret, morbis obnoxius annus erit et sterilis frumenti. inprimis ea accident per Macedoniam, Thraciam, Illyriam, Indiam superiorem, Arianam, Gedrosiam: hae enim sub capricorno sitae sunt. turbae quoque et formidines invadent feminas inter animantia cum rationalia tum ratione destituta, quia femineum signum est capricornus.

Sol aquario, mense Februario. sol quando ad aquarium accedit tonitrumque fieri contingit, Sarmatis, Oxianis, Sogdianis, Arabiae minori, Azaniae mediae, Aethiopiae (ad aquarium referuntur hae regiones) frumenti abundantiam significat, ruinamque item virorum nobilium, elu-

χώραις, καὶ οὐκ ἀνδρῶν μόνον ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν τοῖς ἄλλοις ζῴοις ἀρσενικῶν, ὅτι ἄρρεν ζῴδιον ὁ ὑδροχόος.

Ὁ ἥλιος ἰχθύσι μηνὶ Μαρτίῳ. ἡλίου ἰχθύσι γενομένου εἰ τυχὸν ἐν ἡμέρᾳ βροντὴ γένηται, ὁ ἄμητος ἔσται γεννημάτων ἀφθονώτατος, οἵ τε ὑγροὶ καρποὶ οὐχ ἥκιστα ἐπιδώσουσιν. ἐπί τε τῆς καθ' ἡμᾶς Λυδίας Κιλικίας Παμφυλίας Φαζανίας Νασαμωνίτιδος καὶ Γαραμαντικῆς (καὶ γὰρ ὑπὸ τοῖς ἰχθύσιν αἱ χῶραι) τὰ θήλεα τῶν ζῴων ἀπὸ λογικῶν ἕως ἀλόγων σκυθρωπάσει, ὅτι θῆλυ ζῴδιον οἱ ἰχθύες.

24. *Ὁ ἥλιος κριῷ μηνὶ Ἀπριλίῳ. ἡλίου ἐπὶ τὸν κριὸν ἀνιόντος εἰ βροντὴν γενέσθαι συμβαίη ἀλλὰ μὴ βροχὴν ἐπακολουθῆσαι, ἐπὶ Βρεταννίας, Γαλατίας, Γερμανίας, Βασταρνῶν, Συρίας κοίλης, Ἰουδαίας, Ἰδουμαίας πτῶσις ἀνθρώπων ἔσται θόρυβοί τε κατὰ πόλεις καὶ πνιγμοὶ καὶ αὐχμοὶ καὶ τῶν φυτῶν ἀκαρπία, καὶ διαφερόντως τῶν ἀρρενωπῶν, ὅτι ἄρρεν ζῴδιον ὁ κριός.*

Ὁ ἥλιος ταύρῳ μηνὶ Μαΐῳ. κατὰ τοῦτο τοῦ καιροῦ εἰ βροντὴν ἐπιτροχάσαι συμβαίη, ἔνδειαν τῶν ἐπιτηδείων προσδοκητέον, οὐχ ἥκιστα δὲ τὰ ἀκρόδρυα ἀποτεύξεται· καὶ γὰρ ἁπαλὰ καὶ ὡς πρὸς τοὺς ἄλλους καρποὺς μαλακώτατα. οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ πόλεις αἱ πρὸς τῇ θαλάττῃ πολεμίοις παραστήσονται, ἐπί τε τῶν Κυκλάδων καὶ τῶν παραλίων τῆς μικρᾶς Ἀσίας (καὶ γὰρ Ἀφροδίτης ἡ θάλαττα), Κύπρου Μηδίας τε καὶ Περσίδος

8 *τὰ* vulgo om. *σκυθρωπάζει* C. 19 *ἐπιτεύξεται* R.

centium in regionibus modo dictis. neque hominum solum, sed masculorum quoque inter alias animantes: quippe masculum signum aquarius.

Sol piscibus mense Martio. sole pisces ingresso, si forte interdiu tonet, messis erit frugibus abundantissima, nec minimus baccarum pomorumque fetus. sed per nostram Lydiam, Ciliciam, Pamphyliam, Phazaniam, Nasamonitidem, Garamanticam (nam sub piscibus tractus illi) feminae animantium, ab iis quae ratione utuntur usque ad bruta, contristabuntur: nam signum femineum sunt pisces.

24. Sol ariete mense Aprili. sole ad arietem se tollente si forte tonet, ita tamen ut pluvia non subsequatur, per Britanniam, Galliam, Germaniam, per Bastarnas, Coelesyriam, Iudaeam, Idumaeam, strages hominum erit, tumultus per civitates, aestus, siccitates, frugum interitus, praesertim in plantis speciei virilis: nam signum masculum aries.

Sol tauro mense Maio. sub id tempus si contingit ut tonitruum fiat, inopia victus exspectanda, nec minimam calamitatem baccae accipient: tenerae enim sunt et cum aliis frugibus collatae mollissimae. neque minus civitates maritimae ab hostibus subigentur, per Cyclades orasque Asiae minoris (quippe mare Veneri proprium est), per Cyprum,

αὐτῆς, ἐπεὶ καὶ μαλακώτερα τὰ ἔθνη, ὅτι θῆλυ ζῴδιον ὁ ταῦρος. ταύτῃ γὰρ καὶ ταῦρος Εὐρώπης ἐρασθῆναι λέγεται, ὅτι τοῦ ἀνατολικοῦ κέντρου κριῷ, ἔστι δ' ὅπου καὶ πρὸ αὐτοῦ, νέους ὁρῶντος καρποὺς μόλις Εὐρώπη ὑπὸ τῷ ταύρῳ βλέπει.

Μηνὶ Ἰουνίῳ. εἰ ἐν διδύμοις ἡλίου ὄντος βροντὴν γενέσθαι συμβαίη, ὑγρῶν μὲν καὶ ξηρῶν καρπῶν ἀφθονίαν ἐλπιστέον, ἀνδρὸς δὲ δυνατοῦ ἀθρόαν ἀπόπτωσιν. Ὑρκανία δὲ καὶ Ἀρμενίαι δύο, Ἀμαδιανή, Μαρμαρική, Αἴγυπτος ἡ κάτω, παρὰ τὰς ἄλλας χώρας ἀτυχήσουσι, καὶ διαφερόντως περὶ τοὺς ἄνδρας· καὶ γὰρ ἀρσενικὸν ζῴδιον οἱ δίδυμοι καὶ ἀνθρωποειδὲς καὶ φίλιον.

25. *Μηνὶ Ἰουλίῳ.* ὅτι μὲν ὁ μὴν Κουϊντίλιος οὗτος τὸ πρὶν ὠνομάζετο, πρὸς δὲ τιμῆς Ἰουλίου Καίσαρος εἰς ταύτην μετετέθη τὴν προσηγορίαν, εἰς πλάτος ἡμῖν εἴρηται ἐν τῇ περὶ Μηνῶν πραγματείᾳ. εἰ τοίνυν καρκίνῳ ἡλίου γενομένου βροντὴν γενέσθαι συμβαίη, οἴνου μὲν δαψίλεια, τοῦ δὲ ἀέρος ξηρότης ἔσται. νόσοι τε φρικώδεις καὶ πυρεκτικοὶ καὶ κινδύνων ἐγγὺς ἐπί τε Βιθυνίας καὶ Φρυγίας ὅλης, Κολχικῆς, Νουμιδίας, Καρτάπων καὶ Ἀφρικῆς ταῖς θηλείαις διαφερόντως προσπεσοῦνται. φθαρήσονται δὲ καὶ τὰ ἐνάλια τὰ ὀστρακώδη μάλιστα· καὶ γὰρ θῆλυ ζῴδιον καὶ σελήνης οἶκος ὁ καρκίνος.

4 ὁρᾷ R. 9 ἄλλας] ἄκρας V. 20 τὰ ὀστρακ.] τὰ om C.

Mediam, Persiam ipsam, quia molliores gentes illae et taurus femineum signum est. ideo quoque taurus Europae amore captus esse traditur, quod, cum orientalis cardo sub ariete [hoc est mense Aprili] atque adeo prius nonnusquam fruges novas videat, Europa vix sub tauro eas conspicit.

Mense Iunio. sole in geminis commorante si forte tonitrus editur, udarum siccarumque frugum copia exspectanda, itemque viri potentis subita ruina. Hyrcania, Armeniae ambae, Amadiana, Marmarica, Aegyptus inferior praeter ceteras regiones vexabuntur, praecipue in viris: etenim signum masculum sunt gemini, specie humana et benevolentia praediti.

25. Mense Iulio. mensem hunc prius Quintilem appellatum in honorem Divi Iulii id ipsum nomen invenisse, in opere De mensibus fuse demonstratum a nobis est. ibi si sole cancrum ingresso accidat tonitruum fieri, vini abundantia aërisque siccitas erit. morbi horrendi, febriculosi, ancipites, per Bithyniam et Phrygiam totam, per Colchidem, Numidiam, Carthaginem, Africam, feminarum praesertim sexum invadent. peribunt item praecipue ex animalibus marinis quae sunt testacei operimenti. etenim femineum signum est cancer, et domus lunae.

Μηνὶ Αὐγούστῳ. Σεξτίλιος τὸ πάλαι καὶ οὗτος ὁ μήν· Αὔγουστος δὲ τῷ ἴσῳ τρόπῳ πρὸς μνήμης Αὐγούστου Καίσαρος μετεκλήθη, ὡς ἡ ἱστορία λέγει. ἐφ' οὗ ἡ βροντὴ γενομένη θόρυβον ἐξαίσιον τοῖς πράγμασι καὶ φθορὰν τοῖς καρποῖς ἐκ θηρίων ἀπειλεῖ ἐπί τε Ἰταλίας Γαλλιῶν Σικελίας Φοινίκης Ὀρχηνίας ἤτοι Ἀντορχηνίας. οὐχ ἥκιστα δὲ ταραχθήσονται οἱ ἄνδρες τῶν ἐθνῶν τούτων· καὶ γὰρ ἄρρεν ζῴδιον ὁ λέων.

Μηνὶ Σεπτεμβρίῳ. ἡλίου παρθένῳ γενομένου εἰ βροντὴν γενέσθαι συμβαίη, φθορὰν ζῴων εὐλαβητέον, ἁρπαγάς τε πολεμίων καὶ ἀνδραποδισμοὺς ἀνήβων, καὶ διαφερόντως τῶν παρθένων, ἐπειδὴ θῆλυ ζῴδιον ἡ παρθένος. οὐκ ἀπ* ταῦτα συμβήσεται, ἀλλ' ἐπὶ Ἑλλάδος Κρήτης Βαβυλωνίας Μεσοποταμίας καὶ Κοίλης Συρίας.

26. *Ἥλιος ζυγῷ μηνὶ Ὀκτωβρίῳ.* ἡλίου ζυγῷ γενομένου ἐὰν βροντὴ γένηται, θορύβους καὶ στάσεις σφαλερὰς μετὰ δυσμὰς ἡλίου ἀναφθῆναι προλέγει, καὶ τῇ ἀμπέλῳ τὴν ἐκ θηρίων βλάβην ἀπειλεῖ, ἐπί τε Βακτρίας, Κασπίας, Σηρικῆς, Θηβῶν τῶν ἄνω, Ὀάσεως, Τρωγλοδυτικῆς. ἡ δὲ ἐκ τοῦ θορύβου βλάβη οὐ γυναικῶν, ἀνδρῶν δὲ μᾶλλον καθάψεται, ἐπεὶ καὶ ἄρρεν τὸ ζῴδιον.

Ἥλιος σκορπίῳ μηνὶ Νοεμβρίῳ. εἰ κατὰ τοῦτο τοῦ καιροῦ βροντὴν γενέσθαι συμβαίη, ἀνὴρ μὲν δυνατὸς ἐκ τοῦ πο-

11 οὐκ — Συρίας] ea in solo C exstant, ibique 4 circiter vocabula hic sunt deleta. H. 13 ὅλης R. 17 num *Κασίας?* H. 18 Θάσεως CR.

Mense Augusto. is quoque mensis antiquitus Sextilis, postea item in memoriam Divi Augusti mutato nomine Augustus, teste historia, vocatus est. in eo tonitruum factum rebus tumultum ingentem, frugibus calamitatem ab animalibus illatam, per Italiam, Gallias, Siciliam, Phoeniciam, Orcheniam sive Antorcheniam, minitatur. nec minime conturbabuntur mares gentium illarum, quia signum masculum leo est.

Mense Septembri. sole virginem ingresso si accidit tonitruum fieri, strages animalium, direptiones hostiles, impuberum captivitates verendae, et praecipue puellarum, quia signum femineum est virgo. neque tamen * haec accident, sed per Graeciam, Cretam, Babyloniam, Mesopotamiam et Syriam coelen.

26. **Sol libra mense Octobri.** sole libram ingresso si tonat, turbas et seditiones periculosas post solis occasum exarsuras id portendit, vitique calamitatem ab animalibus inferendam minitatur, per Bactriam, Caspiam, Sericam, Thebas superiores, Oasim, Troglodyticam. tametsi turbarum incommoda non feminas sed mares magis afficient: quippe signum masculum est.

Mense Novembri. si per id tempus tonitru audiatur, vir potens in

λιτεύματος πεσεῖται, ὁ δὲ σῖτος ἄφθονος ἔσται ἐπί τε Κομμαγηνῆς καὶ Συρίας, Κασπίας, Μαυριτανίας καὶ Γαιτουλίας. τὸ δὲ θῆλυ γένος τῶν ζῴων κακωθήσεται, καὶ διαφερόντως ἐπὶ τῶν χωρῶν τούτων, ὅτι θῆλυ ζῴδιον ὁ σκορπίος.

Μηνὶ Δεκεμβρίῳ. ἡλίου ἐπὶ τοξότην ἰόντος εἰ βροντὴν ἐπιρραγῆναι συμβαίη, τοῖς Περσῶν βασιλεῦσι κίνδυνος ἐπιπεσεῖται τῷ τε ἔθνει παντί. ἡ δὲ Κελτικὴ πρὸς Ἱσπανίας καὶ Τυρρηνία καὶ ἡ εὐδαίμων Ἀραβία σφόδρα ταραχθήσεται, καὶ διαφερόντως τοῖς ὅπλοις, ἐπεὶ καὶ ἄρρην ὁ τοξότης.

8 τῇ εὐδαίμονι Ἀραβίᾳ C.

re publica corruet; frumentum copiosum erit per Commagenem, Syriam, Caspiam, Mauritaniam, Gaetuliam. sexus muliebris animantium vexabitur, et praecipue in regionibus illis: nam femineum signum est scorpio.

Mense Decembri. quando sole ad sagittarium accedente contingit tonitruum cieri, regibus Parthorum totique populo periculum afferetur. Celtica Hispaniam versus, Etruria, Arabia felix conturbabuntur admodum, et praecipue armis, quia masculini sexus sagittarius est.

ΕΦΗΜΕΡΟΣ ΒΡΟΝΤΟΣΚΟΠΙΑ

ΤΟΠΙΚΗ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΣΕΛΗΝΗΝ

ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΡΩΜΑΙΟΝ ΦΙΓΟΥΛΟΝ

ΕΚ ΤΩΝ ΤΑΓΗΤΟΣ

ΚΑΘ' ΕΡΜΗΝΕΙΑΝ ΠΡΟΣ ΛΕΞΙΝ.

27. *Εἰ ἐπὶ πάσαις τῆς διοσημείας παραδόσεσι τὴν σελήνην φαίνονται λαβόντες οἱ ἀρχαῖοι (ὑπ' αὐτὴν γὰρ τά τε βροντῶν τά τε κεραυνῶν ἐκδέδοται σημεῖα), καλῶς ἄν τις ἄρα καὶ τὸν σελήνης οἶκον ἐπιλέξαιτο. ὥστε ἀπὸ τοῦ καρκίνου καὶ ἐνταῦθα τὴν ἐφήμερον ἀπὸ τῆς σεληνιακῆς νουμηνίας κατὰ τοὺς σεληνιακοὺς μῆνας ληψόμεθα τῶν βροντῶν ἐπίσκεψιν· ἐξ ἧς τὰς τοπικάς, ἐφ' ὧν ῥήγνυνται χωρίων αἱ βρονταί, παρατηρήσεις οἱ Θοῦσκοι παρέδοσαν.*

6 πάσης Rutgersius. 11 τοπικὰς δὴ ἐφ' Rutg.

DIARIUM TONITRUALE

ET LOCALE IUXTA LUNAM

SECUNDUM P. NIGIDIUM FIGULUM

EX SCRIPTIS TAGETIS

EXPRESSUM AD VERBUM.

27. Si palam est in omni augurali disciplina lunam ducem sumpsisse sibi veteres (sub ea enim tonitrualia et fulguralia iuxta eduntur signa), recte aliquis lunae stationem item ducem eligat. quamobrem inde a cancro hic quoque a novilunio secundum menses lunares diurnam de tonitribus cognitionem instituemus; ex qua observationes locales de regionibus e caelo ictis Tusci tradiderunt.

ΜΗΝΙ ΙΟΥΝΙΩ.

Σελ. α'. ἐὰν βροντήσῃ, τῶν καρπῶν εὐφορία ἔσται, ἐξηρημένων κριθῶν· νοσήματα δὲ ἐπισφαλῆ τοῖς σώμασιν ἐπισκήψει.

β'. ἐὰν βροντήσῃ, ταῖς μὲν ὠδινούσαις ἀπαλλαγὴ μᾶλλον ῥᾳδία, τοῖς δὲ θρέμμασι φθορά, ἰχθύων γε μὴν ἀφθονία ἔσται.

γ'. βροντῆς γενομένης καύσων ἔσται ξηρότατος, ὥστε μὴ τοὺς ξηροὺς μόνους ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑγροὺς καρποὺς διαφρυγέντας ἀποκαυθῆναι.

δ'. ἐὰν βροντήσῃ, νεφελώδης καὶ ὑετώδης ὁ ἀὴρ ἔσται, ὡς ἐκ σηπτικῆς ὑγρότητος φθαρῆναι τοὺς καρπούς.

ε'. ἐὰν βροντήσῃ, ἀπαίσιον τοῖς ἀγροῖς· οἱ δὲ χωρίοις ἢ πολίχναις ἐφεστῶτες ταραχθήσονται.

ϛ'. ἐὰν βροντήσῃ, ἀκμάσασι τοῖς καρποῖς ἐντεχθήσεταί τι θηρίον τὸ βλάπτον αὐτούς.

ζ'. ἐὰν βροντήσῃ, νοσήματα μὲν ἐνσκήψει, ἀλλ' οὐ πολλοὶ ἐξ αὐτῶν τεθνήξονται· καὶ οἱ μὲν ξηροὶ καρποὶ ἐπιτεύξονται, οἱ δὲ ὑγροὶ ξηρανθήσονται.

η'. ἐὰν βροντήσῃ, ἐπομβρίαν καὶ φθορὰν σίτου δηλοῖ.

θ'. ἐὰν βροντήσῃ, φθορὰ τοῖς θρέμμασιν ἔσται ἐξ ἐπιδρομῆς λύκων.

ι'. ἐὰν βροντήσῃ, θάνατος μὲν ἔσται συχνός, εὐθηνία δὲ ὅμως.

2 βροντῇ Rutg., et ita semper. 21 φθορὰ] θάνατος Rutg.

MENSE IUNIO.

Luna 1. si tonuerit, frugum abundantia erit, hordeo excepto: morbi periculosi corpora invadent. 2. si tonuerit, parturientium enixus erit facilior, pecudes interibunt, piscium copia erit. 3. tonitru facto aestus erit siccissimus, ut non siccanae solum sed udae quoque fruges arefactae deurantur. 4. si tonuerit, nubilus et pluvius aër erit, ut ex humiditate putrida interiturae fruges sint. 5. si tonuerit, infaustum ruri. qui pagis aut oppidulis praesunt turbabuntur. 6. si tonuerit, frugibus maturis innascetur bestiola nociva. 7. si tonuerit, morbi incident, nec tamen multi inde interibunt. fruges siccae provenient, udae arescent. 8. si tonuerit, vis imbrium et interitus frumenti praenuntiantur. 9. si tonuerit, pecudes interibunt ex incursione luporum. 10. si tonuerit, crebrae erunt mortes, fertilitas tamen.

ια'. ἐὰν βροντήσῃ, καύματα μὲν ἀβλαβῆ, τὰ δὲ πολιτικὰ ἐν εὐφροσύνῃ ἔσται.

ιβ'. ἐὰν βροντήσῃ, ὁμοίως ὡς ἐπὶ τῇ πρὸ ταύτης.

ιγ'. ἐὰν βροντήσῃ, δυνάστου πτῶσιν ἀπειλεῖ.

ιδ'. ἐὰν βροντήσῃ, καυσῶδες μὲν τὸ περιέχον ἔσται, εὐφορία δὲ τῶν καρπῶν καὶ εὔροια * τῶν ποταμίων οὐχ ἥκιστα ἰχθύων. τὰ σώματά γε μὴν ἐξασθενήσει.

ιε'. ἐὰν βροντήσῃ, τὰ μὲν πτηνὰ λυμανθήσεται τῷ θέρει, οἱ δὲ ἰχθύες φθαρήσονται.

ις'. ἐὰν βροντήσῃ, οὐκ ἐλάττωσιν μόνον τῶν ἐπιτηδείων ἀλλὰ καὶ πόλεμον ἀπειλεῖ, ἀνὴρ δέ τις εὐτυχὴς ἀφανεῖται.

ιζ'. ἐὰν βροντήσῃ, καύματα ἔσται καὶ μυιῶν καὶ ἀσφαλάκων καὶ ἀκρίδων φθορά· εὐθηνίαν δὲ ὅμως καὶ φόνους τῷ δήμῳ φέρει.

ιη'. ἐὰν βροντήσῃ, φθορὰν τῶν καρπῶν ἀπειλεῖ.

ιθ'. ἐὰν βροντήσῃ, τὰ λυμαινόμενα τοὺς καρποὺς θηρία φθαρήσεται.

κ'. ἐὰν βροντήσῃ, διχόνοιαν ἀπειλεῖ τῷ δήμῳ.

κα'. ἐὰν βροντήσῃ, ἐλάττωσιν μὲν οἴνου, ἐπίδοσιν δὲ τῶν ἄλλων καρπῶν δηλοῖ καὶ ἀφθονίαν ἰχθύων.

1 τοῖς δὲ πολιτικοῖς Rutg. 3 ἐπὶ τῆς ἑνδεκάτης Rutg. 6 fortasse ποταμῶν, sequenti diastole, quemadmodum habet Rutgersius, ut supplendum sit aliquid in phrasi sequenti. scaturigines fluviatilium aquarum infra quoque numerantur in rebus salutaribus 310 7 Iul. 10. H. 11 ἀφανεῖται C, ἀναφανεῖται Rutg. sed legendum fortasse ἀφανιεῖται. H. 12 prius καὶ om Rutg. μυιῶν ambo, sed scribendum arbitror μυῶν, et sic verti. vide 316 3, 319 7, 322 20, 325 1, 327 4, sine controversia quoque 319 13 οἱ μύες φθαρήσονται, et 329 1, 329 22, μυῶν ἀρουραίων. H. 13 φορά C, non male fortasse. H. εὐθηνία δὲ ὅμως φόνους Rutg. fortasse leg. ὁμῶς καὶ, ut ἅμα καὶ 313 3, καὶ ὁμοῦ 312 6. H. 15 φθορά Rutg. 16 τοῖς καρποῖς Rutg. melius fortasse. H.

11. si tonuerit, calores innoxii, laetitia rei publicae. 12. si tonuerit, fiet idem quod die proxime superiore. 13. si tonuerit, viri praepotentis ruinam minitatur. 14. si tonuerit, aestuosus erit aër, sed tamen laetus proventus frugum, nec minime commoditas * piscium fluviatilium. corpora nihilominus in languorem incident. 15. si tonuerit, volucres bestiae incommodis afficientur aestate, nantes interibunt. 16. si tonuerit, non modo imminutionem annonae sed bellum quoque minitatur. homo florentissimus de medio tolletur. 17. si tonuerit, calores erunt et murium talparum locustarum interitus. populo Romano tamen abundantiam et caedes annus feret. 18. si tonuerit, calamitatem fructuum minitatur. 19. si tonuerit, animalia fructibus nociva interibunt. 20. si tonuerit, dissensionem minatur populo Romano. 21. si tonuerit, penuriam vini, proventum reliquarum frugum declarat et copiam pi-

κβʹ. ἐὰν βροντήσῃ, ἐπίφθορον ἔσται τὸ καῦμα.

κγʹ. ἐὰν βροντήσῃ, εὐφροσύνην καὶ κακῶν ἀπαλλαγὴν καὶ νόσων ἀφανισμὸν δηλοῖ.

κδʹ. ἐὰν βροντήσῃ, εὐθηνίαν δηλοῖ.

κεʹ. ἐὰν βροντήσῃ, πόλεμοι καὶ μυρία ἔσονται κακά.

κϛʹ. ἐὰν βροντήσῃ, ὁ χειμὼν τοῖς καρποῖς ἐπιβλαβὴς ἔσται.

κζʹ. ἐὰν βροντήσῃ, κίνδυνος στρατιωτικὸς τοῖς κρατοῦσιν ἔσται.

κηʹ. ἐὰν βροντήσῃ, εὐετηρία ἔσται καρπῶν.

κθʹ. ἐὰν βροντήσῃ, τὰ τῆς βασιλίδος πόλεως ἔσται κρείττονα.

λ. ἐὰν βροντήσῃ, πρὸς βραχὺ θάνατος ἔσται συχνός.

ΙΟΥΛΙΟΣ.

28. αʹ. Ἐπὶ τῆς σεληνιακῆς νουμηνίας ἐὰν βροντήσῃ, εὐθηνία μὲν ἔσται, τῶν δὲ θρεμμάτων πτῶσις.

βʹ. ἐὰν βροντήσῃ, καλὸν τῷ φθινοπώρῳ.

γʹ. ἐὰν βροντήσῃ, χειμῶνα βαρὺν σημαίνει.

δʹ. ἐὰν βροντήσῃ, ἀέριοι ἔσονται ταραχαί, ὡς ἐξ αὐτῶν σπάνιν γενέσθαι.

εʹ. ἐὰν βροντήσῃ, εὐθηνία μὲν σίτου, ἄρχοντος δὲ ἀγαθοῦ πτῶσις ἔσται.

ϛʹ. ἐὰν βροντήσῃ, νόσους θανατηφόρους ταῖς δουλικαῖς τύχαις ἀπειλεῖ.

7 στρατικός C.   9 ἐλευθερία Rutg.   14 ἐλευθερία Rutg.

scium.* 22. si tonuerit, detrimentosus erit calor. 23. si tonuerit, laetitiam, propulsationem malorum, morborum finem declarat. 24. si tonuerit, abundantiam rerum declarat. 25. si tonuerit, bella erunt et mala innumera. 26. si tonuerit, hiems frugibus nocebit. 27. si tonuerit, a militia periculum erit principibus rei publicae. 28. si tonuerit, ubertas erit frugum. 29. si tonuerit, res urbanae erunt meliore statu. 30. si tonuerit, ad breve mortes crebrae erunt.

IULIUS.

28. 1. Luna nova si tonuerit, abundantia erit, sed lues pecorum. 2. si tonuerit, bonum autumno. 3. si tonuerit, hiemem gravem significat. 4. si tonuerit, aëris erunt turbationes, ut inde penuria nascitura sit. 5. si tonuerit, abundantia erit annonae et principis boni eversio. 6. si tonuerit, morbos fortunis servilibus mortiferos minita-

ζ'. ἐὰν βροντήσῃ, κατομβρία ἔσται βλαβερὰ τοῖς σπορίμοις.

η'. ἐὰν βροντήσῃ, εἰρήνην μὲν τοῖς κοινοῖς, ὄλεθρον δὲ τοῖς βοσκήμασι καὶ βῆχα ξηρὸν ἐνσκῆψαι δηλοῖ.

θ'. ἐὰν βροντήσῃ, ἐποψίαν θεῶν καὶ ἀγαθῶν πολλῶν πρόοδον δηλοῖ.

ι'. ἐὰν βροντήσῃ, σωτηριώδη ἔσται τὰ ποτάμια ὕδατα.

ια'. ἐὰν βροντήσῃ, καῦμα σημαίνει καὶ ὄμβρον βίαιον καὶ σπάνιν σίτου.

ιβ'. ἐὰν βροντήσῃ, ψῦχος τῷ θέρει ἔσται ἀδόκητον, δι' οὗ φθαρήσεται τὰ ἐπιτήδεια.

ιγ'. ἐὰν βροντήσῃ, ἑρπετὰ φανεῖται βλαβερώτατα.

ιδ'. ἐὰν βροντήσῃ, εἰς ἕνα τὴν πάντων δύναμιν ἐλθεῖν φράζει· οὗτος δὲ ἔσται τοῖς πράγμασιν ἀδικώτατος.

ιε'. ἐὰν βροντήσῃ, διχόνοια ἔσται τοῦ δήμου καὶ τοῦ σίτου ἔνδεια.

ις'. ἐὰν βροντήσῃ, πόλεμον ὁ τῆς ἀνατολῆς βασιλεὺς · · ἐκδέχεσθαι καὶ νόσον ἀπὸ ξηροῦ καύματος.

ιζ'. ἐὰν βροντήσῃ, διαδοχὴν μεγάλου ἄρχοντος δηλοῖ.

ιη'. ἐὰν βροντήσῃ, ἔνδειαν καρπῶν ἐξ ἐπομβρίας δηλοῖ.

ιθ'. ἐὰν βροντήσῃ, πόλεμον δηλοῖ καὶ ἀπώλειαν δυνατῶν· ἀφθονία δὲ ἔσται τῶν ξηρῶν καρπῶν.

κ'. ἐὰν βροντήσῃ, αὐχμὸν νοσώδη ἀπειλεῖ.

5 θείων Rutg. 10 δι' οὗ] καὶ οὐ Rutg. 13 τῶν Rutg. 17 βασιλεὺς ἐκδεχέσθω Rutg. in C hic membrana lacerata est: fortasse excidit μέλλει et commate sequenti verbum aliud. H. 20 ὑπομβρίας ἀπειλεῖ Rutg. sed vide p. 314 14. H. 22 καρπῶν om Rutg.

tur. 7. si tonuerit, pluvia erit nociva segetibus. 8. si tonuerit, declarat rem publicam pacatam fore, perniciem autem et siccam tussim pecora invasuram. 9. si tonuerit, deorum immortalium praesentiam, bonorum complurium incrementum declarat. 10. si tonuerit, aquae fluviales salubres erunt. 11. si tonuerit, calorem, imbrem vehementem, penuriam frumenti significat. 12. si tonuerit, aestate erit frigus insperatum, quo peribunt alimenta. 13. si tonuerit, reptilia existent nocentissima. 14. si tonuerit, indicat ad unum summam rerum redituram; isque erit rei publicae iniquissimus. 15. si tonuerit, dissensio erit populi Romani et frumenti penuria. 16. si tonuerit, rex Orientis bello gravabitur et morbo ex calore sicco. 17. si tonuerit, successionem magni principis significat. 18. si tonuerit, defectum frugum declarat ob imbres perpetuos. 19. si tonuerit, bellum declarat et stragem potentium hominum; ubertasque erit fructuum siccorum. 20. si

κα'. ἐὰν βροντήσῃ, διχόνοια ἔσται τοῖς ὑπηκόοις, ἀλλ' οὐκ εἰς μακράν.

κβ'. ἐὰν βροντήσῃ, ἀγαθὰ μὲν τοῖς κοινοῖς πράγμασι, νόσους δὲ τοῖς σώμασι περὶ τὴν κεφαλὴν σημαίνει.

κγ'. ἐὰν βροντήσῃ, ἡ διχόνοια τοῦ δήμου παυθήσεται.

κδ'. ἐὰν βροντήσῃ, δυνατοῦ ἀνθρώπου δηλοῖ δυνατὸν ἀτύχημα.

κε'. ἐὰν βροντήσῃ, τῇ νεολαίᾳ κακῶς καὶ τοῖς καρποῖς μετ' αὐτῆς· νοσώδης δὲ ὁ καιρὸς ἔσται.

κϛ'. ἐὰν βροντήσῃ, ἀπὸ μεγάλης εὐθηνίας ἔνδεια ἔσται.

κζ'. ἐὰν βροντήσῃ, ἐκβρασμὸν τοῖς σώμασιν ἀπειλεῖ.

κη'. ἐὰν βροντήσῃ, ἔνδεια ὑδάτων καὶ ὄχλος ἑρπετῶν ἐπιβλαβῶν ἔσται.

κθ'. ἐὰν βροντήσῃ, εὐετηρίαν δηλοῖ.

λ'. ἐὰν βροντήσῃ, οἱ ἄνθρωποι ἐκ ποινηλασίας ἐπὶ τὰ χείριστα τῶν πταισμάτων ὀλισθήσονται.

ΑΥΓΟΥΣΤΟΣ.

29. α'. Ἐὰν βροντήσῃ, καὶ τὰ τῆς πολιτείας ἠρέμα πως καλλίονα, καὶ εὐθηνία ἔσται.

β'. ἐὰν βροντήσῃ, νόσους ἅμα καὶ ἔνδειαν τῶν ἐπιτηδείων ἀπειλεῖ.

γ'. ἐὰν βροντήσῃ, δίκας καὶ λέσχας τῷ δήμῳ ἀπειλεῖ.

2 μακρόν C. cf. 324 13. H. 16 ὀλισθήσουσιν Rutg. 18 καὶ om Rutg.

tonuerit, aestum morbidum minatur. 21. si tonuerit, dissensio erit inter provinciales, nec tamen diu. 22. si tonuerit, bona rebus publicis significat, corporibus morbos capitis. 23. si tonuerit, dissensio populi Romani finem reperiet. 24. si tonuerit, summi viri summum infortunium declarat. 25. si tonuerit, dirum pubi, simulque frugibus; tempusque erit morbidum. 26. si tonuerit, post magnam abundantiam erit inopia. 27. si tonuerit, eruptiones corporibus minitatur. 28. si tonuerit, erit penuria aquarum et reptilium nocentium turba. 29. si tonuerit, prosperitatem declarat. 30. si tonuerit, homines a furiis acti ad delicta atrocissima delabentur.

AUGUSTUS.

29. 1. Si tonuerit, et respublica erit paulo meliore condicione, et abundantia futura est. 2. si tonuerit, morbos simul et penuriam victus minitatur. 3. si tonuerit, contentiones forenses et rumores mi-

δ΄. ἐὰν βροντήσῃ, ἔνδεια τροφῶν λογικοῖς ἅμα καὶ ἀλόγοις ἔσται.

ε΄. ἐὰν βροντήσῃ, τὰς γυναῖκας συνετωτέρας δηλοῖ.

ϛ΄. ἐὰν βροντήσῃ, μέλιτος μὲν ἀφθονία ἔσται, ὕδατος δὲ καὶ τῶν λοιπῶν τροφίμων λεῖψις.

ζ΄. ἐὰν βροντήσῃ, ἀνέμους τραχεῖς καὶ νόσους ὁμοῦ σημαίνει.

η΄. ἐὰν βροντήσῃ, νόσον ἀκίνδυνον τοῖς τετραπόδοις ἀπειλεῖ.

θ΄. ἐὰν βροντήσῃ, ὑγίειαν μὲν ἀνθρώποις ὡς ἐκ τοῦ πλείονος ἐπαγγέλλει.

ι΄. ἐὰν βροντήσῃ, λύπας καὶ μοχθηρίας τῷ πλήθει ἀπειλεῖ.

ια΄. ἐὰν βροντήσῃ, εὐετηρία μὲν ἔσται, πτῶσις δὲ ἑρπετῶν καὶ βλάβη τοῖς ἀνθρώποις.

ιβ΄. ἐὰν βροντήσῃ, χόρτου καὶ βαλάνου ἀφθονία ἔσται, τῇ δὲ πρώτῃ ἡλικίᾳ κακῶς.

ιγ΄. ἐὰν βροντήσῃ, ὄλεθρος ἔσται τοῖς σώμασι λογικῶν τε καὶ ἀλόγων.

ιδ΄. ἐὰν βροντήσῃ, πόλεμον μὲν τοῖς κοινοῖς, ἀφθονίαν δὲ τοῖς καρποῖς δηλοῖ.

ιε΄. ἐὰν βροντήσῃ, ἐπὶ τὸ χεῖρον τὰ πράγματα.

ιϛ΄. ἐὰν βροντήσῃ, εἰρήνην βαθεῖαν ἐπαγγέλλεται.

ιζ΄. ἐὰν βροντήσῃ, οἱ χείρους τῶν ἀνθρώπων στυγνάσουσιν.

ιη΄. ἐὰν βροντήσῃ, πόλεμον ἐμφύλιον ἀπειλεῖ.

ιθ΄. ἐὰν βροντήσῃ, φόνους αἱ γυναῖκες καὶ τὸ δουλικὸν τολμήσει.

1 λογικοῖς τε Rutg. 3 ἔσεσθαι δηλοῖ Rutg. 10 Rutg. ἐπαγγέλλεται, quod videtur melius. cf. vs. 21 et cap. 51. H. 16 τὲ om Rutg. 22 στυγνάζουσιν Rutg.

natur populo Romano. 4. si tonuerit, penuria alimentorum aeque rationalia et irrationalia vexabit. 5. si tonuerit, declarat mulieres sapientiores fore. 6. si tonuerit, mellis erit abundantia, sed defectus aquae victusque reliqui. 7. si tonat, ventos truces simulque morbos significat. 8. si tonat, morbum, periculo tamen vacantem, quadrupedibus minatur. 9. si tonat, bonam valetudinem hominibus ut plurimum annuntiat. 10. si tonat, dolores et facinora multitudini minitatur. 11. si tonuerit, feracitas erit, delapsus reptilium, damnum hominibus. 12. si tonuerit, pabuli et glandis copia erit, sed cum ineunte aetate male agetur. 13. si tonuerit, exitium invadet corpora cum rationalium tum brutorum. 14. si tonat, bellum rei publicae, abundantiam frugibus declarat. 15. si tonuerit, in peiorem partem res vertentur. 16. si tonat, altam pacem pollicetur. 17. si tonuerit, perversi inter homines contristabuntur. 18. si tonat, bellum civile minatur. 19. si tonuerit, mulieres et servitium caedes audebunt. 20. si

κ'. ἐὰν βροντήσῃ, ὄλεθρον βοῶν καὶ ταραχὰς τοῖς πράγμασιν ἀπειλεῖ.

κα'. ἐὰν βροντήσῃ, εὐθηνίαν ἅμα καὶ διχόνοιαν τῷ δήμῳ ἀπειλεῖ.

κβ'. ἐὰν βροντήσῃ, καλὰ μετρίως τὰ πράγματα ἀνὰ πάντα τὸν ἐνιαυτόν.

κγ'. ἐὰν βροντήσῃ, κεραυνὸν πεσεῖσθαι δηλοῖ καὶ φόνους ἀπειλεῖ.

κδ'. ἐὰν βροντήσῃ, ἀπώλειαν εὐγενῶν νέων ἀπειλεῖ.

κε'. ἐὰν βροντήσῃ, χειμῶνα καὶ σπάνιν ὀπωρῶν ἔσεσθαι προλέγει.

κς'. ἐὰν βροντήσῃ, πόλεμον σημαίνει.

κζ'. ἐὰν βροντήσῃ, πολέμους ἅμα καὶ δόλους ἀπειλεῖ.

κη'. ἐὰν βροντήσῃ, εὐθηνίαν μὲν τῶν καρπῶν φθορὰν δὲ τῶν βοῶν σημαίνει.

κθ'. ἐὰν βροντήσῃ, οὐδεμίαν ἐναλλαγὴν σημαίνει.

λ'. ἐὰν βροντήσῃ, νόσους τῇ πόλει, ἐφ' ἧς ῥαγήσεται, ἀπειλεῖ.

ΣΕΠΤΕΜΒΡΙΟΣ.

30. α'. Ἐὰν βροντήσῃ, εὐετηρίαν ἅμα καὶ εὐφροσύνην δηλοῖ.

β'. ἐὰν βροντήσῃ, διχόνοια τῷ δήμῳ ἔσται.

γ'. ἐὰν βροντήσῃ, κατομβρίαν καὶ πόλεμον δηλοῖ.

δ'. ἐὰν βροντήσῃ, δυνατοῦ πτῶσιν καὶ πολέμου παρασκευὴν δηλοῖ.

7 κεραυνοὺς Rutg. φόνους δὲ C. 10 καὶ om Rutg. 11 δηλοῖ Rutg. 17 νόσους om Rutg. 23 παρ. δι' αὐτὴν ἔσεσθαι Rutg.

tonat, bobus interitum, rebus publicis turbas minatur. 21. si tonat, abundantiam, simulque dissensionem populo Romano minitatur. 22. si tonuerit, res per totum annum tolerabili statu erunt. 23. si tonat, declarat fulmen casurum, et caedes minitatur. 24. si tonat, minatur interitum pubis patriciae. 25. si tonat, hiemem foedam et penuriam pomorum fore praedicit. 26. si tonat, bellum significat. 27. si tonat, bella simul et dolos minatur. 28. si tonat, copiam frugum, sed interitum boum significat. 29. si tonat, conversionem rerum nullam declarat. 30. si tonat, morbos minatur urbi, super quam erumpet.

SEPTEMBER.

30. 1. Si tonat, fertilitatem simul et gaudium declarat. 2. si tonuerit, dissensio erit in populo Romano. 3. si tonat, imbrem fusum et bellum declarat. 4. si tonat, declarat ruinam viri potentis et

ε'. ἐὰν βροντήσῃ, κριθῆς μὲν ἀφθονίαν σίτου δὲ ἐλάττωσιν δηλοῖ.

ϛ'. ἐὰν βροντήσῃ, δύναμις ἔσται ταῖς γυναιξὶ κρείττων ἢ κατ' αὐτάς.

ζ'. ἐὰν βροντήσῃ, νόσον καὶ πτῶσιν τῷ δουλικῷ ἐξ αὐτῆς ἀπειλεῖ.

η'. ἐὰν βροντήσῃ, τοὺς μάλιστα δυνατοὺς τοῦ πολιτεύματος σκολιὰ ἐννοεῖν, ἀποτεύξεσθαι δὲ τῶν ἐσομένων κατηγορεῖ.

θ'. ἐὰν βροντήσῃ, ἄνεμον πνεῦσαι ἐπίνοσον ἀπειλεῖ.

ι'. ἐὰν βροντήσῃ, ἔρις ἔσται τῷ τόπῳ ἐφ' οὗ ῥήγνυτο, πρὸς ἕτερον οὐκ ἄλογος.

ια'. ἐὰν βροντήσῃ, οἱ ὑπεξούσιοι τῶν εὐγενῶν σκέψονταί τι καινὸν ἐν τοῖς κοινοῖς.

ιβ'. ἐὰν βροντήσῃ, ἐπόμβριον τὸν τοῦ ἀμητοῦ καιρὸν καὶ λιμὸν ἔσεσθαι λέγει.

ιγ'. ἐὰν βροντήσῃ, λιμὸν βαρὺν ἀπειλεῖ.

ιδ'. ἐὰν βροντήσῃ, νόσους ἀπειλεῖ.

ιε'. ἐὰν βροντήσῃ, κατομβρίαν μὲν δηλοῖ, εὐθηνίαν δὲ ὅμως.

ιϛ'. ἐὰν βροντήσῃ, ὁ σπόρος πολὺς ἄκαρπος δὲ δηλοῦται.

ιζ'. εἰ βροντήσῃ, ἔνδειαν τῶν ἀναγκαίων ἀπειλεῖ.

ιη'. εἰ βροντήσῃ, λιμὸν ἅμα καὶ πολέμους σημαίνει.

ιθ'. εἰ βροντήσῃ, ὁ μὲν δενδρώδης καρπὸς ἐπιτεύξεται, νόσοι δὲ καὶ στάσεις δημοτικαὶ ἔσονται.

5 *τῶν δουλικῶν* Rutg. 8 fortasse legendum *ἐλπιζομένων*. H. 13 *τι καινὸν* H, *τι κοινὸν* C, *τὸ κοινὸν* Rutg. 14 *ἐπόμβριον* H, *ἐπομβρίαν* C, *ὑπόμβρον* Rutg. 16 *βαρεῖαν* C. 21 *ἀπειλῶν* Rutg.

belli praeparationem. 5. si tonat, hordei copiam, tritici imminutionem declarat. 6. si tonuerit, potestas erit apud mulieres maior quam pro sexus debilitate. 7. si tonat, morbum et inde stragem servitiorum minatur. 8. si tonat, praepotentes in re publica praepostera agere consilia enuntiat, sed tamen eos repulsum iri de futuro statu rei publicae. 9. si tonat, ventum morbidum flaturum minatur. 10. si tonuerit, inter regionem super quam erumpit, aliamque dissidium erit non sine causa. 11. si tonuerit, clientelae patriciorum aliquid novi molientur in re publica. 12. si tonat, tempus messis aquosum famemque fore praedicit. 13. si tonat, famem gravem minatur. 14. si tonat, minitatur morbos. 15. si tonat, vim imbrium, sed tamen abundantiam, declarat. 16. si tonat, sementes magnas, sed steriles fore declaratur. 17. si tonat, penuriam victus necessarii minatur. 18. si tonat, famem simul et bella significat. 19. si tonuerit, fruges arboreae provenient, erunt autem morbi et seditiones populares. 20. si

κ'. εἰ βροντήσῃ, ἀπώλειαν κλεινοῦ ἀνθρώπου καὶ πόλεμον ἀπειλεῖ.

κα'. εἰ βροντήσῃ, λύπας καὶ ζημίας τῷ δήμῳ ἀπειλεῖ.

κβ'. εἰ βροντήσῃ, εὐθηνίαν μέν, χειμῶνα δὲ βαρὺν καὶ ὑγρὸν σημαίνει.

κγ'. εἰ βροντήσῃ, τὸν χειμῶνα τοῦ ἔτους ἐνδεᾶ προλέγει.

κδ'. εἰ βροντήσῃ, λειψυδρίαν ἀπειλεῖ. τῶν δὲ ἀκροδρύων εὐφορία ἔσται· περὶ δὲ τὸ φθινόπωρον θυέλλαις διαφθαρήσονται.

κε'. εἰ βροντήσῃ, ἐκ διχονοίας τοῦ πολιτεύματος τύραννος ἀναστήσεται, καὶ αὐτὸς μὲν ἀπολεῖται, ζημίαις δὲ ἀφορήτοις οἱ δυνατοὶ ὑποστήσονται.

κς'. εἰ βροντήσῃ, ὁ κακὸς δυνάστης βουλῇ θεοῦ πεσεῖται.

κζ'. εἰ βροντήσῃ, δυνατοὶ πρὸς ἑαυτοὺς διενεχθήσονται καὶ ἀλλήλους διαλάβωσιν.

κη'. εἰ βροντήσῃ, σημεῖα ἔσται πραγμάτων μεγάλων μηνυτικά. εὐλαβητέον δὲ μὴ καὶ πυρὶ ἐπομβρίσει ἰαχοῦ.

κθ'. εἰ βροντήσῃ, αὐχμὸν ἐπιβλαβῆ ἀπειλεῖ.

λ'. εἰ βροντήσῃ, ἀπὸ χειρόνων ἐπὶ τὰ κρείττω τὰ κοινά.

2 σημαίνει Rutg. 7 τῶν δέκα C. 15 an διαβάλωσιν? 16 ἔστι mavult Rutg. 17 καὶ — ἰαχοῦ] haec non sunt sana, nec quid Lydus scripserit adhuc affirmare licet. pro ἰαχοῦ tamen in promptu est ἐνιαχοῦ alicubi, uspiam: vide cap. 58. Rutgersius habet ἐπομβρήσῃ: reliqua concordant. H.

tonat, interitum clari hominis bellumque minatur. 21. si tonat, aegritudines et detrimenta minatur populo Romano. 22. si tonat, abundantiam, sed hiemem gravem et aquosam significat. 23. si tonat, hiemem anni illius rerum necessariarum indigam fore praedicit. 24. si tonat, penuriam aquae minatur. baccarum in arboribus uber erit proventus, sed sub autumnum procellis peribunt. 25. si tonuerit, ex dissensione rei publicae unus imperio potietur. is peribit, sed potentes in republica malis intolerabilibus afficientur. 26. si tonuerit, improbus dominator voluntate deorum immortalium corruet. 27. si tonuerit, potentes inter se dissidebunt seque circumvenient. 28. si tonuerit, prodigia erunt de rebus magnis admonentia. cavendum autem ne igni quoque *. 29. si tonat, siccitatem noxiam minatur. 30. si tonuerit, res publica a deteriore in meliorem statum perveniet.

ΟΚΤΩΒΡΙΟΣ.

31. α'. Εἰ βροντήσῃ, κακὸν τύραννον τοῖς πράγμασιν ἀπειλεῖ.

β'. εἰ βροντήσῃ, εὐθηνία μὲν ἔσται, φθορὰ δὲ τῶν χερσαίων μυῶν.

γ'. εἰ βροντήσῃ, θυέλλας καὶ ταραχὰς δηλοῖ, δι' ὧν τὰ μὲν δένδρα φθαρήσεται· μεγάλων δὲ ζαλῶν ἔσται τοῖς κοινοῖς μήνυμα.

δ'. εἰ βροντήσῃ, οἱ ἐλάττους τῶν κρειττόνων καθέξουσιν, ὑγιεινὸν δὲ ἔσται τὸ τοῦ ἀέρος κατάστημα.

ε'. εἰ βροντήσῃ, πάντων ἐπιδόσεις τῶν ἀναγκαίων, ἐξῃρημένου σίτου.

ς'. εἰ βροντήσῃ, ἡ ὄψις μὲν εὐθηνίας, ἀμητὸς δὲ ἐλάττων, καὶ τὸ φθινόπωρον ἐγγὺς ἄκαρπον.

ζ'. εἰ βροντήσῃ, ὄσπρια μὲν ἄφθονα, οἶνος δὲ ἐλάττων ἔσται.

η'. εἰ βροντήσῃ, σεισμὸν μετὰ μυκήματος προσδοκητέον.

θ'. εἰ βροντήσῃ, ὄλεθρον θηρίοις ἀπειλεῖ.

ι'. εἰ βροντήσῃ, ἀνδρὸς ἐπαινουμένου πτῶσιν δηλοῖ.

ια'. εἰ βροντήσῃ, ἀλληλανεμίαν ἐπωφελῆ ταῖς βοτάναις δηλοῖ.

ιβ'. εἰ βροντήσῃ, εὐθηνία μὲν ἔσται, σκηπτοὶ δὲ ἐκθλιβήσονται.

ιγ'. εἰ βροντήσῃ, καλὰ τὰ συναλλάγματα, καὶ εὐθηνία πρὸς αὐτοῖς· ὁ δὲ ἐπὶ τῇ πολιτείᾳ βαρὺς οὐκ ἐπὶ πλέον ἰσχύσει.

4 μυῶν H, μυιῶν C, om Rutg. vide p. 308 12. 8 τῶν] τὰ τῶν malit H. 10 ἐπίδοσις Rutg. 21 δὲ σκολιαὶ βήσονται C.

OCTOBER.

31. 1. Si tonat, tetrum tyrannum rem publicam occupaturum minitatur. 2. si tonuerit, abundantia erit et interitus murium terrestrium. 3. si tonat, procellas turbinesque declarat, quibus arbores evertentur; idque erit magnarum tempestatum rei publicae indicium. 4. si tonuerit, inferiores in superiores dominabuntur, et aëris temperatio erit salubrior. 5. si tonuerit, erit incrementum omnium quae sunt ad victum necessaria, excepto frumento. 6. si tonuerit, species abundantiae futurae, sed messis erit minus laeta et autumnus propemodum fructu vacans. 7. si tonuerit, legumina copiosa erunt, vinum rarius. 8. si tonat, terrae motus cum mugitu exspectandus. 9. si tonat, feris interitum minatur. 10. si tonat, probati viri ruinam declarat. 11. si tonat, declarat mutationem variam ventorum herbis utilem. 12. si tonuerit, abundantia erit; vortices ignei delabentur. 13. si tonuerit, commercia iucunda et insuper abundantia. dominator rei publicae im-

ιδ΄. εἰ βροντήσῃ, πόλεμον καὶ φθορὰν βοσκημάτων ἀπειλεῖ.

ιε΄. εἰ βροντήσῃ, σπάνις ἔσται πνεύματος ξηροῦ καὶ καυστικοῦ ἐμπίπτοντος τοῖς καρποῖς.

ις΄. εἰ βροντήσῃ, ἐξασθενήσουσιν οὕτως ἄνθρωποι ὡς ἀγνώστους εἶναι δοκεῖν.

ιζ΄. εἰ βροντήσῃ, πλουσίου ἀνδρὸς καὶ ἀνδρῶν εὐγενῶν εὐτυχήματα.

ιη΄. εἰ βροντήσῃ, ἐπείσακτον εὐθηνίαν δηλοῖ.

ιθ΄. εἰ βροντήσῃ, δυνάστου πτῶσιν ἢ βασιλέως ἐκβολὴν ἀπειλεῖ, διχόνοιάν τε τῷ δήμῳ καὶ ἀφθονίαν ἀπειλεῖ.

κ΄. εἰ βροντήσῃ, ἕλκη ξένα ἀπειλεῖ, τῷ δὲ πλήθει ἐκ διχονοίας ἐσχάτην ἀτυχίαν.

κα΄. εἰ βροντήσῃ, νόσοι βηχώδεις ἔσονται καὶ στηθῶν κακώσεις.

κβ΄. εἰ βροντήσῃ, μοχθηρίας τῷ δήμῳ καὶ νόσους ποικίλας ἀπειλεῖ.

κγ΄. εἰ βροντήσῃ, ὁ δῆμος εὐφρανθήσεται παραδόξως.

κδ΄. εἰ βροντήσῃ, ἐκ διχονοίας τῶν κρατούντων ὁ δῆμος περιέσται.

κε΄. εἰ βροντήσῃ, βαρεῖα ἔσται ἀπὸ τῶν κακῶν δειλία.

κς΄. εἰ βροντήσῃ, αὐξηθήσεται μὲν τὰ θηρία, λιμώξει δὲ ὅμως.

κζ΄. εἰ βροντήσῃ, ἐπομβρίαν δηλοῖ.

κη΄. εἰ βροντήσῃ, ἔνδεια ἔσται τῶν ἀναγκαίων.

2 σπάνη C. 4 οὕτως οἱ Rutg. 6 πλουσίου] Λουσίαν Rutg. 21 εὐξυνθήσεται Rutg. 23 ἐπομβρίας R.

portunus non diu valebit. 14. si tonat, bellum et interitum pecoris minatur. 15. si tonuerit, penuria erit flatu sicco et urente frugibus incidente. 16 si tonuerit, ita homines debilitabuntur ut propemodum non agnoscendi futuri sint. 17. si tonat, viri opulenti hominumque genere praestantium felicitates. 18. si tonat, annonam copiosam sed aliunde importatam declarat. 19. si tonat, potentis ruinam regisve exactionem minatur; item dissensionem et copiam populo Romano. 20. si tonat, ulcera insolita minatur, et multitudini ob discordiam miseriam summam. 21. si tonuerit, morbi tussiculares erunt et thoracum tabes. 22. si tonat, populo Romano flagitia morbosque varios minatur. 23. si tonuerit, populus praeter spem laetitiam capiet. 24. si tonuerit, ex dissensione principum plebs superior erit. 25. si tonuerit, erit immanis a calamitatibus formido. 26. si tonuerit, augebuntur bestiae, sed esurient. 27. si tonat, pluvias crebras declarat. 28. si tonuerit, penuria erit rerum ad victum necessariarum. 29. si

κθ'. εἰ βροντήσῃ, ἐπίνοσος ὁ ἐνιαυτός.

λ'. εἰ βροντήσῃ, οὐκ εὐθηνίαν μόνον ἀλλὰ καὶ ἐλάττωσιν τῶν πολεμίων καὶ εὐφροσύνην τοῖς πράγμασι δηλοῖ.

ΝΟΕΜΒΡΙΟΣ.

32. α'. Εἰ βροντήσῃ, διχόνοιαν δηλοῖ τῇ πόλει.

β'. εἰ βροντήσῃ, εὐθηνίαν προλέγει.

γ'. εἰ βροντήσῃ, πράγματα ἀναφύεται, δι' οὗ οἱ ἐλάττους περιέσονται τῶν μειζόνων.

δ'. εἰ βροντήσῃ, κρείττων ὁ σῖτος.

ε'. εἰ βροντήσῃ, ζάλην τοῖς πράγμασι δηλοῖ, αἰσθητοῖς τε καὶ ἀλόγοις νόσον.

ς'. εἰ βροντήσῃ, σκώληκες τῷ σίτῳ λυμανοῦνται.

ζ'. εἰ βροντήσῃ, τοῖς ὑπὸ τὴν δύσιν ἀνθρώποις τε καὶ ἀλόγοις νόσοι.

η'. εἰ βροντήσῃ, ἀδδηφαγίας ἔσεσθαι δεῖ διὰ νόσους ἀπειλουμένας.

θ'. εἰ βροντήσῃ, δημοτῶν ἀνασκολοπισμοὶ ἔσονται, ἀλλὰ μὴν καὶ ἀφθονία τῶν ἐπιτηδείων.

ι'. εἰ βροντήσῃ, πέρας ἔχει τὰ κακῶς βουλευθέντα τοῖς κρατοῦσιν, ἄνεμος δὲ καυσώδης τοῖς δένδροις λυμήνεται.

ια'. εἰ βροντήσῃ, εὐχαριστείτωσαν ἄνθρωποι τῷ θεῷ· ἄνεμος γὰρ ἐξ ἀνατολῶν ῥεύσει.

ιβ'. εἰ βροντήσῃ, ἐνύπνια τοῖς ἀνθρώποις πλείονα δόξει.

7 an δι' ὧν? 10 δὲ? 15 num εἴργεσθαι? ἔχεσθαι (nam in his rebus nihil potest videri nimis absurdum)? ἀπέχεσθαι? H.

tonuerit, annus morbis obnoxius. 30. si tonat, non abundantiam solum sed hostium quoque imminutionem et laetitiam rei publicae declarat.

NOVEMBER.

p. 114 v. 13. *αἱ δὲ παραβᾶσαι .... ζώνας*] haec hodie non reperiuntur in *τοῦ τελείου λόγου* (Graece intercidit) versione Latina semibarbara, quae sub titulo, *Hermetis Trismegisti de natura deorum allocuta,* Apuleio Madaurensi adscribitur; nisi eo vis trahere (p. 93 lin. 15 sqq. ed. Elmenhorst. Francofurti 1621, 8) illa: *cum fuerit animae a corpore facta discessio ... desuper ad ima deturbans* [summus daemon animam] *procellis turbinibusque aëris .... saepe discordantibus tradet, ut inter caelum et terram mundanis fluctibus in diversa semper aeternis poenis agitata raptatur* [sic].

ib. v. 19. *τῆς περὶ καθαρότητος ψυχικῆς πραγματείας*] non opus est moneam supplevisse me ea levibus quibusdam argumentis nisum, quibus cum ipse non stem, neque alios stare velim. *περὶ ψυχῆς* scripsisse Iamblichum constat ex Stobaei Florilegio 1 434 A ed. viri egregie docti Thomae Gaisford; de huius libri parte, *περὶ ἀποκαταστάσεως* (vide B lin. 4), a Damascio laudato, confer Harlesium Bibl. Graec. 5 771 C. sequentia ..*θλη*.. mirifice me torserunt; nec tamen adhuc de restitutione liquet.

ib. v. 11 ima. de inferorum parentationibus 7 Id. Novemb. actis vide Wilh. Stukeley, *The medallic History of Carausius, London* 1757, 4, lib. 2 p. 63 B.

ib. v. 25. *Πορφύριος οὕτως φησί*] usus sum in restituendo loco epitoma libri De mens. ed. Schow. 53 A.

p. 116 v. 1. τῶν Φοινικικῶν τοῦ Ἑρεννίου Φίλωνος] Herennii Philonis, Byblii grammatici, qui imperante Domitiano ac deinceps quamplurimis scriptis inclaruit (vid. Eudociae Violar. ed. Villois. 424 C), celebrantur praecipue libri novem Φοινικικῶν, quos ex Sanchoniathone interpretatum se esse ferebat. huius historiae Phoenicum fragmenta luculenta servavit Eusebius Praeparat. evang. 30 D et sqq.

ib. v. 5. Ἰσίγονος] hic videtur esse Isigonus Nicaeensis, memoratus ab A. Gellio 9 4 inter scriptores haud parvae auctoritatis, quorum libri pleni sunt rerum incredibilium. Isigoni nomen non invenitur in Indice generali scriptorum Bibliothecae Fabricianae. eius librum secundum Ἀπίστων sive *Incredibilium* laudari video a Sotione, cuius commentatio de fluviis fontibusque mirabilibus per epitomen cusa exstat ad calcem Aristotelis de mirab. auscult. ed. Sylburg. 5 123 lin. 22.

ib. v. 10. ὁ Π*] num Πλούταρχος? quod mirifice congruit cum areola vacua: in textum tamen recipere non sum ausus.

ib. v. 11. τιμαῖς*] subest vocula trium literarum, quam supplere non audeo. an καί? sequentium restitutionem, καὶ ταύτῃ μὲν .... παραδεδόσθαι, varie tentavi, et nunc quoque vereor ut lectori probem, praesertim si in ταύτῃ non est scribae error.

ib. v. 17. γε τῇ πρώτῃ] in C est γε..α, hoc est γε [τῇ] πρώτῃ, siquidem in mss litera ᾱ modo valet ἑνί, μιᾷ, modo πρώτῳ, πρώτῃ: utrum autem quamvis plerumque contextus orationis doceat, tamen ex hoc breviandi modo varii variorum errores emanaverunt. sic apud Geminum Elementis astronom. 2 D, ἐν κριοῦ μιᾷ μοίρᾳ, lege ἐν κ. πρώτῃ μοίρᾳ, et paulo post ἐν καρκίνου μιᾷ μοίρᾳ aeque πρώτῃ: item apud alios quoque non uno loco. etenim tam prompti sunt lapsus in literis numeralem significationem habentibus, ut vix unam evolvere possis paulo copiosiorem inscriptionum Graecarum syllogen (antiquiores dico, quae saeculo superiore et ante exierunt), quin passim in ea parte videas esse suboffensum. verbi gratia, in uno M. Antonio Boldetti, *Cimiteri de' Santi Martiri di Roma* (Roma 1720, fol.), in titulo illo, 365 A,

CEPHNIΛΛΑ ΠΑΡΘΕΝΟC
ZHCACA ENIAYTONKAIMINACI

quis non videt interpretandum: *vixit annum unum et menses decem*, non, ut habet Boldetti, *mensem unum?* aut 392 C, in monumento Iulii Theodori, filio dulcissimo a parentibus statuto, haec, *EZHCENETEIZ. MZ.* non valent, ut vertit Boldetti, *vixit annos* 47, sed *vixit ann.* 17 [aut 7], *menses* 7. porro, 405 A,

ΑΝΤΙΟΧΙΣ ΕΖΗΣΕΝ
ΕΝΙΑΥΤΟΝ ΜΖ ΗΔ

ubi editor mire *Antiochis vixit annos quadraginta septem, menses quattuor,* annon certissima est interpretatio, *A. vixit annum, menses 7, dies 4?* eademque opera explicemus inscriptionem Metensem, quam ipsi Montefalconio, totius antiquitatis viro observantissimo, negotium video exhibuisse *Supplément à l'Antiquité expliquée,* 5 99 D. ea est huiusmodi, Pl. 39 4:

Θ. *K.*
H. P. Ω.
ET. MΓ. MΓ.
MHTHP
· *XAIPE*

eamque Montef. *nonnisi divinando legi posse* ait, quod a primis tantum literis nomina efferat. at apud Gruterum, qui a Boissardo acceperat, legitur 730 6 *HPΩ*, sine interpunctione, et post lin. 3 additur alterum *MΓ.*, quo plana fiunt omnia: nam quis est qui non videat esse sensum, *θεοῖς καταχθονίοις. Ἡρὼ ἐτῶν μγ', μηνῶν γ', ἡμερῶν ιγ'. D. M. Hero,* quae vita excessit *annorum 43, mensium 3, dierum 13?* Herusque nomen quam fuerit usitatum, cum ex Leandri fabula tum ex Plutarcho patet Vit. Alex. 696 D. ipsam autem inscriptionem (ut hoc obiter notem), ut Graecam in regionibus nostris satis insignem, neque ipse, cum peregrinans triduum Metis constitissem, investigare potui, et iam ante a. 1760 incuria casuve arbitror intercidisse: certe Iosephus Cajot, cuius *Antiquités de Metz* illo anno Metis *in*-8° prodierunt, eius non meminit. similique modo, literas disiectas in unam vocem coniungendo, restitue titulum quem vidi Lausonnae, consecratum L. Sept. Severo et M. Aur. Antonino, relatumque iam a I. Iac. Scheuchzero, *Οὐρεσιφοίτῃ* Helvetico (Lugdun. Batav. 1723, *in*-4°) 3 499 B. illa enim, v. 5 et deinceps,

IMP. CAES. M. AV.I.
ANTONINO . PO AI.
COS.
AV.N..CE.

sic refingas: IMP. CAES. M. AV[R]E[L.
ANTONINO P[I]O [F.] AV[G.
COS.
· AV[E]N[TI]CE[NSes]

referque ad a. Chr. 202, quo solo Severus Augustus III et Antoninus Caracalla eius filius simul consules processerunt. AVENTICENSes autem, splendidissimae per Helvetios florentissimaeque coloniae incolae, cum alibi in titulis tum apud ipsum Scheuchzerum memorantur 3 501 C et 502 A C. sed ad Lydum, unde discedere non oportuit, aliquando revertamur.

p. 117 v. 2. *παρὰ τὸ διαιρετικόν*] restitui et verti has spinas ut potui, in illo usus Proclo, ex quo universo, opinor, Lydus

congessit, in altero latinitate Aemilii Porti, Procli theologiam Platonicam (non male plerumque) interpretati ex Graeco. voculam παρά non ausus sum mutare: supra quoque Lydus παρά adhibet miro sensu p. 275 10, 276 6.

p. 117 v. 4. καὶ λαμβάνειν — βιαίως] ex Proclo Theolog. Platon. 258 C paene ad verbum. confer quae auctor ait supra de Saturno p. 300 11.

ib. v. 12. ἀπέχοντες κράμβης] vetus proverbium, *crambe bis posita mors*; neque religione carebat haec herba: adi Erasm. Adag. 2 197 B. pupillam quoque et visum credebatur hebetare.

ib. v. 18. vox ἀγαλμοειδής adhuc, opinor, e lexicis exulat; nec scio an Euryti Lacedaemonii lyrici mentio aliunde exstet. Eurytum Crotoniatem, Philolai discipulum, Pythagoreum memorat Iamblichus Vita Pythagor. 117 A et 125 B ed. Kuster.

ib. v. 20. καὶ λάθρα τῷ Πάρῳ] supplevi ex epitome libri de mensib. p. 48 21. sed ibi pro Πόρρῳ legendum Πόρῳ, et in argumento latino *Porrho* similiter mutandum.

p. 118 v. 2. Ἀγωάλια] sic exaratum, vitio aut librarioli aut ipsius Lydi. idem Agonalia ac Septimontia ad 4 Non. Dec. videtur collocare, sed vereor ne perperam. vulgo certe utraque referuntur ad 3 Id. eiusdem mensis, gravissimo consensu kalendariorum veterum, vel (marmorea dico) Praenestini, Amiternini, Antiatini, Maffaeiorum.

ib. v. 7. ὄρος Παλατῖνον] universe moneo, aut oblivione ipsius Lydi aut ruditate atque incogitantia librarii, quatuordecim illa montium nomina admodum esse corrupta. de Coelio monte vide I. Chr. Henricum Krause ad Velleium Paterc. 553 C.

IN LIBRUM DE OSTENTIS.

p. 273. *ΠΕΡΙ ΔΙΟΣΗΜΕΙΩΝ*] de scribendi varietate modo feminino genere αἱ διοσημεῖαι sive διοσημίαι, modo neutro τὰ διοσημεῖα, ut infra p. 329 17, 331 12, egerunt Rittershusius ad Iamblich. de vita Pythagor. 30 C ed. Kuster. et vir summus literaturae Graecae per Gallias princeps, Io. Fr. Boissonade, cum ad Eunapii Vitas sophistar. 493 A, tum ad Marinum 141 et 149. διοσημεῖα quoque titulus est adhuc exstantis Aratei poëmatis. sed enim quoniam Lydus ipse habet διοσημεῖαι p. 279 6, τῶν διοσημειῶν p. 277 10, 283 20, 341 21, ταῖς διοσημείαις p. 281 21, 283 15, διοσημείας p. 280 1, hic quoque non διοσημείων,

sed feminino genere visum est scribere διοσημειῶν. διοσημείας est apud Eusebium Praeparat. evang. 207 C. alia forma, lexicis nostris incognita itemque feminina, διοσημασία, adhibetur infra p. 343 13.

p. 273 v. 1. ..... τουτὶ πράττειν] nisi dicas, του esse genitivum vocis praecedentis, adiuncto τι, pronomine indefinito. retuli ad ea quae sunt p. 338 17 τὸ ἐπάγγελμα τουτὶ προύθηκεν. videntur autem deesse hic pauca ab initio operis, velut tres quattuorve versus.

p. 274 v. 11 ima. *superemus*] vel, si mavis, *superarit*, nempe cognitio.

ib. v. 21. καὶ Ἀσκλατίων] sic codex: sed vide Harles. Bibl. graec. 4 163 B.

ib. Δαψὸς ὁ Θηβαῖος *] locum lacunae signis notavimus, quod videtur deesse nomen proprium quinque aut sex literarum. de Polle, qui deinceps sequitur, eiusque scriptis, agit Eudocia Villoisonii 364 B.

p. 275 v. 5. σαφῆ ....] desunt quattuor circiter vocabula, quae supplere non audeo. interpretatus sum perinde ac si excidisset, χρησόμεθα δὲ καὶ τοῖς.

ib. v. 10. παρὰ τὸ κρατοῦν] verti, *iuxta* morem: vide p. 276 6 παρὰ τὸν ἱερατικὸν .. νόμον. et 117 2. tamen apud Lydum de magistr. p. 256 8 παρὰ τὴν βασιλέως εὐμένειαν est, *contra* imperatoris benevolentiam, ut recte reddidit vir cl. Dominicus Fuss, linguae utriusque peritissimus: et infra p. 333 8 παρὰ τὸ κρατοῦν videtur esse *praeter* imperium.

ib. v. 11. Τάρχων (ταύτῃ] codex ταυτησ, sed extrema litera manu prima expuncta.

p. 276 v. 22. Βικελλίου] in cod. est βεκελλιου. sed vide infra ad p. 350 18.

ib. v. 23. ταῦτα πρὸς ὑμᾶς διελθεῖν.] unde patet inscripsisse alicui Lydum hunc libellum. cui, non habeo dicere: putes, ob numerum pluralem, pari fratrum aut coniugum. quorum alter fortasse fuit Gabriel praefectus ille, de quo Suidas 2 131 D.

p. 277 v. 1. δ'. Σπουδὴ δὲ ἡμῖν] lacunarum cum huius capitis tum sequentium partim coniectura supplevi, partim ex Plinio, Apuleio, Seneca. eorundemque verba, quoad eius fieri potuit, vertendo expressi.

ib. v. 15. ἀντιδίσκωσιν] ditari possunt hac voce lexica, itemque adiectivo eidem praepositioni iuncto, ἀντιθετικός, ex Suida 1 219 B voce Ἀντεγκλήμασιν: ubi legit Kusterus, καὶ ἀντεγκλημάτων, τῶν ἀνθετικῶν [sic] στάσεων, idque vertit, *criminum quae litigantes sibi in iudicio invicem obiiciunt,* non memor στάσεις ἀντιθετικάς esse quod rhetores Latini vocent *status qualitatis assumtivos,* opponantque *statui absoluto* (ἀντιλήψει). isto nempe rem tibi obiectam iustam aequamque contendis esse:

statu assumtivo rem crimini datam fatere esse malam, sed purgas te alia ratione, quae potest esse quadruplex. prima est (de tribus aliis alibi dicendi erit locus) per *recriminationem*, ubi defensio tua constat eius accusatione qui vindicatur. quemadmodum M. Tullius pro Milone neque negat occisum esse Clodium, neque omnino excusat homicidium, sed propter scelera Clodii et insidias et vim illatam hunc ait iure caesum. quamobrem vertere debuisset Kusterus: Ἀντεγκλημάτων (*recriminationum*), *quae pertinent ad status qualitatis assumtivos;* idque addere possis Io. Christ. Ernesti Lexico technolog. Graec. rhetor. 27 B. nec magis vidit Federicus Morellus quid esset ἀντίληψις: haec enim in Libanio Declam. de avaro patr. abdicant. 1 801 A, ἡ στάσις ἢ ζήτημα ἀντίληψις, *status vel quaestio est qualitatis absolutae,* vertit ridicule, *quaestio est reprehensionis ansa,* oblitus Hermogenis accurate explicantis doctrinam de statibus oratoriis, quae magno momento est ad iudicialem veterum consuetudinem penitus cognoscendam. sed redeo ad Lydum, qui hic expressit Plinium H. N. 2 31.

p. 278 v. 1. τῶν ὑπάτων ἄντικρυς] ita cod.: sed leg. fortasse, Γναίου Δομιτίου καὶ Γ. Φαννίου τῶν ὑπάτων· δι' ὧν ἄντικρυς· ita certe verti. conf. Plin. H. N. 2 31, et Iulium Obseq. 100 A.

p. 279 v. 4. τὴν λεγομένην] fortasse, τὴν λεγομένην Ἑλένην.

ib. v. 11. καὶ τοῖς ὑπ' αὐτούς] Graecae linguae ratio aeque admittit ὑπ' αὐτοῖς· recepi illud, ob sequens ἐσομένοις.

ib. v. 14. ἐν Ἄλβῃ τὴν μητρυιάν ...] reliqua versus maioremque partem sequentis supersedi restituere, quamvis adiutus his, litera unciali minuta in margine, prima manu, scriptis: Ἀσκάνιος τῇ μητρυιᾷ συνῆλθεν εἰς κοινωνίαν.

ib. v. 22. δισκωθείς.] sic codex; neque necesse est (opinor) ut scribamus δισκοειδής, tametsi verbum δισκόω adhuc exulet a lexicis. δισκέω et δισκεύω saepius occurrunt, atque interdum sensu exquisitiore de iis qui rotati (σφενδονούμεναι habet Lydus p. 114 15) in altum iactantur. sic Eusebius Hist. eccles. 181 D: καὶ δισκευθέντα κακῶς τελευτῆσαι. Diogenes Laërtius 31 D: ἀπὸ τοῦ Κωρυκείου ὄρους αὐτὸν δισκῆσαι. adde Eusebium Praeparat. evang. 268 C. sed hae duae formae iampridem receptae sunt in lexica: eo nondum relatas arbitror et ἀντιδίσκωσις, quod est supra p. 277 15, et vocem δισκοποτήριον, *calix patulus,* quae occurrit Vita S. Nili iunioris 140 A.

p. 280 v. 6. καθάψαιτο ἐκείνου τοῦ σώματος] confer Valerium Maxim. 1 43 B editionis meae, itemque Lycosthenem ad Iul. Obsequent. 267 C.

p. 281 v. 9. Ἀναξαγόρας] Plutarch. Lysandr. 439 D.

p. 281 v. 18. ἔκλειψιν] illa de Hipparcho vel a librario vel ab ipso auctore haud scio quam bene hic sunt interposita.

ib. v. 20. ἐν Βοκοντίῳ] erant Vocontii in Gallia Narbonensi, ubi nunc est *Vaison.* Plin. H. N. 3 4. Gossellin *Géographie de Strabon, traduite en français,* tom. 2 25, note 3.

p. 282 v. 14. τὰ τῶν μυῶν ἤπατα] idem de medulla humana refert Iulius Firmicus 84 C ed. Hervag. a. 1551.

p. 283 v. 1. ἐπίθολος adhuc non invenitur in lexicis: adverbium ἐπιθόλως est apud Georgium archiepiscopum Alexandrinum Vita S. Ioannis Chrysostomi 200 39.

ib. v. 4. indictio nona incidit in annum salutis, aut *trabeationis,* ut cum diplomatis loquar, 581; seditio Nica in a. 532. Chronicon paschale 386 B, Procopius Bell. Pers. 1 70 A, Theophanes 154 C.

ib. v. 5. τῷ ῥέμφει φέρων] similis narratio apud Libanium ed. Reisk. 3 338 C. in cuius fine orator de restauratore civitatis ait haec Nicomedensibus, loco (ut opinor) parum intellecto: μεγέθει θυσίας ὑπερβαλλόμενος κρεῖττον ὑμῶν νευσάντων, ἐπηνώρθου τὸ ἄστυ. Federicus Morellus reddidit 2 203 B: *victimae magnitudine exsuperans, cum vos ad melius propensi essetis, oppidum in integrum restituit.* sed versionem eam vereor ut possimus probare. malim, μεγέθ. θυσ. ὑπερβαλλόμενος Κροῖσον, ὑμῶν νευσάντων, et quae sequuntur; ut sit sensus: *magnitudine sacrificii Croesum superans, vobis inclinatis* (hoc est, quasi *ruinam minantibus*) *restituit urbem.* tangit orator narrationem de ingentibus hostiis Apollini Delphico a Croeso iugulatis, de quibus Herodotus 19 A.

p. 284 v. 2. ἐπὶ τῆς ἐνάτης καὶ τεσσαρακοστῆς Ὀλυμπιάδος] apud Plinium 2 12: *Olympiadis* 48 *anno quarto.*

ib. v. 5. ὑπὸ Σουλπικίου Γάλλου] locus est apud Livium 44 37. confer quoque Quintilianum de inst. or. 1 10 *sub finem.*

p. 285 not. v. 10 ima. δοκίδες] sumsi vocabulum ex Apuleio de mundo 711 lin. 7, 728 lin. 2. inveniturque hac significatione non quidem in lexicis, sed tamen apud complures tum patres tum mathematicos. ita Origenes contra Celsum 45 B: κομῆται ἢ δοκίδες. δοκίδες S. Basilius Magnus homilia 25 de humana Christi generatione 1 592 D. παρήλια καὶ δοκίδες Artemidorus Onirocriticis 123 B, 130 B. τῶν καλουμένων παρά τισι κομητῶν ἢ δοκίδων Eusebius Demonstrat. evang. 420 A. δοκίδας ἢ σάλπιγγας Proclus Paraphrasi in Ptolemaeum 131 B. de trabibus vide notas edit. nostrae Prodigior. Iulii Obsequentis 3 179 B.

ib. not. v. 4 ima. ὅτε Αὔγουστος] vide item notas ad Iul. Obsequent. 3 295 B.

ib. v. 5. Καμπέστριος] verti item *Campestrius:* verum ex analogia scribendum fuisset potius *Campester.* neque in epitome

de mensibus neque in libro de magistratibus memoratur hic auctor; neque nomen proprium Campester sive Campestrius in marmoribus Latinis adhuc notis legere memini. nam occurrit quidem CAMPESTRIB. EX VOTO C. SANCTINIVS in lapide prope Heilbronnam in Suevia eruto, de quo vide Iacob. Spon Miscellan. erudit. antiquitat. 107 B, Eckhart de rebus Franciae orientalis 1 9 B, unde habere se ait Muratori p. cvii 3, Martin *La religion des Gaulois* 2 180 B, et Io. Ge. Keysler Antiquit. septentrionalibus (Hannoverae 1720, 8) 420 A. porro in ara item in terra Suevia reperta CAMPESTRIBVS SACRVM P. QVINTIVS L. F. Gruter. Corp. inscript. mxv 2, Keysler Ant. sept. 420 B, Io. Breval (qui vidit Stutgardi) *Remarks of several parts of Europe* 2 85 B, et Martin *Rel. des Gaulois* 2 180 A. item SVLEVIS ET CAMPESTRIBVS in marmore Romano, Spon Miscellan. erudit. antiq. 107 C. sed in his omnibus *Campestres* videntur deae, aut campis, hoc est agris, ut volunt interpretes, aut fortasse exercitiis campestribus, hoc est militaribus, praepositae.

p. 285 v. 8. de cometis lege quoque nostrum, lib. de mensibus p. 49 21. et S. Basilium Magnum de humana Christi generatione 1 592 D.

p. 287 v. 11. ἰστέον δὲ ὡς Λιβύην] ea non ex Campestrio huc translata sed ab ipso Lydo interposita arbitror, usque ad verba, ἀπ' αὐτῆς διακεχωρισμένας, v. 18.

p. 289 v. 8. τοῖς ἐκεῖσε δυνατοῖς] quales erant quibus restitit Firmicus Maternus, causas agens iudiciales (*caninae contentioni iurgiosa certamina*), antequam ad astrologiam se conferret. *semper enim*, inquit 83 C, *factiosis hominibus erecta constantia resistere confidebam.* sic enim ibi legendum, non *confidebant*, quod habent vulgatae.

p. 290 v. 15. Κομήτης.] nempe qui κατ' ἐξοχήν cometes vocatur, ut patet ex proxime sequentibus.

p. 291 v. 7 ima. *sublunarium*] detur venia verbo insolenti, et apud locupletes quidem auctores haud obvio.

p. 292 v. 9. περὶ τῶν οὐρανίων διαλέγεσθαι.] conferri possint quae habet Michaël Glycas epistola inedita ad Constantinum Palaeologum cod. Reg. 228 fol. 78 *recto* — 85 *verso*, inc. εἰ δὲ καὶ ἀπαιδεύτους τὰ θεῖα καὶ ἀμυήτους τινάς· in qua impugnat fatum (τὴν εἱμαρμένην) et *praedestinationem* (τὸν προορισμόν). nam sidera quidem potestatem habere portendendi futura (ὁ θεὸς οὐ μόνον ἐν ἀστράσιν ἀλλὰ καὶ ἐν ἡμῖν αὐτοῖς ἔθετο σημεῖα): sed de quibus praemoneamur, ea virtute nostra averti posse. universe pugnat vehementer pro libero arbitrio: *gratiae* (ut loquuntur theologi) nullam prorsus mentionem facit. iccirco autem arbitror haec a Glyca tanta contentione disputari, quod accusatus sit magiae et astrologiae; unde et Manuelis Comneni imp. offen-

sam incurrit et oculis est orbatus. vide C. Fr. Walchii comment. de Glycae annalibus in Commentatt. soc. Gotting. 5 18 sqq.

p. 294 v. 1. τὴν ἄλλην] malim τὴν ἑτέραν, ut annotavi in ora: quanquam Eustathius ad Il. 1 469, ἄλλο δ' ἐνὶ προδόμῳ, hoc genus loquendi, ut ἄλλος ponatur pro ἕτερος, frequens esse apud Atticos auctores dicat. certe Lydus ipse scripsit τὴν ἑτέραν p. 295 24.

p. 296 v. 10. ἀρχικώτερος] verti *aptior ad imperium*, haesitans tamen ob adiectivi ἀρχικός varias apud auctores post Chr. natum significationes. quas age, cum parum distinctae sint in lexicis, hic duntaxat aliquantulum evagantes enumeremus. ἀρχικός valet

1) quod *pertinet ad principatum* sive *convenit principi, principalis, summus*. ita habent S. Gregorius Nyssenus de hominis opificio 1 58 B, Orat. 1 in id, faciam hominem ad imaginem nostr. 1 143 A; Philo Alexandrinus de Abrahamo 285 C; Theolog. arithmet. 8 B, 38 B; S. Ioannes Chrysostomus homilia 15 in epistolam alteram ad Corinthos 3 632 20; S. Isidorus Pelusiota Epist. 314 625 D. sicque S. Basilius Magnus homilia 2 in Hexaëmeron 1 21 C: ἀρχική τις καὶ πονηρὰ δύναμις. vertit Godefridus Tilmannus *principalis quaedam ac mala potentia*, hoc est, quae manat a principio malo. usurpatque eodem sensu idem S. Basilius Quod deus non est auctor mali 1 433 B. atque ita ἀρχικόν τε καὶ βασιλικόν lubenter iungit Eusebius Demonstrat. evang. 155 C, Praeparat. evang. 302 D, 331 D; et ibid. 372 A B tribui Iudae τὸ ἀρχικὸν ἀξίωμα ait esse assignatum, quae eadem verba occurrunt apud S. Ioannem Chrysostomum oratione in nativitatem Christi, et quod unicuique climati praesint angeli 5 853 28. ἀρχικὸν ἡ φιλία, *summa res amicitia est*, κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα, Athenagoras ait Legatione pro Christianis 22 D. a Nemesio Emeseno autem de natura hominis (84 A ed. Matthaei) anima τὸν ἀρχικὸν dicitur ἐπέχειν λόγον, hoc est *principis locum obtinere*. sic opponuntur apud S. Marcum eremitam de paradiso et lege spirituali 898 B ἀρχικὸς ὑποτακτικῷ, is *qui in imperio est subdito* (quae vox eo sensu non est in lexicis); et S. Marci verba iteravit scholiasta ad S. Ioannis Climaci scalam paradisi 102 A. apudque S. Ioannem Chrysostomum sermone 40 in Evangelium Ioannis 2 758 13 in simili disiunctione est τὸ ἀρχικόν et οἱ ἀρχόμενοι. neque aliter a patribus asceticis ii qui inter malos genios duces sunt, ἀρχικοὶ δαίμονες solent vocari, velut a Palladio Histor. Lausiaca 73 B, 78 A, et sic saepe. Sanctoque Marco iam memorato disputatione cum causidico 974 C οἱ ἀρχικοί *superiores* sunt potius quam, ut vertit Ioannes Picus, *magnates*. contra apud Eusebium Hist. eccles. 366 D οἱ ἐν ἀρχικοῖς ἀξιώμασι speciatim videntur *provinciarum imperii Romani rectores*. neque alio sensu usurpatur superlativus ἀρχικώτατος: Eusebius De-

monstrat. evang. 437 C et Praeparat. evang. 815 D. inde fluxit neutrum substantive sumptum τὸ ἀρχικόν, *imperium;* quemadmodum τὸ ἀρχικὸν τῶν ὑποτεταγμένων *dominatio* est *in subditos* apud S. Gregorium Nyssenum contra Eunomium 3 137 A et apud Philonem Quod omnis probus liber 687 C. in Nemesio autem de natura hom. 177 A τὰ ἀρχικὰ τῶν ψυχικῶν partes eae sunt animae quae *dominantur* atque imperant. in Philone denique Legatione ad Caium 774 A τὰ ἀρχικά *scientia* est *imperandi.*

2) huic significationi subiungo secundam, peculiarem, quod ad imperatores Romanos attinet, *principalis,* quemadmodum Tacitus quoque *pessimum principalis matrimonii instrumentum* ait Hist. 1 22. ita Theodotus Ancyranus contra Nestorium 1 1667 A τὰ ἀρχικά *palatium Augustum;* Theodorus Balsamon scholiis in canones 75 B γράμματα ἀρχικά *literae principis* (ubi male interpres), prorsus ut γράμμα βασιλικόν est apud Palladium vita S. Ioannis Chrysostomi 73 A. Eusebius de martyribus Palaestinae 320 C ἡ ἀρχικὴ εἰκοσαετηρίς, *vicennalia imperatoris.* quibus de sacris adeundus Cellarius ad Lactantium de mortibus persecutorum c. 17, 954 B ed. Heumann.

3) ἀρχικός porro videtur vertendum *imperiosus* (eo sensu quo Plinius H. N. 29 1 *imperiosi,* inquit, *nobis ipsis et molesti sumus*), si non hic, at certe apud Paulum Alexandrinum Rudimentis de natalitiis 49 C: ἀρχικοὺς καὶ ἐπιδόξους. reddidit Andreas Schato *ad principatum propensos.* item apud S. Ioannem Chrysostomum libro tertio de sacerdotio 6 25 28, ubi ἀρχικός opponitur τῷ κοινωνικῷ, *imperiosus communi* sive *comi.*

4) at enim non minus frequentatur ἀρχικός ea significatione quam hic locum habere arbitror, *aptus ad potestatem* aut *imperium exercendum.* ita positivo Diogenes Laërtius vit. philosophor. 193 C Stoicos credidisse ait sapientes ad gerendos magistratus, ad iudicandum, ad dicendum, solos esse idoneos: ἀρχικούς δικαστικούς τε καὶ ῥητορικοὺς μόνους εἶναι. Philo de Ioseph. 431 G: ἀρχικὸν φύσει καὶ δυνατόν. et apud Proclum Paraphrasi in Ptolemaeum 227 B ἀρχικοὺς μεγαλοψύχους recte vertit Leo Allatius *gnavos in imperiis, magnanimos:* cf. quoque 229 C. comparativo S. Basilius Magnus Commentar. in caput 2 Esaiae 1 881 C: ἄνδρα τὸν ἀρχικώτερον ἐν τῇ νοήσει, τὸν τελειότερον καὶ δυνατώτερον ἐν ταῖς πράξεσι. nec minus bene (opinor) Fronto Ducaeus illa S. Gregorii Nysseni quaestion. quid sit ad imaginem dei 1 845 A, τὸ ἀρχικὸν τοῦ ἀνθρώπου, *facultatem imperandi* reddidit *hominis;* quo eodem sensu adhibetur ab Ioanne Philopono de creatione mundi 230 A B, 238 C, 240 A B et alibi saepe.

Nec mirum aestuari passim in vertendo adiectivo, cum in ipso substantivo ἀρχή multi offenderint. velut Montefalconius Bibl. Coislin. 596 D: πολιτεία ... ἐστὶν ἀρχὴ καὶ συνήθεια πρα-

γμάτων· *politia ... est principium et consuetudo rerum.* at enim ἀρχή hic non *principium* sed *principatus, imperium, regimen rerum* valet. et Kusterus in Suida ad v. Ἐπεφάνη 1 796 B illa, ἵνα τὴν ἄναρχον ὕπαρξιν μηνύσῃ, vertit sic, *ut substantiam principio carentem indicaret,* dans se (quod mirari licet in tanto viro) infantem admodum in fidei nostrae rebus. nam primo ὕπαρξις non *substantia* est, sed *existentia:* deinde de servatore nostro, de quo hic sermo, dici non potest eum *principio* carere, quandoquidem pater est principium filii, paterque solus principium est sine principio. quamobrem, quoniam illo loco agitur de aeternitate verbi, versum oportebat *ut existentiam initii expertem indicaret.* ' Georgius Trapezuntius autem, in Rhetorica 96 B et 110 C disserens de duobus prioribus locis status coniecturalis, τῷ παραγραφικῷ et τοῖς ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους, illud *recusationem,* hoc *comprehensionem* Latine vocat, nullum omnino, ut solet, verborum propriorum adhibens delectum: est enim τὸ παραγραφικόν *praescriptio* iuxta Curium Fortunatianum ed. Pith. 56 C, aut *praescriptiva quaestio,* quod habet idem paulo supra: τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους autem a Curio Fortunatiano 56 C appellantur *quae sunt ab initio ad finem,* a Sulpicio Victore 258 C *a summo ad imum,* a Natali Comite de terminis rhetoricis 68 C *quae sunt a principio usque ad finem,* ab aliis Graecis τὰ εἰκότα, velut a Syriano 144 B, aut τὰ σημεῖα 146 C, a Marcellino denique ed. Ald. 125 B πράγματα καὶ σημεῖα. sunt autem eae quas *circumstantias* quoque dicimus, περιστάσεις, quoniam singula circumsistunt negotia: nempe quaestiones quis? quid? qui? quando? cur? ubi? vocanturque τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους, quia offerunt sese πανταχοῦ τοῦ λόγου. totumque de illis caput praetermissum paene est a Io. Chr. Ernesti in Lexico diligenter ceteroquin adornato technologiae rhetoricae Graecorum; quare in eo exponendo paulo fui longior. atque illud ipsum quod iam in consuetudinem abiisse video apud logicos, *petere principium, petitio principii,* quando aut postulamus aut quasi concessum assumimus id quod erat initio controversum, ex Aristoteliis his, αἰτεῖν τὸ ἐν ἀρχῇ, λαβεῖν τὰ ἐν ἀρχῇ [sc. ἀμφισβητούμενον], αἴτησις τοῦ ἐν ἀρχῇ, λῆψις τοῦ ἐν ἀρχῇ [sc. ἀμφισβητουμένου], saeculis tenebricosis ab homine ferreo, neque in disciplina logica neque in literis Graecis admodum erudito, in fingendisque vocabulis ad vim prompto, confictum esse arbitror. ut enim scrutere omnes qui de quaerendi ac disserendi disciplina Latine scripta reliquerunt, non reperies (opinor) hanc dictionem ante Vincentium Bellovacensem, circa a. 1244 clarum, qui usurpat Bibliotheca mundi 2 273 E, 274 B ed. Duac. et alibi saepe. inde autem tam late manavit, ut in eorum quoque scripta insinuarit sese qui artem vera ac falsa diiudicandi venustius atque copiosius tractaverunt. velut in Adami Bursii Dialecticam Ciceronis 310 A, 399 C, et

quod non minus mirere, in Huetii Censuram philosophiae Cartesianae, non ornate modo atque illuminate sed etiam pure scriptam, in qua repperi Antecess. 7 A ed. Paris. 1694, *in*-8°, inque operis decursu 109 B, 110 A, 129 C, 170 A. at Latine dici sive (quod habet Bursius Dialect. 310 A) *sumere quod demonstrari debet,* sive *ponere* (si mavis, adde *pro confesso*) *quod quaeritur,* quis est qui non videat? nam paulo verbosius reddit auctor ad Herennium lib. 2 41, *pro argumento sumere quod in disquisitione positum est:* cf. quoque A. Gellium 16 8. sed de voce ea similibusque, et quemadmodum e subtiliorum huiusmodi disciplinarum nomenclatione barbariei reliquiae tolli sine negotio possint, pluribus agam, si rerum mearum status voluerit, in glossario peculiari, consuetudines technicaque vocabula cum dialecticorum tum scholiastarum Graecorum omnium sigillatim explicante. nunc redeamus ad Lydum, emendato tamen prius loco Actor. concilii Lateranensis 3 870 E: *οὔτε μὴν ἀρχαὶ καὶ ἄπρακτοι ... αἱ θεῖαι νοήσεις,* ubi *ἀργαὶ καί* legendum esse sequens adiectivum clare arguit.

p. 300 v. 20. *προσεχῶς* verti *continuo,* id est *continua serie,* nisus auctoritate nonnullorum eiusdem fere aetatis: nunc tamen malim me scripsisse *immediate,* aut (ne cui durior videatur ea vox) *nullo medio interposito.* Nemesius de natura hominis 63 A: *προσεχῶς δὲ λέγεται, ὅταν ἀμέσως ... τὶ γένηται.* habet nempe id adverbium significationes illas fere.

1) *attente, intente.* Palladius Historia Lausiac. 988 A: *οὐκ ἀκούεις προσεχῶς τοῦ ἀναγνώσματος.* Dionysius Alexandrinus apud Eusebium Hist. eccles. 275 D: *ὁ δὲ προσεχῶς ἐντυγχάνων. qui vero attente perlegerit,* vertit Henricus Valesius. estque tunc synonymum adverbii *προσεχόντως,* quod ex 70 (ubi tamen legitur sensu aliquantum diverso Proverb. 31 26) demanavit ad auctores Christianos, S. Macarium homil. 4, cursum stadii huius mundi attente [*προσεχόντως*] et accurate absolvi oportere 35 A, 36 C, alibique saepe; ad Anonymum Caten. in psalmos 1 89 A, reliquosque.

2) *immediate,* ut barbaro verbo utar, aut, ut interdum quoque reddi potest, *continuo, proxime.* sic S. Gregorius Nyssenus orat. 2 contra Eunom. 2 74 D *ἐκ τοῦ ἀκολούθου προσεχῶς τούτοις, ex eo quod* continuo *sequitur:* cf. orat. 12 contra eund. 2 371 C, ibid. 385 D, et quod non sint tres dii 459 A B. apud Nemesium autem (ut recte observat in Lexico Gr. Schneiderus vir summus) saepe vertendum est *immediate* de natura hominis 17 C (aut ed. Matthaei 49 A) 21 D, 62 D et alibi. neque aliter Clemens Alexandrinus Stromat. 392 A deum praecepta dedisse ait *διὰ νόμου, διὰ προφητῶν, καὶ προσεχέστερον ἤδη διὰ τῆς τοῦ υἱοῦ παρουσίας·* Daniel Heinsius, nescio quam bene: *et iam propinquius per filii adventum.* eodemque sensu occurrit

προσεχῶς in *Θεολογουμένοις τῆς ἀριθμητικῆς* 30, comparativusque *προσεχέστερον* apud S. Clement. Alexandrin. Stromat. 490 A, et *προσεχεστάτως* Theolog. arithmet. 26 D. quam vim vocis non cepit vir perfecte eruditus Huetius, cum haec Origenis t. 14 Comment. in S. Matth. 1 354 C, *ἀναφέρεται δὲ καὶ τὸ ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς … προσεχῶς μὲν ἐπὶ τὴν μυστικωτάτην παραβολὴν …. ἔτι δὲ ταύτης ἀνωτέρω εἰς τὰ πρὸ αὐτῆς γεγραμμένα*, mire prorsus sic reddidit: *caute vero et prudenter refertur illud:* consummavit Iesus sermones istos, *ad obscuriorem … parabolam …. praeterea vero et ad ea quae ante illam scripta sunt.* nam sensum esse eiusmodi: *proxime quidem refertur illud,* cons. I. s. istos, *ad parabolam maxime mysticam, altius vero etiam ad ea* etc. oppositio vocum *προσεχῶς* et *ἀνωτέρω* clare arguit. neque eo minus tamen Huetii versio in novissimam quoque Origenis ed. (Delarue, Parisiis 1740) 3 635 E transfudit sese.

3) praeterea est tertia significatio, eaque technica, adverbii *προσεχῶς*, ex hac secunda manans, a Suiceroque Thesauro ecclesiast. 2 853 silentio praetermissa, ut sit *literaliter, ad verbum,* opponaturque *τῇ θεωρίᾳ* sivé *τροπολογίᾳ*, contemplationi *sensus spiritualis, sensus allegorici.* quod vel ideo monendum videbatur, quod eam complures non viderunt. S. Gregorius Nyssenus homil. 2 in Cantica cantic. 1 491 D: *τούτοις μοι δοκεῖ τοῖς νοήμασιν ὁμοίως Παῦλος προσεχέστερον … φιλοχωρῆσαι.* vertit Gentianus Hervetus: *in hoc sensu* [adde *item*] *mihi videtur magnus ille Paulus proxime constitisse.* malim: *interpretatione literali immoratus.* et Clemens Alexandrinus Stromat. 462 B ait nos Christo gigni: *συνεξακούεται γὰρ προσεχῶς, ὑπηκόους γενομένους.* Daniel Heinsius mire: *simul autem proxime exauditur, si fuerimus obedientes.* sensus est: *subintelligitur enim ad verbum, si f. o.* S. Ioannes Damascenus quoque de ineffabili divinitate 23 B: *καὶ οὕτω μὲν προσεχῶς· κατὰ δὲ θεωρίαν ἔλαιον οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἀλλ' ἡ φιλανθρωπία.* ubi interpres item: *et haec quidem attentius legentibus.* sed sustineo me hoc loco, redeoque in viam.

p. 301 v. 1. *διισχυρίζονται contendunt,* asserunt. sic, nempe active, verti, non ex sententia (fateor) cuiusdam plane eruditi mihique coniuncti intima familiaritate, qui hic malit *accommodare asseverantur, perhibentur.* sed *διισχυρίζομαι* item significatione activa usurpant auctores sequiorum quoque saeculorum. S. Basilius adversus Eunomium 2 12 B: *ἐγὼ δὲ …. οὔπω διισχυρίζομαι.* item *διισχυρίζομαι* S. Gregorius Nyssenus homil. 6 in ecclesiast. 1 429 A, S. Ioannes Chrysostomus orat. 1 in omnes Sanctos 5 614 39. *διισχυρίζεται* S. Gregor. Nyssenus orat. 1 contra Eunomium 2 32 A; Eusebius contra Marcellum 40 C, 47 C, 101 C, 142 A, 143 D, 154 D; S. Ioannes Chrysostomus orat. 2 in epist. ad Ephesios 3 770 38, ad Hebraeos 4 439 17.

διισχυρίζεσθε Iosephus Antiquit. Iudaic. 45 F. διισχυρίζονται Eusebius Praeparat. evang. 724 C, 725 C. διισχυρίζεσθαι Hadrianus Aug. in rescripto apud Euseb. Hist. eccles. 123 C; S. Gregorius Nyssenus lib. 1 contra Eunomium 3 90 A; S. Ioannes Chrysostomus orat. 1 in Lazarum 5 224 13, homilia 23 in S. Ioannem 2 646 12. διισχυριζόμενος S. Ioannes Chrysostomus orat. 2 de incomprehensibili 6 397 12. διισχυριζομένου Heliodorus Aethiop. 270 C. διισχυριζόμενον S. Ioannes Chrysostomus homilia 63 in S. Matthaeum 674 C. διισχυρίζετο S. Gregorius Nyssenus de vita S. Macrinae 3 180 D, S. Athanasius vita S. Antonii eremitae 81 B. atque haec de formis praesentis et imperfecti: taceo de aoristi.

p. 301 v. 5. δεῖ γὰρ ἥλιον] priore itinere meo Italico descripsi ex codice admodum vetusto tractatum ineditum incerti auctoris de astronomia, luculentum sane ac perelegantem, ut paene Attico stylo exaratum dicas. unde (donec totum in lucem potero asserere) exhibebo locum illum, de Sole: οὗτος γὰρ [ἥλιος] ἔχει μὲν ἐν ἑαυτῷ τὴν τῶν ὅλων οὐσίαν, καὶ διὰ τοῦτό τινες καὶ τῇ τῶν τεσσάρων στοιχείων φύσει τοῦτον κεκρᾶσθαι ᾤοντο. ἡγεμὼν δ᾽ ἐστὶ τοῦ σύμπαντος κόσμου καὶ πάντων γεννητικός· γεννῶν δὲ αὖθις καὶ διαλύει, καὶ πρὸς τὸν σπερματικὸν λόγον ἀναλαμβάνει, διδοὺς μὲν τῇ ὕλῃ οὐσίαν σχεδὸν καὶ ζωήν, ἀνταπολαμβάνων δὲ τὴν ἄνωθεν ὕπαρξιν. μέσος γὰρ ἵδρυται, τὰ ἄκρα συνδέων, ὥς φησιν Ὄλυμπος, καὶ καθάπερ ἡνίοχος ἀγαθὸς τὸ τοῦ κόσμου ἅρμα ἀσφαλῶς ἐλαύνων. is autem Olympus est fortasse philosophus peripateticus huius nominis, discipulus Ammonii Saccae, Alexandrinus, de quo Porphyrius vita Plotini 7 D E, ubi tamen nunc legitur Ὀλύμπιος. eundem vocat Olympum Marsilius Ficinus Commentar. in libr. 3 ennead. 2 Plotini 126 A. Ὄλυμπος, medicus Cleopatrae, qui historiam edidit, memoratur a Plutarcho vit. Anton. 953 D.

p. 303 v. 18. Καρτάπων] sic omnes. num *Carteiam? Cartennam?* confer tamen p. 332 7.

p. 306. ΕΦΗΜΕΡΟΣ ΒΡΟΝΤΟΣΚΟΠΙΑ] haec, usque ad p. 331, iam cusa erant in Rutgersii Var. Lectt. p. 247—260, unde excerpsi lectiones variantes quae cernuntur cum hic in notis tum superius ad oram pagellarum.

p. 308 v. 6. εὔροια * τῶν ποταμίων] fortasse, εὔροια τῶν ποταμῶν, sequenti diastole, quemadmodum habet Rutgersius; ut supplendum sit aliquid in phrasi sequenti. scaturigines fluviatilium aquarum infra quoque numerantur in rebus salutaribus p. 310 7, Iul. 10.

p. 309 v. 22. δουλικαῖς τύχαις] cf. p. 314 5, Septembr. 7. ex Rutgersii notis 290 C video Meursium pro τύχαις legere voluisse ψυχαῖς. sed *fortunae serviles* pro ipsis servis bene, ut opinor, dicitur.

p. 315 v. 15. διαλάβωσιν pro διαλήψονται, nisi tamen scribere mavis διαβαλοῦσι. de usu coniunctivi aoristi pro futuro (more Homerico) apud Graecos posteriores, in verbis praesertim aut irregularibus aut quae vocantur λ μ ν ρ, plura notavimus praefat. ad Leonem Diac. 12 C et ib. indic. 291 B. et apud nostrum quoque futuro iungitur coniunctivus aoristi, eodem sensu: ἔσονται καὶ — ἐπιτείνῃ p. 290 3, μάχαι συρραγήσονται καὶ τὰ θηρία — ἐπέλθῃ p. 326 19, οὐκ ἀλλοιώσει μόνον ἀλλὰ καὶ — ἀναβάλῃ p. 343 9. adde ἐπιλάβηται pro ἐπιλήψεται (quod tamen habet cod. Reg.) p. 347 12, et λυμήνεται pro λυμανεῖται p. 318 20 et p. 319 3.

p. 316 v. 19. ἀλληλανεμίαν] novum vocabulum ex hoc ipso loco a Rutgersio sumpsit vir cl. Io. Gottl. Schneiderus *Wörterbuch* etc. edit. 1805 1 56: alterum, quod omnino exulat e lexicis, ἀνεμομαχία, *ventorum conflictus*, Lydus habet p. 357 16, 358 18, 369 8, 372 10 et 380 12.

p. 318 v. 17. ἀνασκολοπισμοί] vox rara necdum in lexica recepta. usurpatur a S. Gregorio Nysseno orat. 8 de beatitudinibus 1 835 C: τὸν ἐπὶ κεφαλὴν ἀνασκολοπισμόν.

ib. v. 20. λυμήνεται] sic codex, barbare, hic et inferius p. 319 3: num λυμανεῖται? confer tamen quae annotavi supra ad 315 15. infra p. 324 17 codex habet λοιμανεῖται, supra 318 12 λοιμήνονται, et Rutgersius λυμανοῦνται, quod recepi.

p. 319 v. 18. ita τελέσει p. 335 1 et 14.

p. 330 v. 1. εὔθηνοί] adiectivum rarissimum neque in lexico I. Gottl. Schneideri viri summi neque in auctore repperi ullo, praeter S. Ioannem Chrysostomum orat. 105 exhortatoria ad poenitentiam 6 913: ἐν τῇ ταύτης ἀγορᾷ πάντα εὔθηνά.

p. 331 v. 6. εὐομβρίαν] vox rarior quam quis putet. occurrit, extra hunc locum, in Eusebio Hist. eccles. 353 D: τοὺς λειμῶνας δι' εὐομβρίαν φυτοῖς καὶ ἄνθεσι λαμπομένους.

p. 339 v. 2. haec et sequentia partim sumpta sunt ex Plinio H. N. 2 50 — 52, cuius verba in versione quantum potui repraesentavi.

p. 340 v. 18. ἀβλαβῆ] eadem vox occurrit in lexico Graeco inedito, quod in Italia transcripsi ex cod. saec. 12: ἀβλαβεῖς ἀσινεῖς. ὁ δὲ Ἄλσιος τὴν ἐν Ἀδράτοις φρουρὰν ἐκβαλὼν εἰς Βόστρα τοὺς περὶ αὐτὸν ἀβλαβεῖς διεσώσατο. quo in lexico, satis amplo, dolendum, primum, abrumpi post literam Γ; deinde, in locis scriptorum, quae multa afferuntur, nomina auctorum perraro addi, adeo ut cuiusvis fragmenti sedem investigare, aut explorare editumne sit an ineditum, quod facere occepi, longum sit quoddam opus atque molestum. quae modo posui, in auctore nullo hodie exstante quivi invenire, neque Alsii nomen inter duces Romanos. nam est quidem apud Marquardum Gudium In-

scriptt. 77 12 nomen C. ALSI. DEMENI. at is figlinas exercuit, non meruit aes militare. venit in mentem pro *ΛΛCIOC* corrigere *ΛΥCIOC*; qui si esset Lusius Quietus, sub Traiano bellica laude clarus, a Xiphilinoque (ed. Sylburg. Scriptt. Graec. minor. 3 349 B, 350 C, ubi tamen Graece *Λούσιος* scribitur) ab aliisque saepe memoratus, suspicari possis ea esse aut ex libro 68 Dionis Cassii, qui hodie intercidit, aut (quod magis credam) ex Parthicis Arabicisve Appiani. sed adversantur huic opinioni illa Damascii Vita Isidori apud Photium Biblioth. 1059 E: *τὰ Βόστρα τῆς Ἀραβίας, πόλιν μὲν οὐκ ἀρχαίαν (ὑπὸ γὰρ Σεβήρου τοῦ βασιλέως πολίζεται), φρούριον δὲ παλαιόν, ἀποτετειχισμένον ὑπὸ τῶν Ἀραβικῶν βασιλέων.* nam si Bostra nulla aut vix ulla fuerunt ante Severi principatum, non admodum credibile est eorum crebram mentionem factam esse in historia bellorum Traiani. quapropter, si quis locum ad scriptorem saec. 4 aut 5 pertinere dicat, nihil repugno.

p. 341 v. 8. *τῶν γὰρ νεῶν*] Romanorum naves, praesertim classis Misenensis et Ravennatis, suum quamque nomen habuisse, aeque ut fit hodie in officio maritimo, constat cum aliunde tum maxime ex Pighii Hercul. Prodicio (ed. Antverp. 1587, 8) 502 A. quod moneo, quia complurium eruditorum scientiam fugerit. velut Thomae Hearne praef. in *The Itinerary of John Leland* (ed. 3) 6 13 B. lapide hoc:

M. ANTONIUS RUFINUS

MILES EX V̄ VICTORIA SIBI

T

ET. L. IULIO APOLLINARI FRARI

MILITI EX. III. DIANA. VIXIT

ANNIS. XXXVIII. MIL. ANN. XIIX.

addente Hearne 14 A, milites illos meruisse in classe multarum navium, numeris inter se distinctarum (*which were distinguish'd by numbers*). eaedemque siglae crucem fixerunt homini in titulis lapidariis legendis probe exercitato Henr. Dodwello Epist. ad Goetzium de inscriptt. Puteol. et Baian. (Iscae Dunmonior. [*sic*] 1711, 8) aestuanti 39 A, numeri v et III an de legione potius, an de ala, an de cohorte sint intelligendi. at quis non videt militasse M. Antonium Rufinum in quinqueremi Victoria, L. Iulium Apollinarem in triremi Diana? similiter certe tituli ab Ioanne Vignolio relati, de columm. Antonini Pii, habent III TAVRO 297 B, III MINERVA 298 B, III SOLE 299 A, IIII ARMATA 299 C.

nihil dico de aliis lapidibus easdem siglas exhibentibus, quos in museis Italiae tum publicis tum privatis ipse vidi; quod illas scriptis nuper editis aliter explicatas esse videam. coaevorum autem meorum censura, quin etiam mentione, nisi honorificentissima et necessaria admodum, quae mea natura est, semper abstinebo.

p. 343 v. 4. *καθ' οὗ φέρηται*] sic Caseol. sed cum hic tum infra v. 9. legendum aut *φέρεται*, ut est in cod. Veneto, aut *καθ' οὗ ἂν φέρηται.*

ib. v. 11. *πολεμίων μὲν ἔφοδον*] Caseol. *πολέμων*· conf. tamen p. 344 8. 21. 345 8. Venetus quoque hic habet *πολεμίων*.

p. 344 v. 8 ima. *augustum aedificium*] Ovid. Fast. 1 609:

sancta vocant augusta patres: augusta vocantur
templa sacerdotum rite sacrata manu.

p. 349 v. 1. *τέως*] restituamus particulam *τέως* Actis concilii Lateranensis in laudibus Constantis 2 imperatoris 3 780 B: *τὸ ὡς εἰκὸς ἐγκατάλειμμα τῶν τε ὡς πρὸς ἡμᾶς εἰκῇ τε καὶ μάτην διαφερομένων.* legamus *τῶν τέως*, *residuum eorum qui adhuc nobis temere ac vane contradicunt.* aliter interpretes.

p. 350 v. 2. *εἰσκαθίζουσι*] de hoc verbo silet in lexico Schneiderus vir clar. occurrit etiam apud S. Ioannem Chrysostomum orat. 83 in crucem et confessionem latronis 5 570 41, si tamen ibi lectio sincera.

ib. v. 10. *ταῦτα μὲν ἄν τις*] quae sequuntur, usque ad finem p. 356, cusa exstant in ed. Schowiana libri de mensibus, p. 130—134.

ib. v. 18. *Βικέλλιος*] *Symbolik und Mythologie der alten Völker*, t. 2, Lipsiae 1820, 8, p. 927 not. 132, auctor, summo vir ingenio eruditioneque incomparabili, allato hoc loco *Βίγουλος*, id est *Figulus*, legendum esse non infirmis rationibus nititur approbare. sed enim p. 276 22 est in C *βεκελλιου*, hic *βικελλιος* (quod magis placet), et in codice Romano bibliothecae Angelicae, unde idem fragmentum de terraemotibus descripserat Schowius, *Βικέλιος*. atque haud scio anne opus sit abire a scriptione codicum. alibi quoque id nomen, aut certe simile, reperio, nominatim apud Ioann. Marangoni Actis S. Victoris 160 A et Murator. p. 2096 8.

M. VICELI. II.
VICELIORV
LIBERTVS
V. A. XXVII

Viselliorum Varronum gens e Cicerone eque Valerio Maximo 8 2 2 est notissima.

p. 357 *inscr.* hoc calendario, de quo sententias maxime diversas a Salmasio ad Solinum a Petavioque praefat. ad Urano-

logium latas esse video, cum eaedem res diversis diebus passim iterentur (velut fidiculam incipere occultari et 7 Kalendas Februarias iterumque 6, et postremo ipsis Kalendis Februariis), apparet Cl. Tuscum secutum esse calendaria sideralia complura, alia fortasse ad Romanum, alia ad Alexandrinum, alia ad Antiochiae horizontem pertinentia, Democriti, Eudoxi, Hipparchi, Divi Iulii, Metrodori. atenim idem accidit non modo in calendariis veterum fere omnibus, sed in ipsis quoque Fastis POvidii, quorum singulae notationes, si ad tabulas exigas, ad unum horizontem unumque aevum omnes nullo modo possunt revocari. accedit occasus matutinos veros seu cosmicos, matutinos apparentes, vespertinos veros, id est acronychos, et vespertinos apparentes, hoc est heliacos, aut ab ipso Cl. Tusco non satis esse in Latino distinctos, aut a Lydo interprete has distinctiones esse omissas. de quibus in textum Lydi denuo introducendis studentes astronomiae viderint.

p. 362 v. 20. Ἀπριλίων ......] hic in Codd. omissus est status coeli. in Leonici versione legitur: *Sol in ariete. Favonius late spirat: ciconia apparet, et mare transmittit.*

p. 364 v. 10. ἄρχεται δύεσθαι] sic Codd. omnes. Leonicus vertit: *Fav. flare incipit matutino; vergiliae occidunt.*

p. 368 v. 20. βροντώδης non est in lexico Schneid. auctoritates habet, praeter Lydi hic et p. 363 10. 19. 368 3. 372 23. 373 17, etiam Cl. Ptolemaei Tetrabiblo 94 A et 95 C, Procli Diadochi Paraphrasi in Ptolemaeum 138 B, Hephaestionis Thebani Apotelesmaticis 4 B et 13 C, S. Germani Cpolitani orat. in sanctiss. Deiparam 308 D.

INDEX GRAMMATICUS.

INDEX HISTORICUS.

LIPSIAE,
EX OFFICINA B. G. TEUBNERI.

